dū peccatores ſaluos facere: dicit glo. nulla
cauſa fuit veniēdi xp̄o dño: niſi peccatores
ſaluos facere: tolle vulnera: tolle morbos: et
nulla eſt cauſa medicine: ſed remota cauſa
remouetur effect⁹: ergo ꝯcluſio vera. ¶ Se
cūdo ſic. dicit leo papa in ſermone de natiui
tate: Si enī homo ad imaginē ⁊ ſimilitudi
nē dei factus: in ſuo honore manſiſſet: crea
tor mundi creatura nō fieret: aut ſempiter
nus temporalitateꝫ ſubiret: aut equalis deo
patri dei filius formam ſerui aſſumeret: er
go concluſio vera. ¶ Ad rationes in oppo
ſitum: Ad primaꝫ reſpondetur negando cō
ſequentiaꝫ: ⁊ ratio ē: Quia licet vniuerſuꝫ
perficiatur in coniunctione vltimi ad pnci
pium primum: non tamen oportet, ꝙ in con
iunctione: que eſt in vnitate perſone: ſed in
coniunctione: que eſt in ordine ad finē. Un

de ad perfectionē vniuerſi ſufficit: ꝙ naturali modo creatura ordinat̄ ſic in deum: ſic vt in finē. Hoc autē excedit limites perfectionis creature: vt creatura vniat̄ deo in pſona. ¶ Ad ſecūdū rn̄det̄ etiā negādo cōſequentiā: ⁊ rō eſt: q: in ꝓductione minime creature manifeſtat̄ potentia infinita: ⁊ ſapientia: ⁊ bonitas dei: q: quelibet creatura ducit in cognitionē alicuius primi ⁊ ſummi qḋ infinitū eſt in omni pfectione: nec oportet ꝙ potētia infinita per effectū infinitum manifeſtet̄: nec bonitas infinita: per cōmunicationē infinitā: ſed ſufficit ad oſtendendam bonitatē infinitā: hoc .ſ. ꝙ vnicuiqȝ ſm ſuā capacitatē largit̄. ¶ Ad tertiā rn̄detur ꝙ capacitas alicuius creature pōt intelligi dupliciter: vel ſm potētiā naturalē: que pertinet ad rōnem naturalē: ⁊ ſic nullā capacitatē nature vacuā dns dimittit in genere: qȝuis capacitatem alicuius creature particularis nō impleat ꝓpter aliqḋ impedimētum: Uel intelligi pōt ſm potētiā obedientialē: ſm quā quelibet creatura hȝ: vt ex ea poſſet fieri ꝙ deus vult: ⁊ hoc modo in humana natura eſt capacitas huius dignitatis: vt ī vnitate diuine perſone aſſumat̄: nec oportet ꝙ deus talē capacitatē impleat: ſicut nec oportet ꝙ deus faciat quicqd pōt: ſȝ ſm ꝙ cōgruit ordini ſapiētie eius. ¶ Ad quartā rn̄det̄ negādo aſſumptū: qꝛ vt dicit apoſtolus ad Ro. v. Ubi habūdauit delictum ſuperhabūdauit ⁊ gratia: nō ē incōueniēs vt aliqḋ bonū ex peccato deus eliciat: ꝙ ſine peccato nō fuiſſet: ſicut patet in alijs virtutibus: vt in patientia: ⁊ penitētia: ⁊ etiam ex peccato hoīs: hoc optimū potuit elicere vt filius dei incarnaret̄: ꝓpter quod dicit Greg. O felix culpa q̄ talē ac tantū habere meruit redēptorem. ¶ Ad quintā rn̄detur negādo minorē: dicimus enim iuxta ſanctū Tho. ꝙ beatitudo totius hoīs eſt ex ipſa deitate: in quā virtus interius immediate fert̄: ex quo redundat gloria in inferiores pres anime: ⁊ in ipſum corpus: in viſione etiam humanitatis erit quoddā gaudiū accidētale: ſicut etiā in victoria paſſionis eius: tamē conſtat apud omnes ꝙ ſi homo non peccaſſet: deus paſſus non fuiſſet.

AD tertiā .q. ſic proceditur: et videtur ꝙ nō fuit conuenientius filiū dei īcarnari: magis q̄ȝ patrē: aut ſpiritū ſanctuȝ. ¶ Primo ſic: ſicut in miniſterio incarnationis monſtrata eſt ſapiētia in decentia recōſiliationis: ita etiam mōſtrata eſt potētia in hoc: ꝙ in infinitam diſtātiā iuncta ſunt: ⁊ etiam bonitas in hoc ꝙ nō deſpexit proprij plaſmatis infirmitatē: vt dicit Damaſcen⁹. Sȝ ſicut ſapiētia attribuit̄ filio: ita bonitas ſpiritui ſancto: ⁊ potentia patri: ergo nō magis decebat filiū incarnari q̄ȝ patrem vel ſpiritū ſanctū. ¶ Secūdo ſic: victoria potentie attribuitur patri: ſȝ per incarnationē ſecuta eſt victoria de hoſte: ergo incarnatio magis decebat patrem cui appropriat̄ potētia. ¶ Tertio ſic arguit̄ de ſpiritu ſancto: coꝝ enīȝ q̄ magis vicina ſunt decētior eſt coniūctio: ſed ſpirit⁹ ſanctus eſt perſona nobis magis vicina: vt dicit Auguſtinus .li. de ſpiritu ⁊ anima: ergo ſpiritū ſanctū magis decebat incarnarī q̄ȝ filium. ¶ Quarto ſic arguitur: incarnatio dei ꝓceſſit ex maxima caritate: quā ad nos habuit: ſed caritas appropriatur ſpūi ſancto: ergo potiſſime decebat ſpiritū ſanctū incarnari. ¶ In oppoſitū arguit̄ ſic: in mēte noſtra ſunt tria: tres perſonas repreſentātia .ſ. mens q̄ repn̄tat patreȝ. verbū mentis qḋ repn̄tat filiū: ⁊ amor: q repreſentat ſpirituȝ ſanctū. ſȝ inter hec tria: verbū mētis precipue cōparabile ē: ſm ꝙ exterius p vocē ſonat: ergo ⁊ incarnatio cōuenientiſſime verbū eternū decuit: qḋ ē ipſe fili⁹ dei. ¶ Rn̄deo dicendū: ꝙ decētius fuit filiū dei incarnari: q̄ȝ patrē: vel ſpiritū ſanctū: que decentia incarnatiōis filij dei attenditur: ⁊ ex proprijs: ⁊ ex appropriatis. In proprijs autem poſſunt quattuor conſiderari ſm ꝙ filius ē: ꝙ verbum eſt: ꝙ imago: ꝙ media in trinitate perſona: ſm autē ꝙ filius ēſt ꝯuenit ad

reparationē. tū vt per eū cuius naturaliter eſt hereditas alij in filios adoptarent̄ ⁊ coheredes fiant. Sm autē q̄d eſt verbū cōuenit ad reparationē: q2 inquātū tale h3 congruentiā ad officiū predicationis ⁊ doctrine: q2 verbū manifeſtat dicentē ⁊ ipſe manifeſtauit patrem Jo. xvij. Pater manifeſtaui nomē tuū hoibus. In quātū vero ē imago: cōueniētiā h3 cū eo qui reparandus erat: ſcilicet cū homine: q ad imaginem dei factus Gen. i. Unde decuit vt imago imaginē aſſumeret: increata creatam. Inquantū eſt media in trinitate perſona: congruit ad vltimū effectū: qui eſt recōſiliatio hoīs ad deū. decet enim vt qui eſt medius in trinitate: etiā ſit mediator. Inueniūtur etiā quatuor in filio appropriata ſcil3 ſapiētia: ⁊ virtus ab apoſtolo: equalitas ab Auguſtino. ſpēs ⁊ pulchritudo ab Hylario. Inquātū aūt ſapiētia ē: ꝯgruit ad reſtaurationem: q2 decet vt que in ſapiētia facta ſunt p ſapientiā reſtaurētur. Inquātū aūt ē virtus ⁊ brachiū patris cōgruit ad victoriā de hoſte capiendā Lu. i. Fecit potētiā in brachio ſuo. Inquātū vero eſt equalitas: ꝯgruit etiā morbo q ſanādus erat: vterq3 enī3 ſ. hō ⁊ diabolus peccauerūt appetēdo eq̄litatem dei: ille potētie: iſte ſciētie. Inquātū vero ſpēs ⁊ pulchritudo eſt: ꝯgruit reparationi: vt p ipſum deturpatio imaginis per peccatū inducta ammoueret̄: patri vero nō conuenit incarnatio: precipue propter ꝓprietatē innaſcibilitatis. Nō enim decet vt qui in diuinitate ē pater: in humanitate ſit filius: ſic enim filius dei patris eſſet nepos virginis ſi ipſa virgo mater eēt dei patris: ſimiliter etiā nec ſpiritui ſancto ꝯuenit: ne nomē filij in plures pſonas trāſferat̄. ¶ Ad rōes in oppoſitū: ad primā rn̄detur negādo cōſequētiā: ⁊ ratio ē: q2 l3 i incarnatione oſtendat̄ potētia: ſapiētia: ⁊ bonitas: ⁊ ideo efficacia incarnatiōis toti trinitati tribuit̄: opus tn̄ quod deo incarnato debebatur: per filiū expleri decuit: rationibus dictis: ⁊ ideo tota trinitas carnē ſoli filio vniuit. ¶ Ad ſecūdam rn̄detur negando ꝯſequētiā: ⁊ rō eſt: quia nō eſt potentis per potentiam minus potētē vincere: hoc enim violentū ē: ⁊ nō laudabile: ſed per iuſticiam ⁊ ſapiētiā vincere: ⁊ ideo per filium debuit deus pater hoſtē vincere. ¶ Ad tertiā rn̄detur: q2 ratio nō procedit: quia ſpiritus. ſanctus nō dicitur ideo vicinior nobis: q2 ſit cōiungibilior carni q̄3 filius: ſ3 ꝓpter caritatē p quā omnia dona donant̄. ꝓcedit enim vt dicit albertus: vt donū a patre ⁊ filio donabile rōnali creature: talē aūt reſpectum ad nos nō importat nomē filij: ſm q2 eſt in patre: filius tn̄ eſt nobis magis vnitiuus: quantum ad ꝯgruentiā incarnationis rōibus dictis. ¶ Ad quartā rn̄detur negādo ꝯn̄am: ⁊ rō eſt: q2 l3 caritas dei ſit cā incarnatiōis: ⁊ tn̄ cauſalitas diuine incarnationis q̄3uis cōis ſit trib9 perſonis: appropriatur ſpiritui ſancto: nō tamē ex hoc ſequit̄ q2 ſpiritus ſanctus debuerit incarnari.

¶ In dominica ſecūda cantatur euāgeliū. Erunt ſigna in ſole ⁊ luna. Lu. xxij. In quo q2 tangitur de aduentu Chriſti ad iudiciu3 poſſunt diſputari ſequētes. q.

¶ Prima eſt vtrū generale iudiciū ſit futurū. ¶ Secūda vtrū oēs iudicādi in iudicio videbūt filium hoīs. i. Chriſtū in forma humana glorioſa iudicantē. ¶ Tertia eſt vtrū ſigna que aſſignant̄ in electiōe euāgelij ꝓcedant iudicium.

Ad primā. q. qua q̄ritur vtru3 generale ſiue vniuerſale iudicium futurū ſit proceditur ſic: ⁊ videt̄ q2 non. ¶ Primo ſic: q2 iā q3 dicitur ſecundū aliam litterā nō iudicabit bis deus in idipſum: ſed nunc deus iudicat de ſingulis hominū operibus: cum poſt mortem vnicuiq3 penas vel pmia pro meritis tribuit: ergo nō videtur q2 aliud ſit iudiciū futurū expectandū. ¶ Secūdo ſic: in nullo iudicio executio ſnīe precedit iudi

cium:ſed ſnia diuini iudicij. quo ad hoies:
eſt de adeptione regni: vel excluſione a re-
gno: vt patet Mat. xxv. ergo cum mō qui
dam adipiſcantur regnū eternū. Vñ dñs
latroni in cruce dixit Hodie mecū eris in
paradiſo Lu. xviij. ⁊ quidam excludantur
ab ipſo perpetue Vñ Lu. xvi. dicitur mor
tuus eſt diues ⁊ ſepultus eſt in inferno: er
go ſi vltra expectat aliud iudiciū futurum.
¶ Tertio ſic: propter hoc aliq̄ in iudicium
oportet adduci: q: dubiū eſt quid de eis diſ
finiendū ſit: ſed ante finē mundi determina
ta eſt vnicuiq; dānatorum ſua dannatio: ⁊
cuiq; ſanctorū ſua beatitudo: ergo videtur
ꝙ nō oporteat aliquod futurū iudiciū eē:
¶ Oppoſitum colligitur ex pñti euāgelio:
colligitur etiā ex illo Jo. xij. Sermo quē lo
cutus ſum vobis ille vos iudicabit in no-
uiſſimo die. ¶ Rñdeo dicendū ſub iſta cō
cluſione: ꝙ generale ſiue vniuerſale iudi-
ciū futurū eſt: in quo xp̄s iudicaturus ē om
nē hominū multitudinē. Iſta concluſio ē pri
mo articulus fidei qui de xp̄o ait. Inde vē
turus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos. Secū
do patet ex illo Jo. v. Procedēt qui bona
egerunt in reſurrectionē vite: qui vero ma
la egerūt in reſurrectionē iudicij: ergo poſt
reſurrectionē aliquod futurū eſt iudiciū.
Rōne vero ſic oſtenditur predicta ꝯcluſio
pro quo notandum iuxta ſanctū Thomā:
ꝙ ſicut operatio pertinet ad rerum princi
piū: quo producitur in eſſe: ita iudiciū per
tinet ad terminum quo res ad ſuum finem
perducitur. diſtinguitur autem duplex dei
operatio: vna que primitus res in eſſe ꝓdu
xit: inſtituens naturā ⁊ diſtinguens ea: que
ad cōpletionem ipſius pertinēt: a quo q̄dē
opere deus dicitur quieuiſſe Geñ. ij. Alia
eius eſt operatio qua operatur in eiū gu
bernatione creaturarū: de qua Jo. v. Pa
ter meus vſq; mō operatur: ⁊ ego operor.
Ita etiā duplex eius iudicium dicitur: ordi
ne tamen⁹ cōuerſo. vnum quod reſpondet
operi gubernationis: que ſine iudicio eſſe

nō pōt: p quod quidem iudicium vnuſquiſq;
ſingulariter pro ſuis operib⁹ iudicatur: nō
ſolum ſecundum quod ſibi competit: ſed ſe
cūdum quod competit gubernationi vni-
uerſi. Unde differtur premiatio vnius pro
vtilitate aliorum: vt patet ad Hebre. xi. Et
pene vnius ad profectum alterius cedunt.
Unde neceſſe eſt: quod aliud ſit iudicium
vniuerſale reſpōdens ex aduerſo prime re
rum productioni in eſſe: vt videlicet ſicut
tunc omnia proceſſerunt immediate a deo:
ita tunc vltima completio mūdi detur vno
quoq; accipiente finaliter quod ei debetur
ſecūdum ſeipſū. Unde ⁊ in illo iudicio ap
parebit manifeſte diuina iuſticia: quantum
ad omnia: que nunc ex hoc occultantur: ꝙ
interdum de vno diſponitur ad vtilitatem
aliorum aliter q̄ꝫ manifeſta opera exigere
videantur. Unde etiam ⁊ tunc erit ſepara
tio vniuerſalis bonorum a malis: quia vl-
terius non erit locus: vt mali per bonos ⁊
boni per malos proficiant: propter quem
profectum interim commixti inueniuntur
boni. malis: quoadusq; ſtatus huius vite p
diuinam prouidentiā gubernatur. ¶ His
habitis dicendum eſt ad rationes in oppo
ſitum. ¶ Ad primam reſpondetur ꝙ deus
non iudicat bis in idipſum: ſm idem in il-
lo iudicio. Pro quo notandum ꝙ quilibet
homo eſt ſingularis quedā perſona: ⁊ eſt
pars totius generis humani. Unde et du
plex iudicium ſibi debetur: vnum ſingula-
re: quod de eo fiet poſt mortem: quando re
cipiet: iuxta ea que in corpore geſſit quam-
tis non totaliter: quia non quo ad corpus:
ſed quo ad animam tantum. Aliud iudi-
cium debet eſſe de eo: ſecundum quod eſt
pars totius humani generis: ſicut aliquis
iudicari dicitur ſecundum humanam iuſti
ciam: etiam quando iudicium dicitur eē cō
munitatis cuius ipſe eſt pars. Unde ⁊ tūc
quando fiet vniuerſale iudicium totius hu
mani generis per vniuerſalem ſeparatio-
nem bonorum a malis: et quilibet per con

ſequens iudicabitur: nec tñ deus bis iudicabit in idipſum: quia non duas penas pro vno peccato infert: ſed pena que ante iudicium cõplete inflicta non fuerit in vltimo iudicio cõplebitur: poſt quod impij cruciabuntur quo ad corpus: ⁊ quo ad animam ſimul. ¶ Ad ſecundam rñdeo: ꝙ eſt falſum ꝙ ſnia illius generalis iudicij: que eſt vniuerſalis ſeparatio bonorum a malis: precedat illud iudiciũ nec etiã quo ad particularẽ ſniam vniuſcuiuſ[que] plene proceſſit iudicij effectus: quia ⁊ boni amplius poſt iudiciũ premiabuntur. tũ ex gloria corporis adiuncta. tũ ex numero ſanctorũ completo: ⁊ mali etiã amplius torquebuntur adiũcta pena corporis: ⁊ cõpleto in penis numero damnatorum: quia quãto cũ pluribus ardebũt: magis ardebũt. ¶ Ad tertiã rñdetur negãdo ꝯñam: ⁊ rõ eſt: quia vniuerſale iudiciũ: vt dictum eſt: magis directe reſpicit vtilitatẽ hominũ: quam ſingulos iudicãdorum: quamuis igitur cuilibet homini ante iudiciũ ſit certa noticia de ſua damnatione vel premio: non tñ oibus omniũ damnatio vel premium innoteſcit. Unde iudicium neceſſarium erit.

De ſecunda. q. qua queritur vtrũ
a omnes iudicandi in iudicio videbunt filium hominis. i. xp̃m in forma humana glorioſa iudicãtem ſic proceditur: ⁊ videtur ꝙ nõ. ¶ Primo ſic: xp̃s in iudicio non apparebit in forma humanitatis glorioſa Jo. xix: videbunt in quem tranſfixerũt glo. quia in ea carne venturus eſt: in qua crucifixus eſt: ſed crucifixus eſt in forma infirma: ergo in forma infirmitatis apparebit: nõ in forma glorioſa. ¶ Secũdo ſic: dicitur Mat. xxiiij. Apparebit ſignũ filij hois in celo. i. ſignum crucis: ergo cũ crux ſit ſignũ infirmitatis ⁊ nõ glorie: et per conſequẽs nõ videbitur ab omnibus in forma glorioſa. ¶ Tertio ſic: oculus nõ glorificatus nõ poterit videre claritatẽ corporis glorificati: cũ ſit improportionatus: ergo cũ multi vtpote mali non habebunt oculos glorificatos: nõ poterũt videre xp̃m iudicãtem in forma glorioſa. ¶ In oppoſitum eſt euangelium noſtrum: in quo dicitur: Uidebũt filium hois venientem in nube: cũ poteſtate magna et maieſtate. Maieſtas autem ⁊ poteſtas ad gloriã pertinẽt: ergo in forma glorioſa apparebit: ⁊ ab omnibus videbitur. ¶ Rñdeo dicendũ ſub tribus cõcluſionibus. ¶ Prima eſt ꝙ xp̃s in iudicio apparebit in forma humana. Iſta cõcluſio patet ex illa parte euãgelij: vbi dicitur: videbunt filium hois venientem: ergo in forma humana. ¶ Secũda rõne ſic: eius eſt iudicare: cuius eſt legẽ cõdere: ſed xp̃s in humana natura apparẽs nobis legẽ euãgelij dedit: ergo in eadem natura apparens iudicabit. ¶ Tertio ſic: xp̃s ſecundũ illã formã iudicabit in qua iudicatus eſt: vt poſſit ab impijs videri: vt dicit glo. Jo. v. Sed iudicatus eſt in forma humanitatis: ergo in eadem iudicabit. ¶ Secũda ꝯcluſio ẽ ꝙ xp̃s in iudicio apparebit in forma humana glorioſa. ¶ Iſta cõcluſio patet: ¶ Primo ſic: ille qui iudicat debet eminere illis qui iudicantur: ſed electi qui iudicabũtur a xp̃o: illi corpora glorioſa habebũt: ergo multo fortius iudex in forma glorioſa apparebit. ¶ Secundo ſic: ſicut iudicari eſt infirmitatis: ita iudicare ẽ auctoritatis: ⁊ glorie: ſed in primo aduentu quo xp̃s venit ad hoc ꝙ iudicaretur apparuit in forma infirmitatis: ergo in ſecundo aduentu in quo veniet vt iudicet apparebit in forma glorioſa. ¶ Tertia cõcluſio licet xp̃s in iudicio in forma glorioſa ab oibus videndus ſit. viſio tñ illa ſicut bonis erit delectabilis: ita reprobis triſtis ⁊ terribilis: probatur ꝯcluſio. Dicit enim yſidorus ꝙ apparebit xp̃s terribilis reprobis: blandus bonis: Unde ſicut amicis gloria eſt delectabilis: ita gloria ⁊ poteſtas eius quo odio habetur contriſtat: ⁊ ideo ſicut viſio glorie humanitatis xp̃i erit iuſtis in premiũ: ⁊ gaudiũ: ita inimicis xp̃i erit in ſupplicium. Nũc ad rõnes in oppoſitum. ¶ Ad primã rñdetur negando cõſequentiam: ꝙ licet in eadẽ carne in qua crucifixus eſt apparebit: nõ tñ

ſimilit̃ ſe habente: quia primo fuit paſſibi-lis: ſ3 in iudicio appebit glorioſus ſicut erit. ℂ Ad ſecũdaꝫ rñdent pariter negãdo cõſequentiã: rõ eſt: quia licet ſignũ crucis ap-parebit in iudicio: non tñ ad iudiciũ tunc exiſtentis infirmitatis ſed poteſtatis: vt per hoc iuſtis appareat cõdemnatio coꝝ q tñ tã miſericordiã neglexerunt. ℂ Ad tertiaꝫ rñdent negando conſequentiã: ꝛ rõ eſt: q2 corp9 glorioſum hꝫ in poteſtate ſua vt ſe de-monſtret vel nõ demonſtret oculo non glo-rioſo: iõ in forma glorioſa chriſtus ab om-nibus poterit videri.

Ad tertiã. q. qua querit̃ vtrũ ſigna que ponunt̃ hic i euã-gelio precedere debeant in-diciũ: ſic procedit̃: ꝛ videt̃ q ñ. ℂ Primo ſic: dič apo-ſtolus pmo ad The. v. Cuꝫ eni dixerit impij pax ꝛ ſecuritas: tũc repẽtin9 eis ſuperueniet interitus: ſed nõ eſſet pax ꝛ ſecuritas: ſi homines per ſigna precedentia terrerent: ergo ſigna illa que ſunt ad terro-rẽ nõ precedent iudiciũ. ℂ Secundo ſigna ad manifeſtationẽ alicuius ordinantur: ſ3 ad-uẽtus xpi ad iudiciuꝫ dꝫ eſſe occultus. Vñ ij. The. v. dicit̃ dies dñi ſicut fur in nocte veniet: ergo ſigna nõ debẽt ipſum pcedere. ℂ Tertio ſic: tps pmi aduẽtus fuit pcogni-tũ a prophetis qđ nõ ẽ de ſecũdo aduentu: ſed primũ aduentũ xpi nõ pceſſerũt aliqua ſigna: ergo nec ſcðm pcedent. ℂ Quarto ſic: corpora celeſtia inalterabilia ſunt: ergo ñ obſcurabũtur. ℂ Quito ſic: cũ ſtelle ſecũ-dũ ſubſtãtiã ꝛ fixionẽ ſint ppetue: ꝛ immu-tabiles: nõ videtur qđ de celo debeãt cade-re. ℂ Sexto angeli ſunt beati. beatitudo ve-ro excludit oẽm miſeriam: ꝛ mutabilitateꝫ: videtur q virtutes celoꝝ que dicuntur an-geli nullo mõ poſſũt dici timore affici vel mo-ueri. ℂ In oppoſitũ ẽ euãgeliũ pñs. Rñ-deo dicendũ ſub iſta ↄcluſiõe q ſigna q̃ de-ſcribũtur in hoc euãgelio pcedẽt futurũ iu-diciũ. ℂ Iſta ↄcluſio ſic declaratur ex dictꝪ in ſupiori q̃ſtiõe: dictũ ẽ q xpo ad iudicãdũ vẽtur9 in forma glorioſa apparebit: ppter auctoritatẽ: q̃ iudici debet̃: ad dignitatẽ aũt iudiciarie poteſtatꝪ pertinet habere aliq̃ in-dicia: q ad reuerentiã ꝛ ſubiectionẽ indu-cant: ꝛ ideo aduentũ xpi ad iudiciũ venien-tis multa ſigna pcedent: vt corda hominuꝫ in ſubiectionem vẽturi iudicis adducãtur: ꝛ ad iudiciũ pparẽtur: ꝛ inter alia hec q̃ in euangelio deſcribuntur. ℂ Ad rõnes in cõ-trariũ ad pmã rñdetur: q ſecundũ q dicit Auguſtinus in li. ad eſiciũ: circa finẽ mun-di erit vniuerſalis perſecutio maloꝝ cõtra bonos. Vñ ſicut aliq timebũt. ſ. boni: ꝛ ali-qui ſecuri erũt. ſ. mali: q ergo dicit̃ cũ dixe-rint impij pax ꝛ ſecuritas ꝛc. Ad malos re-ferenduꝫ eſt: q ſigna futuri iudicii puipẽu-dẽt: ad bonos vero pertinet: q hic in euan-gelio dr̃: areſcẽtib9 hoibus pre timore ꝛc. ℂ Ad ſecundam rñdetur: q dies dñi dr̃ ſi-cut fur venire in nocte: non q dñs ad iudi-ciuꝫ ſit vẽturus de nocte: imo veniet de die in luce clariſſima: ſicut aſcendit: ſ3 q igno-ratur tps determinatuꝫ q per ſigna illa co-gnoſci nõ poterit. ℂ Ad tertiũ rñdetur ne-gãdo ↄñam: ꝛ rõ eſt: q nõ ẽ ſimile de pmo aduẽtu: ꝛ ſecundo. In pmo eni aduẽtu xps venit occult9 q̃uis determinatuꝫ tps eſſet pus pcognitũ a pphetis: ꝛ ideo nõ oporte-bat huiõi ſigna in pmo aduẽtu apparere: ſicut apparebunt in ſcðo aduẽtu: i quo ma-nifeſtus veniet: q̃uis determinatuꝫ tps ſit occultũ. ℂ Ad quartũ rñdetur: q corp pra celeſtia nõ obſcurabuntur per pũationẽ p-prii luminis: cuꝫ ſit eis naturale: corpora an-tẽ celeſtia manebunt in ſua natura integra: ſ3 iſta obſcuritas erit reſpectu noſtri: per in-terpoſitionẽ alicuius corporis opaci: quẽad-modum ſit in eclipſi: luna vero dicitur non datura lumẽ ſuum: Mat. xxiiii. q põt du-pliciter intelligi: vno mõ: q erit interpoſita inter terrã ꝛ ſolẽ: ꝛ pars lune q̃ eſt verſus terrã obſcurabitur: cuꝫ nõ habeat lumẽ ni-ſi a ſole. Alio mõ per iterpoſitionẽ nubiuꝫ obſcurantium. ℂ Ad quintam de ſtellis: q ſtelle non cadent de celo quãtum ad coruꝫ

ſubſtantiam: cum ſint incorruptibiles: ſʒ ſe-
cundum apparentiā: q: vere ſtelle abſcōdē
tur nubiū denſitate: ⁊ de nubibus verſus
terram deſcendent exalationes ignite: q̄ di
cuntur ſtelle cadētes: vel vt dicit Albertus
magnus: q̄ ſtelle dicūtur cadere: nō quātū
ad ſubſtātiā ſuā: ſed quātū ad caſuʒ ſue vir
tutis: quā ibi hūt mō. ¶ Ad ſextā rūdetur: q̄
virtutes celorū dicūtur moueri: q: tūc mul
ta terribilia facient ad terrorem hominuʒ:
Hec aūt motio in nullo contradicit ſtatui
beatitudinis angelorum: vt patet: ⁊ ita ra-
tio in nullo procedit.

AD queſtionē quartā: qua q̄-
ritur vtrum tp̄s futuri iudi-
cij poteſt dterminate ſciri: ab
aliquo homine: ſic pceditur:
⁊ videtur q̄ ſic. ¶ Primo
ſic: ſicut enim ſancti patres expectabant pri
mum aduentum: ita nos ſecundū expecta
mus: ſed ſancti patres ſciuerūt tp̄s aduen-
tus p̄mi: ſcꝫ per numerū ebdomadaruʒ:
que deſcribuntur Daniel. ix. Ergo videtur
q̄ ⁊ nobis eſt poſſibile ſcire tempus ſecū
di aduētus determinati. ¶ Secundo ſic: p
ſigna deuenimus in cognitionem ſignato-
rū: ſed de iudicio multa ſigna in hoc euange
lio nobis deſcribūtur: ergo in cognitioneʒ
illius tēporis poſſumus deuenire. ¶ Ter-
tio ſic: ſm Auguſti. in fine de ciuitate dei:
Sexta etas currit ab aduētu xp̄i vſqʒ ad fi
nē mūdi: ſʒ ſcitur quātum p̄cedētes etates
durauerūt: ergo ſciri pōt: quātum iſta etas
durare debeat: per cōparationē ad alias.
¶ Quarto ſic: magnū: ⁊ paruū: diuturnuʒ
⁊ breue: relatiue dicitur de vno per cōpa-
rationē ad aliud: ſed tp̄s illud qd̄ eſt ab ad
uētu chriſti: vſqʒ ad finē mundi: dicitur eſſe
breue: vt Patet. i. Cor. vii. Tēpus breue ē
⁊ in eodē. x. Nos ſumus in quo fines ſecu
loꝝ deuenerūt: Et. i. Jo. iiii. Nouiſſima ho
ra eſt: ergo hoc dicitur p cōparationeʒ ad
tp̄s p̄cedēs: ergo ſaltē hoc videt̄ ſciri poſ-
ſe: q̄ multo breuius ē tp̄s ab aduētu xp̄i vſ
qʒ ad finē mūdi: q̄ʒ a p̄ncipio mundi: vſqʒ
ad xp̄m. ¶ In oppoſitū ē illud Mat. xxiiii.
De die illa ⁊ hora: nemo ſcit: nec angeli ce
lorū. ¶ Secūdo ſic: ſi deberet aliq̄bus reue-
lari: pcipue reuelatū fuiſſet querētibꝰ apo
ſtolis: q doctores totius mūdi inſtituebant̄
ſʒ eis de finali aduētu dn̄i querētibꝰ rn̄ſuʒ
eſt. Actuū. p̄mo. Nō eſt veſtrū noſſe tēpo-
ra vel momēta q̄ pater poſuit in ſua p̄tate:
ergo multominus ē aliis reuelatū. ¶ Rn̄
deo dicēdū ſub iſta cōcluſione q̄ tp̄s deter
minatū futuri iudicii non pōt cognoſci ab
aliquo puro hoīe: a ſolo enī deo: ⁊ ab hoīe
xp̄o cognoſcitur. Probatur enī iſta cōclu-
ſio iuxta ſanctū Tho. in q̄onibus de poten
tia dei: q: duplex eſt modus: quo poſſumꝰ
cognoſcere futura. ſ. per cognitionē natu-
ralē ⁊ per reuelationē. Naturali quidem co
gnitione cognoſci nō pōt dterminate finis
mūdi: q: eiꝰ nō ē alia cā niſi volūtas diuina
quā quidē cūm naturali cognitiōe cogno-
ſcere nō poſſumus. Per reuelationē vero
lʒ ſciri poſſet: ſi deus vellet reuelare: nō tn̄
cōgruū eſſet q̄ reuelaret̄ niſi hmōi xp̄o: et
hoc q: finis mūdi nō erit niſi completo nu
mero electorū: cuius cōpletio ē quedā exe-
cutio totius diuine p̄deſtinatiōis. Nō non
cōpetit reuelationē fieri de fine mundi: niſi
ei cui fit reuelatio de tota p̄deſtinatiōe diui
na. ſ. hmōi xp̄o: p quē tota diuina p̄deſtina
tio totius humani generis quodāmō ipſi
vnde dicitur Jo. v. pater diligit filium: et oīa de
mōſtrat ei que ipſe facit. ¶ Ad rōnes i op
poſitū: ad primam rūdetur negādo ꝯſequē
tiā: ⁊ rō eſt: q̄ nō ē ſimile de p̄mo aduētu ⁊
ſcdō: q: p̄mus aduētus xp̄i nobis parabat
viā ad merendū p fidē: ⁊ alias virtutes: ⁊ idō
ex pte noſtra reqrebatur p̄mi aduentus no
titia: vt credēdo in eum q vēturus erat vt
per eiꝰ gratiā mereri poſſemus. In ſecun-
do aūt aduētu p̄mia reddētur p iuſtitia: ⁊ ſic
ex parte noſtra nō reqritur qd̄ agamꝰ: aut
qd̄ cognoſcamus: ſed qd̄ recipiamꝰ. vnde
nō oʒ p̄cognoſcere determinate tēpus illiꝰ
aduētus. ¶ Ad ſecūdā rōnem rūdetur ne
gādo ꝯſñam: ⁊ rō ē: q: illa ſigna poſita ſunt

ad manifeſtandū: q̄ꝺ q̄ñq3 mūdus finietur nō aūt ad manifeſtādū ꝺterminatū tp̄s q̄ñ finietur. Ponuntur aūt inter illa ſigna aliqua q̄ quaſi a mūdi exordio fuerūt: ſicut ꝙ ſurget gens cōtra gentē: ⁊ q̄ꝺ terremotus erūt per loca: ſed inſtāte mūdi fine hec habūdātius euenient: que aūt ſit illa mēſura horū ſignorum: que ante finē3 mundi erit: manifeſtū nobis eē nō pōt. ℂ Ad tertiā rñdetur negādo cōſequentiam: ⁊ rō eſt: q̄a ſicut Auguſtinus. Libro. lxxxiij. q. Ultima etas mūdi cōparatur vltime etati hoīs: q̄ determinato numero annorū nō diffinitur: ſicut alie etates diffiniuntur: ſ3 q̄ñq3 tātum durat quātū oēs alie: vel etiam amplius: vnde etiam iſta vltima etas mūdi non poteſt determinato numero annorū generationū diffiniri. ℂ Ad quartā rñdetur negādo cōſequētiā: ⁊ rō eſt: q̄a ex hoc ꝙ dicitur nouiſſima hora: vel ex ſimilib⁹ locutionibus: q̄ in ſcriptura dicūtur: nō videtur aliqua determinata quātitas tēporis ſciri: nō enim iſta ſunt dicta ad ſignificādum breuitatem horam ipſius temporis: ſed ad ſignificādum ſtatu3 mūdi: q̄ eſt quaſi nouiſſima etas: q̄ quanto tēpore duret nō ē diffinitū: nō eñi legi euāgelice alius ſtatus ſuccedet: q̄ ad perfectū3 adducat: ſicut ipſa ſuccedit legi veteri ⁊ lex vetus legi nature.

ℂ In dñica tertia: eſt euāgelium. Cum audiſſet Jo. in vinculis opera chriſti Mathei. xi. Circa quod occurrunt ſequētes. q. diſputande.

ℂ Prima vtrū beatus Jo. baptiſta dubitauerit an xp̄s eēt q̄ mittēdus erat ſaluator mūdi. ℂ Secūda vtrum chriſtus cōuenienter rñdit ad queſtionem Jo. cum ait dicite Joāni ceci vident. ⁊c̄. ℂ Tertia vtrū beatus Jo. fuerit pluſq̄3 propheta.

AD primā3. q. qua q̄ritur vtrū beat⁹ Jo. dubitauerit an chriſtus eſſet qui mittendus erat ſaluator mūdi: ſic proceditur: ⁊ videtur ꝙ ſic. ℂ Primo q̄a queſtio eſt dubitabilis ꝓpoſitio: ipſe autē queſiuit vtrum ipſe chriſtus eſſet q̄ venturus erat ſaluator mūdi: ergo videtur dubitaſſe. ℂ Secundo dicit ſic. Gregorius in omelia: ꝙ beatus Jo. petiuit an ſicut ꝑ hominibus naſci dignatus eſt: an etiam ꝑ hominibus mori ⁊ ad inferos deſcendere dignaretur: ergo videt̄ ꝙ dubitauerit. ℂ In oppoſitum eſt ꝙ ipſe teſtimoniū de eo perhibuit: ꝙ eſſet agnus dei qui peccata mundi tolleret Jo. i. Ergo nō dubitauit. ℂ Reſpondeo dicendum: ꝙ circa hanc. q. fuerūt varij modi dicendi: beatus Gregorius dixit ꝙ beatus Jo. non dubitauit vtrum chriſtus eſſet ſaluator mūdi: ſed dubitauit vtrū ſicut nat⁹ erat in humanitate noſtra ita etiā moreretur pro ſalute humana: ſed hec reſponſio nō videtur cōueniens: quia Jo. nō fuit minus illuminatus q̄3 prophete veteris teſtamenti. Prophete autem cognouerunt chriſtum: nō tantum naſciturum in carne propter nos: ſed etia3 moriturum: vt habetur Iſa. liij. Tanq̄3 ouis ad occiſionem ductus eſt: ergo multo fortius Jo. qui fuit pluſq̄3 propheta cognouit. Ite3 Jo. de chriſto predixerat ſicut dictum eſt. Ecce agnus dei Jo. i. ꝙ non dixiſſet: vt videtur: niſi vidiſſet eum immolandum pro ſalute mundi. Alij: vt Ambroſius: dicunt ꝙ triplex eſt dubitatio. Una infidelitatis que fuit in iudeis. Alia tarditatis: que fuit in diſcipulis. Alia eſt pietatis que fuit in Jo. Baptiſta: vt Ambroſius videtur dicere: ꝙ beat⁹ Jo. nō facit illam. q. chriſto: tu es qui venturus es: dubietatiue: ſ3 quadā pietate modo quo dixerat Petrus: quando audiuit chriſtum iturum Hieruſalem: et paſſurum: ⁊ moriturū3 ibi. Abſit a te domine vt hoc fiat: ſciebat enim Jo. chriſtum moriturum pro humano genere: ⁊ ad infernum deſcenſurum ſed compatiendo morti eius: queſiuit per modu3 dubitantis: ſed hoc non exprimitur in verbis Jo. ⁊ ideo tertij dicunt vt Auguſtinus. ⁊ Chriſo. cum quibus tenendum ꝙ Jo. nō dubitauerit de ꝑdictis: q̄ certitudinaliter cognouit: ſed diſcipuli eius q̄ non erāt

ſic illuminati dubitauerũt: ⁊ ideo Jo. ꝑ diſcipulos ſuos. q. ꝓpoſuit: nõ propter ſui dubitationẽ: ſed diſcipuloꝝ hẽſitationem: q̃ſi diceret: ſepe vos ammonui: ⁊ nõ credidiſtis mihi: qꝫ ipſe eſſet: ecce mitto duos ex vobis: ⁊ dicite ei eo qui vẽturus es. ⁊c. vt per voſipſos certificati magis acquieſcatis: ego enim nõ ſum xp̃s: ſed ipſe qui ſpiritũ nõ accepit ad menſuram: ⁊ hoc de iſta q̃ſtiõe. Ex dictis pꝫ: rñdeo ad obiecta. Ad primũ dicitur: qꝫ nõ erat dubitatio Jo. ſed diſcipulorũ. Ad ſecũdum rñdetur: qꝫ expoſitio Gregorij non recipitur in hac parte.

AD ſecũdã. q. qua querit̃ vtrũ xp̃s conuenienter rñdit queſtioni Jo. ⁊ videtur qꝫ non. ¶ Primo ſic: Jn primo aduentu venturus erat in infirmitate: ſcḋm illud Yſa. liij. tanq̃ viri doloꝝ ⁊ ſcienẽ infirmitatẽ: ſed opera miraculorũ magis pertinent ad virtutem ⁊ maieſtatẽ q̃ ad infirmitatem: ergo nõ ↄuenienter rñdit ſe eſſe qui venturus erat in carne: per operationẽ miraculoꝝ. ¶ Secũdo ſic miracula q̃ xp̃s fecit ab alijs facta ſunt: ergo ꝑ talia nõ cõuenienter rñdebat: qꝫ ipſe erat q venturus eſſet ad ſaluandum mũdũ. ¶ Jn oppoſitum eſt euãgeliũ p̃ñs: ⁊ illud Jo. v. Opera que mihi dedit pater vt faciã ipſa teſtimoniũ perhibẽt de me. Rñdeo dicendũ: qꝫ xp̃s ↄuenient̃ rñdit. Rñdit enim nõ per v̓ba: ſꝫ per facta: faciens in ↄſpectu diſcipuloꝝ Jo. miracula multa maniſeſtẽ declarãtia: qꝫ ipſe eſſet xp̃s: hoc ẽ qḋ dr̃ renũciate Jo. que audiſtis in doctrinis: ⁊ vidiſtis in miraculis: ceci vidẽt ad p̃ceptũ meũ: qḋ ſolius dei eſt. ¶ Ad rõnes in oppoſitũ dicendũ: ad primã rñdetur negãdo ↄſequẽtiã: ⁊ rõ eſt: q: licet filius dei venturus erat in primo aduentu in īfirmitate carnis: vẽturus tñ erat in v̓tute: dei quod maniſeſtãdũ erat per miracula. Vñ Jſa. xxxv. Ait ꝓpheta deus ipſe veniet ⁊ ſaluabit nos: tunc aperient̃ oculi cecoꝝ ⁊ aures ſurdoꝝ patebũt tũc ſali et ſicut ceruus claudus ⁊c. ¶ Ad ſecũdã rñdet̃ negãdo aſſumptum: dicimus enim qꝫ a nullo ſanctorum facta fuerũt miracula: ꝓpria virtute: ſicut a xp̃o facta ſunt. Unde maniſeſtũ argumentum fuit ſue diuinitatis: qꝫ ipſe erat qui vẽturus erat ſaluator mundi.

AD tertiã. q. qua queritur vtrũ
a Jo. fuit pluſq̃ ꝓpheta proceditur ſic: Beatus Jo. non fuit ꝓpheta vt ipſe dicit de ſeipſo Jo. i. ergo nõ fuit pluſq̃ ꝓpheta. ¶ Secundo ſic Mat. xi. dicit̃ lex ⁊ ꝓphete vſq ad Johannẽ: ergo videt̃ qꝫ Jo. nõ fuerit ꝓpheta. ¶ Tertio ꝓpheta dr̃: qui ꝓcul in futurũ fatur: ſed beatus Jo. nõ ꝓphetauit ꝓcul de xp̃o in futurũ: ſed p̃ñtem digito oñdit: ergo videt̃ qꝫ nõ põt dici ꝓpheta. ¶ Jn oppoſitũ eſt p̃ñs euãgeliũ. Rñdeo dicendum ſub iſta ↄcluſione qꝫ beatus Jo. fuit ꝓpheta ⁊ pluſq̃ ꝓpheta. pꝫ ↄcluſio. Primo teſtimonio xp̃i. ¶ Scḋo ſic: qꝫ fuerit ꝓpheta dicit̃ Luce. i. Tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis: qḋ vero fuerit pluſq̃ ꝓpheta. patet primo: q: ꝓphete eſt futura p̄dicere. iſte autẽ nõ ſolum futura ſed etiam preſentia oſtẽdit dicens. Ecce agnus dei. ⁊c. Hec ratio tãgitur in hymno: cum dicitur. Ceteri tantum cernere vatum corde preſago iubar affuturum: tu quidem mundi ſcelus auferentẽ indice prodis. Secundo qꝫ ante vſum vite motum oſtendit prophetẽ: Luc. i. Ut facta eſt vox ſalutationis tue in auribus meis: exultauit i gaudio īfans i vtero meo. ¶ Tertio quia non ſolum propheta ſed baptiſta chriſti fuit. ¶ Quarto quia ſuper hoc qꝫ ꝓpheta fuit. fuit etiam precurſor chriſti Luc. i. Preibis enim ante faciem domini: parare vias eius. ¶ Quinto ſic: quia ſicut chriſtus propetizatus eſt ab eo: et ab alijs prophetis: it: beatus Johannes ab alijs prophetis nũciatus eſt. Unde ſaluator ipſe volens oſtendere qualiter Jo. pluſq̃ propheta fuiſſet ſtatim ſubdit. Hic eſt de quo ſcriptũ eſt. ſ. Malachie. iij. Ecce mitto angelũ meũ añ faciẽ tuã: ſunt v̓ba p̃ris ad filium.

¶ Ad rationes in oppoſitum: ad primā rñ
def negādo anteceds: Ad ꝓbationē dicim⁹
ꝙ Jo. nō negauit ſe eſſe ꝓphetā abſolute:
nec prophetā miſſum an̄ xp̄m: ſed negauit
ſe eſſe illū prophetā: de quo loquit̄ ſcriptu
ra: Deutero. xviij. Prophetā ſuſcitabit vo
bis deus de fratrib⁹ veſtris: ⁊c. que quidē
auctoritas ſcḋm veritatē intelligenda ē ad lit
terā de xp̄o: licet iudei: vt dicit magiſter ni
cholaus de lira: intelligāt de alio propheta.
¶ Ad ſecūdā rñdef negādo cōſequētiam:
⁊ ad auctoritatē Mat. xi. rñdef ꝙ p̄ illō v
bū: nō eſt intelligendū: ꝙ poſt ſe nō fuerint
alij prophete: cū de⁹ dicat Mat. xxiij. Ecce
mitto ad vos ꝓphetas ⁊ ſcribas ⁊c. Item
in .ij. Anna prophetizauit: ſed ideo dicitur
lex ⁊ ꝓphete: vſqꝫ ad Jo. q̄ i lege ⁊ ꝓphe
tis v̄itas de xp̄o erat ſub figuris ⁊ enigma
tibus tradita: ſed a Jo. eſt manifeſte oſtēſa
dicēte: ecce agnus dei ⁊c. ¶ Ad tertiam rñ
def iuxta albertū: ꝙ propheta capit̄ dupli
citer: vno modo ſtricte ⁊ proprie. ſ. q procul
in futurū ſaf de verbo ⁊ ſacramētis: ⁊ hoc
accipit̄ per diuinā inſpirationē. Alio mō di
cit̄ ꝓpheta large. ſ. habens diuinā inſpira
tionē d̄ verbo ⁊ ſacramētis eius: ⁊ hoc mō
beatus Jo. fuit ꝓpheta ⁊ nō primo mō.
¶ In dñica quarta legit̄ euāgeliū: in illo tē
pore: miſerūt iudei ab Jeroſolimis: ⁊c. Jo.
i. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes
queſtiones.
¶ Prima ē vtrū beatus Jo. bene rñderit
ad iterrogationē ſacerdotū ⁊ leuitaꝝ que
rentiū: tu quis es. ¶ Secūda eſt vtrū fue
rit cōueniens Jo. baptizare. ¶ Tertia vtꝝ
conueniens fuerit vt xp̄s inter homines cō
uerſaretur.

AD primā. q. in qua queritur
vtrū beatus Jo. bn̄ rñderit
ad interrogationē ſibi factā
per ſacerdotes ⁊ leuitas: tu
quis es: ⁊ videt̄ ꝙ nō. ¶ Pri
mo in hoc ꝙ rñdit nō ſum ego Chriſtus: cū
de hoc nō videat̄ fuiſſe interrogat⁹. ¶ Se
cūdo videt̄ male rñdiſſe: cū dixerit ſe non
eē heliā: cū Mat. xi. xp̄s dicat d̄ eo: ipſe eſt
helias. ¶ Tertio videt̄ male rñdiſſe: cū in
terrogatus ſi eſſet ꝓpheta: rñdit ſe nō pro
phetā. ¶ Quarto videt̄ male rñdiſſe cum
interrogatus dicat ſe eſſe vocē clamātis in
deſerto. ¶ In oppoſitū eſt: q2 Jo. cū eēt re
pletus ſpū ſancto ex vtero matris ſue: ⁊ ꝑ
cōſequēs illuminatus a deo: nō rñderet ni
ſi bn̄. ¶ Ad rōes i oppoſitū rñdef: Ad pri
mā dicit̄: ꝙ licet expſſe nō fuerit interroga
tus an eēt xp̄s: iſta tñ erat intētio illoꝝ q̄rē
di ⁊ ſciendi an eēt xp̄s: cū enim tēpore quo
viuebat Jo. eēt famoſa opinio: ⁊ maxime i
hieruſalē: vbi vigebat ſtudiū legis ⁊ ꝓphe
taꝝ: ꝙ tempus aduentus meſſie eēt vel pro
ximo: ⁊ meſſiam de proximo expectabant.
Preterea videbāt Jo. baptiſte mirabilem
natiuitatē: ⁊ eius excellētē ſanctitatē: ideo
erāt moti ad opinādū ipſum eſſe chriſtum:
ꝓpter quod miſerunt ſolēnes nūcios ad
Jo. volētes ſuper hoc ſcire volūtatē eius:
⁊ ita recte beatus Jo. dicens ſe nō eē xp̄m
rñdit intentioni eoꝝ: hoc enim querebant:
tu quis es: vt rñderet eis ſi eſſet xp̄s vel nō
¶ Ad ſcḋaꝫ dr̄: ꝙ optime rñdit negādo ſe
eē heliā: q2 ita erat in veritate: ꝙ nō erat he
lias in perſona. Chriſtus aūt dixit eū heliā
nō in perſona: ſꝫ in ſpū ⁊ virtute: q2. ſ. ſimili
tudinē helie in ſuis operib⁹ demōſtrabat: ⁊
hoc ſpāliter in tribus. ¶ Primo in officio
q2 ſicut helias: ſcḋm dñi aduentum ꝑueniet:
Ita Jo. ꝑceſſit primū. Vñ angelus dixit: ip
ſe p̄cedet an̄ illum. ¶ Secūdo in auſterita
te vite: q2 helias in deſerto morabat̄: parce
vtebat̄ cibo: ⁊ duris veſtibus operiebat̄
vt dicit̄. iij. regū. Ita Jo. in deſerto eſca ei⁹
erāt locuſte ⁊ mel ſilueſtre: ⁊ zona eius de
pilis camelorum. ¶ Tertio quātū ad zeluꝫ
q2 helias maximi zeli fuit. Vñ dicit. iij. Re
gū. xix. zelo zelatus ſum: ſic ⁊ Jo. zelo veri
tatis mortuus ē. ¶ Ad tertiā rñdef: ꝙ bn̄
rñdit negādo ſe eſſe ꝓphetā. Negauit qui
dē ſe eſſe ꝓphetā: nō abſolute: ſ3 illū excellē
tiſſimū de quo ipſi q̄rebāt: ⁊ d̄ quo ſcriptu
ra loquit̄. Deutro. xviij. ſuſcitabit vobis

dn̄s ꝓphetā de fratribus veſtris: ⁊c̄. que
ſcriptura ad litterā ē itelligēda de xp̄o: vel
negauit ſe eē ꝓphetā q: nō fuit ꝓpheta ſim
pliciṫ: ſue tm̄: ſ; pluſq̄ȝ ꝓpheta. Alij nāqȝ
ꝓphete ſola futura ꝑdicebāt: ⁊ a remotis.
Jo. vero xp̄m p̄ntem ⁊ nūciauit digito oñ
dēs .d. Ecce agnus dei: ⁊ ecce qui tollit pec
cata mūdi. ¶ Ad q̄rtā rn̄det ꝙ etiā bn̄ rn̄
dit dicēs: ꝙ eēt vox clamātis ī deſerto. ⁊c̄.
beatus enī Jo. cū eſſet deuotiſſimus adī
plēs: qd̄ apoſtolus dicit ad Gala. ij. ſ. viuo
ego: iā nō ego: ſ; viuit in me xp̄s: nō rn̄dit
ego ſum filius zacharie vel talis: ſ; illud in
quo xp̄m ſeq̄bat̄. Un̄ dixit: ego vox clamā
tis ⁊c̄. dicit aūt ſe vocem eēq: vox origine
poſterior ē verbo: ſ; noticia ꝑor. Nā v̄bū
in corde ɔceptū per vocē ꝓlatū cognoſci
mus: eū ſit ſignū eius. Deus aūt paṫ ꝑcur
ſorē miſit Jo. in tēpore factū: vt verbū ſuū
ab eterno ɔceptū annūciaret: ⁊ iō congrue
dicit Jo. ego vox clamantiȝ in deſerto. ſ. iu
dee: dirigite viam dn̄i. i. ego ſuȝ ille de quo
ſcriptura ſacta loqtur Iſa. c. l. ego vox cla
mātis in deſerto: vt hoies ſe ad aduentum
xp̄i in mūdū prepararent: ⁊ ſic pȝ ꝙ Jo. in
oibus bene rn̄dit ad interrogationē ſibi fa
ctam a tu quis es.

AD ſecūdā .q. qua queritur
vtrū fuit ɔueniēs Jo. ba
ptizare: ſic proceditur: ⁊ vi
detur ꝙ nō. ¶ Primo ſic:
ois enim ritus ſacramenta
lis ad aliquā pertinet legē:
ſed Jo. nō introduxit nouā legē: ergo incō
ueniēs fuit ꝙ Jo. nouū ritū baptizādi itro
duceret. ¶ Secundo ſic. Jo. fuit miſſus a
deo in teſtimoniū tanq̄ȝ propheta ſm̄ illud
Lu. i. Tu puer propheta altiſſimi vocabe
ris: Sed ꝓphete q fuerūt añ xp̄m nō itro
duxerūt nouū ritū: ſed ad obſeruātiā lega
liū inducebāt: vt pȝ Malach. vltimo. Me
mentote moyſi ſerui mei: ergo nec Jo. no
uū ritū baptizādi inducere debuit. ¶ Ter
tio ſic: vbi eſt alicuius rei ſuperfluitas: non
eſt ad illud aliud addendū: ſed iudei excede
bant in ſuperfluitate baptiſmatū: vt dicitur
Marci. vij. ꝙ phariſei ⁊ omnes iudei niſi
crebro lauēt manus nō mādncāt: ⁊ a foro
niſi baptizētur nō comedūt: ⁊ alia multa q̄
tradita ſunt illis ſeruare: vt baptiſma cali
cū ⁊c̄. ergo incōueniēs fuit ꝙ Jo. baptiza
ret. ¶ Quarto ſic: baptiſmus Jo. nō vide
tur eē a deo: ergo incōueniēs fuit Jo. taleȝ
ritū introducere. Cōſequētia pȝ: añcedens
ꝓbaṫ ſic: nihil enī ſacramētale: qd̄ ē a deo:
denoiatur ab hoie puro. Un̄ baptiſm⁹ no
ue legis nō dr̄ petri: aut pauli: ſ; baptiſm⁹
denoiatur a Jo. dr̄ enī baptiſm⁹ Jo. ergo
nō eſt inſtitutus a deo. ¶ Quinto ſic: alia
ſacramēta nō habuerunt aſſuefactoria: er
go nec baptiſm⁹ xp̄i debuit hr̄e baptiſmū
Jo. vt aſſuefaceret hoies ad baptiſmū xp̄i
¶ In oppoſitū ē euāgeliū p̄ns ⁊ Math.
iij. vbi p̄miſſa ſanctitate Jo. ſubditur ꝙ exi
bāt ad eū multi ⁊ baptizabātur in iordane.
Rn̄deo dicēdū ſub iſta ɔcluſiōe: ꝙ cōue
niēs fuit Jo. baptizare: que ɔueniētia colli
gitur ex q̄tuor. ¶ Primo q: oportebat xp̄ȝ
baptizari a Jo. vt baptiſmū ɔſecraret vt
dicit Auguſtin⁹ ſuper Jo. ¶ Scdo vt xp̄s
manifeſtaretur. Un̄ ipſe Jo. baptiſta dicit
Jo. i. vt manifeſtetur. ſ. xp̄s in hieruſalē: ꝓ
pterea veni ego in aq̄ baptizās: ɔcurrētib⁹
enī turbis annūciabat xp̄m: qd̄ qdē facili⁹
ſic factū ē: q̄ȝ ſi per ſingulos diſcurriſſet vt
Criſo. dicit ſuper Jo. tm̄ enī officiū Jo. p̄
dicādo ⁊ baptizando ordinabatur ad mani
feſtationeȝ xp̄i. ¶ Tertio vt ſuo baptiſmo
aſſuefaceret hoies ad baptiſmū xp̄i. Unde
Grego. dicit ī q̄dā omelia ꝙ iō baptizauit
Jo. vt ꝑceſſiōis ſui ordinē ſeruās q naſci
turū dn̄ȝ naſcēdo ꝑuenerat: baptizādo quo
qȝ baptizaturȝ ꝑueniret. ¶ Quarto ad pe
nitētiā hoies inducēs ꝑpararet ad digne
ſuſcipiēdū baptiſmū xp̄i. Un̄ beda dicit: ꝙ
quātū cathecuminis nōdū baptizatis pdeſt
doctrina fidei: tm̄ ꝓfuit baptiſm⁹ Jo. ante
baptiſmū xp̄i: q: ſicut ille p̄dicabat peniten
tiā ⁊ baptiſmū xp̄i p̄nūciabat: ⁊ i cognitio
nē veritatis q mūdo apparuit: attrahebat:

ſic miniſtri eccleſie: q pmo erudiũt: poſtea peccata coꝝ redarguunt: deinde baptiſmo xpi remiſſionẽ pmittũt. ¶ Ad rõnes in oppoſitũ: Ad primã rñdetur negãdo ↄñam: et rõ ẽ: q: baptiſmus Jo. nõ erat per ſe ſacramentũ: ſʒ q̃ſi quoddã ſacramẽtale diſponẽs: ad baptiſmũ xpi: ⁊ iõ aliq̃liter pertinebat ad legẽ xpi: nõ aũt ad legẽ moyſi. ¶ Ad ſecundã rñdetur negãdo ↄſequẽtiã: ⁊ rõ ẽ: q: Jo. nõ ſolũ fuit ꝓpheta: ſed plus q̃ꝫ ꝓpheta. ꝓpheta vt dr̃ Mat. xi. fuit enĩ terminꝰ legis: ⁊ initiũ euãgelij: ⁊ iõ magis pertinebat ad eũ vbo ⁊ opere inducere hoies ad legẽ xpi: q̃ꝫ ad obſeruãtiam veteris legis. ¶ Ad tertiã rñdetur negãdo ↄñam: ⁊ rõ eſt: q: baptiſmata illa phariſeoꝝ erãt in aq̃ vt pote ad ſolã mundiciã carnis ordinata. ſed baptiſmus Jo. ordinabatur ad mundiciã ſpũalem. Inducebat enĩ hoies ad penitẽtiã: vt dictũ ẽ. ¶ Ad quartã rñdetur negãdo aſſumptũ. Nã dicitur Jo. i. q me miſit baptizare in aq̃: ille dixit mihi: et c̃. Et ita baptiſmus Jo. fuit inſtitutꝰ pcepto diuino. Vñ ritus ille baptizandi nõ ſunt ab hoibꝰ ſʒ a deo: q familiari ſpiritꝰ ſancti reuelatione Johãnẽ ad baptizandũ miſit: Et ita Jo. primus miniſter fuit inſtitutionis: et deus actor pncipalis: Qõ aũt denominet a beato Jo. eſt ꝓpter tria: vt dicit ſctus Tho. in iiij. ſñ. primo: q: fuit baptiſmi inſtitutor aliquo mõ. Petrꝰ aũt nullo mõ baptiſmi: quo ipſe baptizabatur: tũ ſcdo q: nihil in illo baptiſmo efficiebatur qđ Jo. nõ faceret. tum tertio q: ſibi ſoli erat datũ illius baptiſmi miniſteriũ. ¶ Ad quintã rñdetur negãdo ↄſeq̃ntiã: q: vt dicit dñs Bonauẽtura: nõ eſt ſimile de baptiſmo xpi: et de alijs ſacramẽtis: q: baptiſmꝰ eſt pmũ et neceſſarium: ↄgrue habuit pambulũ: q: cui eſt neceſſariũ oportebat oẽs ſuſcipere: q: primum: ne hoies inhabiles eẽnt et ĩpreparati: ꝙ pcederet aliqđ ſimile: Nõ ẽ ſic de alijs ſacramẽtis: baptiſmus enĩ ſuſceptus diſponit ad cetera alia: et ideo non indiguit alia aſſueſactione: imo aſſueſactio baptiſmi ad alia aſſueſecit.

AD tertiã q. in q̃ q̃ritur: q: dicitur ĩ euãgelio d̃ xpo. Medius veſtrũ ſtetit. i. cõuerſatꝰ eſt. vtꝝ cõueniẽs fuit vt xpo ĩter hoies cõuerſaretur: vel vitã ſolitariã ageret: ſic ꝓceditur: et vr̃ ꝙ nõ fuit cõueniẽs eũ inter homines conuerſari. ¶ Primo ſic: oportebat ꝙ xpo ſua conuerſatione nõ ſolũ ſe hominẽ oñderet: ſed etiam deũ: Sed deũ nõ cõuenit cũ hoibus conuerſari. dicitur enĩ Dani. ij. Exceptis dijs quorum non eſt cuꝫ hominibus ↄuerſatio: Et philoſophꝰ dicit pmo polliticoꝝ ꝙ ille qui ſolitarie viuit: aut eſt beſtia ſi propter ſeuitiam hoc faciat: aut eſt deus: ſi hoc faciat propter contemplandam veritatem: ergo videtur ꝙ non fuit conueniens: chriſtum inter homines cõuerſari. ¶ Secũdo ſic: xpo dum in carne mortali vixit: debuit perfectiſſimam vitam ducere. perfectiſſima autem vita eſt contemplatiua: Ad vitaꝫ autem cõtemplatiuam maxime cõpetit ſolitudo: ſcḋm illud Oſee. ij. ducaꝫ eam in ſolitudinem: et loquar ad cor eius: ergo videtur ꝙ xpo debuit ſolitariã vitã ducere. ¶ Tertio ſic: conuerſatio xpi debuit eſſe vniformis: quia ſemper d̃buit in eo apparere qđ optimum eſt: ſed quãdoq3 xpo ſolitariaꝫ vitam querebat: turbas declinãs. Unde Remigius dicit ſuper Mat. ꝙ xpo tria refugia legitur habuiſſe. nauim: montem: et deſertuꝫ: ad quoꝝ alterũ quotienſcũq3 a turbis comprimebatur condeſcendebat: ergo ſemper debuit ſolitariam vitam ducere.

¶ In oppoſitum eſt euangelium preſens: vbi dicitur: Medius veſtruꝫ ſtetit. i. inter vos conuerſatus eſt: et vitam communem vobiſcum ducens. ¶ Reſpondeo dicendũ ſub iſta concluſione: conuenientiſſimuꝫ fuit chriſtum conuerſari inter homines. Patet ↄcluſio. ¶ Primo ex illo Baruc. iij. Poſt hec in terris viſus eſt: et cuꝫ hominibus ↄuerſatus eſt. rõne ſic ꝓbatur: cõuerſatio xpi talis d̃buit eẽ vt ↄueniret fini

conuerſationis: ſecundum quē venit in mūdū. venit autē in mūdū: Primo quidē ad manifeſtandū veritatē: ſicut ipſe dicit Jo. xix. in hoc natus ſum: ⁊ ad hoc veni in mundum vt teſtimonium perhibeam veritati: ⁊ ideo non debebat ſe occultare: vitam ſolitariam agens: ſed in publicum procedere: publice ꝑdicādo. vnde Luce. iiij. dicit illis qui volebant eum detinere: quia ⁊ alijs ciuitatibus oportet me euāgelizare regnum dei: quia ideo miſſus ſum. ¶ Secundo venit ad hoc: vt homines a peccato liberaret ſꝫ illud. i. Thi. i. xp̄s ieſus venit in hūc mūdū peccatores ſaluos facere: ⁊ ideo vt Criſo. dicit: licet in eodem loco manendo poſſet xp̄s homines ad ſe trahere: vt eius predicationem audirent: non tamen hoc fecit prebens nobis exemplū: vt perambularemus ⁊ requireremus pereuntes: ſicut paſtor ouem perditam: ⁊ medicus accedit infirmum. ¶ Tertio venit: vt per ipſum habeamus acceſſum ad deum: vt dicitur ad Ro. v. ⁊ ita familiariter cum hominibus conuerſando: conueniens fuit vt omnibus fiduciam daret ad ſe accedendi. Unde dictū eſt Mat. ix. factum eſt diſcumbente eo in domo: ecce multi publicani ⁊ peccatores venientes diſcūbebant cum Jeſu ⁊ diſcipulis eius. ¶ Ad rationes in oppoſitum: ad Primā reſpondetur negando conſequentiam: ⁊ ratio eſt: quia xp̄s per humanitatē ſuam voluit manifeſtare diuinitatem. ⁊ idō conuerſando cum hominibus: quod eſt ꝓprium hominis: manifeſtauit omnibus ſuā diuinitatem: predicando: ⁊ miracula faciendo: ⁊ innocenter ⁊ iuſte inter homines cōuerſando. ¶ Ad ſecundam reſpondet negando conſequentiam: ⁊ ratio eſt: q2 licet vita cōtemplatiua ſimpliciter ſit melior q̄ȝ actiua: quia occupatur circa actus corporales: actiua tamen ſm̄ quam aliquis predicādo ⁊ docendo contemplata alijs tradit: ē perfectior q̄ȝ vita que ſolum cōtemplatur: quia talis vita preſupponit habundantiam cōtēplationis: ⁊ ideo xp̄s talem vitā elegit. Ad tertiam reſpondetur negando aſſumptū: ⁊ ratio ē: quia actio xp̄i fuit noſtra inſtructio: ⁊ ideo vt daret exemplum predicatoribus: ꝙ non ſemper ſe darent in publicum: ⁊ ideo quandoqȝ dominus ſe a turbis retraxit: quod quidem legitur feciſſe propter tria. Quandoqȝ quidem propter corporalem quietē. Unde Mar. vi. dicitur ꝙ dominus dixit diſcipulis: venite ſeorſum in deſertum locum ⁊ requieſcite puſillum: erant enim qui veniebant ⁊ redibant multi: ⁊ nec ſpatium manducandi habebant. Quādoqȝ vero cauſa orationis: vt dicitur Luce. vi. factum ē in illis diebus: Exijt in montem orare: ⁊ erat pernoctans in oratione: vbi dicit ambroſius ꝙ ad precepta virtutis ſue: nos informat exēplo. Quandoqȝ vero vt doceat fauorē humanū vitare. Unde ſuper illud Mat. v. videns ieſus turbas aſcendit in montē. Dicit Criſo. per hoc ꝙ non in ciuitate ⁊ foro: ſed in mōte ⁊ ſolitudine ſedit: erudiuit nos nihil ad oſtentationem facere: ⁊ a tumultibus abſcedere: ⁊ maxime cum de neceſſarijs diſputare oporteat: ⁊ tantū ſufficit de iſta concluſione.

¶ In dominica: feria quarta quatuor temporum eſt illud euangeliū Luce. i. Miſſus eſt angelus: Circa quod queſtiōes diſputandas quere in feſto annunciationis.

¶ Feria ſexta euangelium eſt. Exurgens Maria Luce. i. Diſputāda ſup hoc quere in feſto viſitationis.

¶ In die Sabbati euangelium eſt. Anno. xv. Luce. iij. Uenit. ſ. Jo. in omnē regionē iordanis: predicans baptiſmum penitentie in remiſſionem peccatorum: Circa quod venit diſputandum.

Utrum baptiſmus Jo. conferebat gratiam: ⁊ videtur ꝙ ſic: ⁊ ex euangelio p̄ſenti vbi dicitur ꝙ predicabat baptiſmum penitentie in remiſſionem peccatorum. Penitentia autem ⁊ remiſſio peccatorum eſt per gratiam: ergo baptiſmus Jo. conferebat gratiam. ¶ Secū

do ſic: baptiſandi a Jo. confitebantur pecca
ta ſua: vt habetur Mat. iij. Et Mat. i. ſed
cõfeſſio peccatoꝝ ordinabat᷑ ad remiſſionẽ
que fit per gratiã: ergo baptiſmus Jo. cõfe
rebat gratiã. ¶ Tertio ſic: baptiſmus Jo.
propinquior erat baptiſmo xp̄i: q̃ȝ circũci-
ſio: ſȝ circũciſio cõferebat gratiaȝ per quaȝ
remittebatur peccatũ originale: ergo idem
qđ prius. ¶ Quarto ſic: ſi baptiſmus Jo.
nullũ habebat interius effectũ: cuȝ ablucio
carnis parũ aut nullius ſit vtilitatis: videt᷑
ꝙ baptiſmus Jo. nõ fuit acceptãdꝰ: nec ap
probãdus: ſȝ hoc nõ videtur dicendũ: ergo
baptiſmus Jo. aliquã interius efficaciã ha
buit: ⁊ nõ niſi gratiã cõferẽdo: ergo ⁊c̃. ¶ In
oppoſitũ arguit᷑ ex illo Mat. iij. Ubi inq̃t
Jo. ego quidẽ baptizo vos in aqua: per pe
nitẽtiã: qđ exponẽs Greg. in quadã omelia
dicit Jo. nõ in ſp̄ũ ſancto ſed in aqua bapti
zabat: q: peccata ſoluere nõ valebat: ſȝ gra
tia ẽ a ſp̄ũ ſancto: ⁊ per eũ peccata tollunt᷑:
ergo baptiſmus Jo. gratiam non cõferebat.
¶ Rñdeo dicendũ ſub iſta concluſione: ꝙ
baptiſmus Jo. gratiã nõ cõferebat: cũ eſſet
operatio hoĩs: gratia autẽ nõ põt ab hoĩe
cõferri: q̃ ↄcluſio ſic declarat᷑: ſicut ſup̄a di-
ctũ eſt: tota doctrina ⁊ operatio Jo. pp̄ara
toria erat ad xp̄m: ſm̄ illud Jo. i. Gratia et
veritas per ieſum facta eſt: ⁊ ideo baptiſmꝰ
Jo. gratiã nõ cõferebat: ſed ſolũ ad gratiam
pp̄arabat: ⁊ hoc tripliciter. Uno quidẽ mõ
per doctrinã Jo. inducentẽ homines ad fi
deȝ xp̄i. Alio modo aſſuefaciẽdo hoĩes ad
ritũ baptiſmi xp̄i. ¶ Tertio mõ per penitẽ
tiam pp̄arãdo hoĩes ad ſuſcipiẽdũ effectuȝ
baptiſmi xp̄i. ¶ Ad rõnes in oppoſitũ: ad
primã rñdetur iuxta glo. q̃ auctoritas ſic ex
ponẽda ẽ vt referat᷑ ad baptiſmata diuer-
ſa: hoc mõ: Erat Jo. baptizãs. ſ. baptiſmate
ſuo: ⁊ predicans. ſ. baptiſmũ xp̄i. qui eſt in re
miſſionẽ peccatoꝝ. Si autem referat᷑ vtrũ
q̃ȝ ad baptiſmum Jo. tunc dicitur p̄dicare
baptiſmũ in remiſſionẽ peccatoꝝ: nõ iõ q̃a
hoc ipſe pficeret: ſȝ q: ad hoc imponẽdo di
gnos fructus penitẽtie agere diſponebat ⁊
preparabat. ¶ Ad ſecũdã rñdetur negãdo
ↄñam: ⁊ rõ eſt: q: cõfeſſio illa peccatorũ nõ
fiebat ad remiſſionẽ peccatorũ: ſtatim p ba
ptiſmũ Jo. exhibẽdam: ſed cõſequẽdaȝ per
penitẽtiam cõſequẽtẽ: ⁊ baptiſmum xp̄i ad
quẽ penitẽtia illa pp̄arabat. ¶ Ad tertiam
rñdetur negãdo ↄñaȝ: ⁊ rõ eſt: q: q̃ȝuis ba
ptiſmus Jo. magis cõueniret cuȝ baptiſmo
xp̄i: q̃ȝ circũciſio: quãtũ ad materiam: nõ tñ
cõueniebat magis quo ad cauſam inſtitutio
nis: q: circũciſio inſtituta fuit in remedium
cõtra originale peccatũ: baptiſmꝰ autẽ Jo.
nõ erat ad hoc inſtitutus: ſed ſolũ erat pp̄a
ratorius ad baptiſmũ xp̄i: vt dictũ ẽ: ſacra-
mẽta autẽ ex vi ſue inſtitutiõis ſuuȝ habent
effectũ. ¶ Ad quartã rñdetur negãdo cõ-
ſequẽtiã: ⁊ rõ eſt: q: lȝ baptiſmus Jo. inte-
rius nõ purgaret: nõ tñ erat inutilis: q̃a in-
ſtruebat ⁊ preparabat ad baptiſmũ xp̄i: de
cuius vtilitate dictũ eſt in rõne: ad primum
argumentũ: ⁊ tãtum de hac queſtione.
¶ In vigilia natiuitatis xp̄i eſt euãgelium
In illo t̄p̄e cũ eſſet deſpõſata mater ieſu ⁊c̃.
Mat. i. Circa qđ multe. q. diſputãde veni
rẽt inter quas hee ſunt que ſequũtur.
¶ Primo vtrũ xp̄s debuit de virgine de-
ſponſata concipi.
¶ Secũdo vtrum inter Mariã ⁊ ioſeph
fuit perfectũ matrimonium.
¶ Tertio vtrum predictum matrimoniuȝ
fuit aliquãdo cõſummatum.
¶ Quarto vtrum xp̄s ſit dicẽdus cõceptꝰ
de ſpiritu ſancto.

AD primã. q. qua querit᷑ vtrȝ
fuit cõueniens ꝙ xp̄s de vir
gine deſpõſata conciperetur
pceditur ſic: ⁊ videt᷑ ꝙ non.
¶ Primo ſic: deſpõſatio ad
carnalem copulã ordinat᷑: ſed mater dei nũ
q̃ȝ voluit carnali viri vti copula: q: hoc de
rogat virginitati mẽtis ipſius: ergo nõ de
buit eſſe deſponſata. ¶ Secũdo ſic: ꝙ xp̄s
ex virgine naſceretur miraculuȝ fuit: vt pa
tet: ⁊ eſt dictũ Augu. in epiſtola ad voluſia
nũ. ſed miracula que fiũt ad ↄfirmationem

ſit verū ꝙ xp̄s ſit poſitus i
ruinā multoꝝ ſic ꝓceditur.
Et videtur ꝙ nō. ¶ Pri-
mo ſic. xp̄s nunq̄ꝫ p̄buit oc
caſionē ruine alicui ex ali-
quo dicto vel facto ſuo: ergo non fuit poſi
tus in ruinā alicuius. Cña ē bona ⁊ aſſum
ptū pꝫ: q: p̄bere occaſionē ruine aliquorum
eſt ↄtra caritatē. Et ita peccatū. xp̄s autem
peccatū non fecit nec inuētus eſt dolus in
ore eius. ¶ Scdo ſic: xp̄s poſitus eſt a deo
patre in lucē gētiū: vt ſit ſalutis vſq; ad ex
tremū terre yſa. xlix. Ergo non eſt poſit⁹ in
ruinaꝫ alicuius. ¶ Tertio ſic: xp̄s venit: vt
hoies vitā habeāt vt ipſe dicit Jo. iiij. Er-
go non ē poſitus in ruinā mortis alicuius.
Ergo non videt̄ verū ꝙ poſitus ſit in rui-
nā. ¶ Quarto qui occaſionē dāni dat: dā-
nū dediſſe videtur: ſꝫ ſi xp̄s eſt poſitus in
ruinā multoꝝ: ipſe videtur eſſe cā peccati
hominū. ¶ In oppoſitū eſt euangeliū hoc
⁊ yſa. viij: et. pe. Petri. ij. dicitur de xp̄o: ꝙ
erit in lapidē offenſionis: ⁊ in petrā ſcanda

li. Reſpondeo dicendum: ꝙ euangeliſta di
cit verum: ꝙ chriſtus poſitus eſt in ruinaꝫ
multorum: ſed diuerſimode ſm duas expo
ſitiones. Exponitur enim dupliciter ille tex
tus. Uno modo ſm glo. quandam. i. in rui
nam multorum. ſ. vitiorum ⁊ in reſurrectio
nem virtutum. Plane hoc veruꝫ eſt. Ipſe
enim eſt eā in pſona. Hier. dictū eſt. Hier.
i. a deo patre. Ecce conſtitui te ſuper gētes
⁊ regna: vt euellas. ſ. vitia: ⁊ plātes virtutes
Ubi, inquit glo. Non enim poterant edifi
cari bona: niſi deſtructa exiſterēt mala: nec
plantari optima: niſi eradicarentur peſſi-
ma. Unde Mat. xv. Omnis plātatio quā
non plantauit pater meus celeſtis: eradica
bitur. Alio modo exponitur reſpectu ho-
minū malorum. Et tunc dicitur ꝙ etiam di
ctum euāgelij eſt verum ad iſtuꝫ intellectū.
ſ. ꝙ poſitus eſt in ruinā multorum: nō ꝙ di
cto aut facto ſuo minus recte prebuerit oc
caſionem ruine alicui: ſed quia ex doctrina
⁊ operibus ſanctis ſuis multi mali ex mali
cia ſua occaſionem receperūt ruine. Unde
ſanctus Tho. in quarto Di. xxviij. inquit
quodq; aliq̄ ex factis vel dictis chriſti ſum
pſerunt occaſionem ruine: dicitur eſſe poſi
tus in ruinam ⁊ in ſcandalum: non ꝙ ipſe
dederit aliquā vel modicam occaſioneꝫ rui
ne. Unde non legitur ꝙ aliquos ſcandali-
zauit: ſed ꝙ aliqui ex dictis vel factis eius
ſcandalizati ſunt. ¶ Ad rationes in oppo-
ſitum. Ad primam reſpondetur negādo cō
ſequētiam: Et ad probationem dicimus ꝙ
bene concedimus ꝙ chriſtus non eſt poſi-
tus in ruinam: ꝙ ipſe dederit occaſionem
ruine alicui. Unde neminem ſcandalizaſſe
legitur vt dictū ē: ſꝫ bñ mō expoſito. ¶ Ad
ſcdam rñdetur ꝙ rō ꝓcedit ꝙ ñ ſit poſit⁹
in ruinā ſicut p̄bēs occaſionē ruine. ¶ Ad
tertiā rñdet̄ eodē mō. ¶ Ad q̄rtā rñdet̄:
negādo minorē. xp̄s. enī nulli dedit occaſio
nē ruine: nec cā fuit peccati. Pro quo notā
dū ꝙ duplex eſt occaſio. ſ. data ⁊ accepta.
Dicit̄ aūt occaſio data qñ fit aliqd op⁹ mi
nus rectū: ex quo per exēplū alij ꝓuocātur

ad peccandū. Si aūt aliq̄s facit opus rectū ⁊ alij inde ꝓuocent̄ ad peccandū: nō erit occaſio data: ſed accepta. Et talis fuit occaſio. Phariſeoꝝ: qui ſcandalizabant̄ de doctrina xp̄i. Et ſic intelligenda ſunt illa q̄ inducū tur de Iſa. viij. ⁊ .i. Petri. ij. Unde ſanctus Tho. dicit in quarto: q̄ xp̄s nō dicit̄ petra ſcādali: q̄ per ſe fuerit ſcandali cauſa. q: ipſe nō dedit alicui occaſionē ſcandali: ſꝫ dicit̄ in petram ſcandali: ita q̄ prepoſitio: in: non ordinē cauſe: ſed conſecutionē importat: q̄ ex his que xp̄s fecit conſecutum eſt ſcandalum iudeorum. Hec ille.

AD ſecundā. q. q̄ querit̄ vtrū beata Maria ita gladio cō paſſionis mortis xp̄i fuerit ꝑfoſſa: vt vere martyr poſſit appellari. ſic ꝓceditur. Et videtur q̄ ſic. ¶ Primo ſic. Dicit Hiero. in ſermone de aſſumptione beate virginis. Marie Recte dixeris dei genitrix virgo ⁊ martir fuit: q̄uis in pace vitam finiuerit. ¶ Secundo ſic: Dicit Grego. Iure enim pluſq̄ꝫ martir eſt: que nimio amore vulnerata: teſtis extitit ſaluatoris: ⁊ ꝑ merore in animo cruciatum ſuſtinuit paſſionis. ¶ Tertio ſic. Dicit Bernardus Longe eā pluſq̄ꝫ martirē cenſemus: in qua paſſionis ſenſum cōpaſſionis ſuperauit affectus. ¶ Quarto Idem Bernardus ſuper illud in plenitudine ſanctorū detentio mea. Merito in plenitudine ſanctoꝝ detētio eius erat: cui nec puritas angelorū: nec fides deſuit patriarcharū: nec ſpiritus prophetarū: nec apoſtolorū zelus: nec conſtantia martirū: nec ſobrietas confeſſorū: nec caſtitas virginū: nec coniugatorum fecunditas. Ergo videt̄ q̄ beata virgo habuit omnes ꝓprietates gratuitas alioꝝ ſanctorum. Ergo martir dicenda eſt. ¶ In oppoſitum aūt arguit̄ ſic. Mors eſt de ratione martirij. Unde Maximus in quodā ſermone dicit de martire: q̄ vincit pro xp̄o moriendo: qui vinceretur ſine fide viuendo. Sed beata virgo non ſuſtinuit ꝓ Chriſto mortem. Ergo nō eſt dicenda martir. Maior p̄ꝫ. Dicit enim Ambroſius tractans hoc euangeliū. Nec hiſtoria: nec littera docent: beatam Mariam gladio vitam finiuiſſe. Rūdeo dicendum iuxta ſanctum. Tho. in ſecunda ſecunde. q. cxxiij. q̄ de martirio loqui poſſumus dupliciter. Uno modo ſm perfectam eius rōnem. Et ſic de rōne martirij eſt: mortem ſuſtinere actu ꝓ nomine xp̄i: Iſtud p̄ꝫ ſic. Martir dicitur quaſi teſtis fidei xp̄iane: per quam nobis viſibilia: ꝓpter inuiſibilia cōtēnēda ꝓponuntur vt dicit̄ ad Hebre. xi. Ad martiriuꝫ ergo pertinet: vt homo teſtificetur fideꝫ: ſe opere oſtēdens cuncta p̄ſītia cōtemnere: vt ad futura inuiſibilia bona perueniat. Quādiu autem hominum in hac vita remanet vita corporalis: nōdū opere ſe oſtendit tēporalia cūcta deſpicere. Conſueuerūt enim homines ⁊ cōſanguineos: ⁊ omnia bona poſſeſſa cōtēnere: ⁊ etiam dolores corporis pati: vt vitā cōſeruēt. Unū ⁊ ſathan cōtra Iob induxit pellem pro pelle: ⁊ cūcta que habet: dabit homo pro anima ſua. i. pro vita corporali. Et ideo ad perfectam rationem martirij requiritur q̄ aliq̄s mortē ſuſtineat. Et hoc modo beata virgo nō fuit vere martir: cū vitam gladio nō finierit. Secundo mō poſſumus loqui de martirio ſm quandā ſimilitudinem. Unde yſidorus in libro ethy. dicit Duo ſunt genera martirij Unū in aperta paſſione Alterum in occulta animi virtute. Et hoc modo beata virgo propter immēſum amorem eius ad Chriſtum: in paſſiōe xp̄i martir dicitur fuiſſe. Unde Auguſtinus in ſermone quodam: de ea ita dicit. Maria aīa mente paſſa eſt: pluſq̄ꝫ martir fuit: mirū nō: quia eius dilectio amplius fortis: q̄ꝫ mors: quoniam mortem xp̄i ſuā fecit Hec ille. ¶ Ad rōnes in oppoſitum reſpōdētur q̄ vt dicit ſanctus Thomas tā in ſecunda ſecūde q̄ꝫ in quarto. Omnes auctoritates illꝰ ſanctorū intelligēde ſunt de martirio ſm quādam ſimilitudinem. ¶ Ad rōnem vltimam rūdetur eodem modo: q̄ ꝓcedit de martirio dicto ſm multitudinē.

¶ In feſto Circunciſionis eſt euangelium In illo tempore poſtq̃ꝫ cõſummati ſunt ⁊c̃. Lu. ij. Circa quod poſſunt hec queſtiones diſputari.

¶ Primo vtrum xp̃s debuit circuncidi.

¶ Secundo vtrum circunciſio nunc tempore gratie ceſſare debuit.

¶ Tertio vtrum conuenienter nomen chriſto fuit impoſitum ieſus.

Ad primam. q. in qua queritur vtrum xp̃s debuit circuncidi: ſic proceditur. Et videtur ꝙ non. ¶ Primo ſic: Circũciſio fuit ordinata in remediũ originalis peccati: Sed xp̃s non contraxit originale peccatum. Ergo xp̃s non debuit circũcidi. ¶ Secundo ſic. Chriſtus nõ fuit decimatus in lumbis Abrahe: quia figurabat medicinam originalis. Ergo nec debuit circuncidi eadẽ ratione. ¶ Tertio ſic. Sabbati obſeruatio vicinior erat preceptis moralibus inter que etiam cõputatur: q̃ꝫ circũciſio. Sed xp̃s ſabbata litteraliter non obſeruabat. Unde dicebant iudei de ipſo Joã. ix. Non eſt hic homo a deo qui ſabbatum non cuſtodit. Ergo non debuit ſeruare circunciſionem. ¶ In oppoſitum eſt euangelium preſens. Rñdeo dicendum ſub iſta cõcluſione: ꝙ xp̃s debuit circũcidi: nõ ꝓpter indigentiam aliquam: ſed propter decentiã. Cuiꝰ poteſt multiplex ratio aſſignari. Primo quidem vt oſtendat veritatem carnis humane: contra Manicheum: qui dixit eũ habere corpus fantaſticum: ⁊ contra Apollinarem: qui dixit corpus chriſti diuinitati eẽ conſubſtantiale: ⁊ contra Ualentinum: qui dixit: xp̃m corpus de celo attuliſſe. Secũdo vt approbaret circunciſionem: quam olim deus inſtituerat. Tertio vt oñderet ſe eſſe de genere Abrahe: qui circũciſionis mandatum acceperat in ſignum fidei: quã de ipſo habuerat Geñ. xv. Et cui facta eſt repromiſſio de chriſto. Quarto vt iudeis excuſationem tolleret: ne eũ reciperent ſi eſſet incircunciſus. Quinto vt obedientie virtutẽ nobis ſuo exemplo commendaret. Unde octaua die circunciſus eſt: ſicut erat in lege preceptum. Sexto: vt qui in ſimilitudinem carnis peccati venerat: remedium: quo caro peccati conſueuerat emundari non reſpueret. Septimo vt legis onus in ſe ſuſtentans: alios a legis onere liberaret: ſm̃ illud Gala. iiij. Miſit deus filium ſuum factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant: redimeret. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur negando cõſequentiã quoniã xp̃s ſicut propria voluntate mortem noſtram ſuſcepit: que eſt effectus peccati: nullum in ſe habens peccatũ. vt nos a morte liberaret: ita ⁊ circũciſionẽ: que erat remedium originalis peccati ſuſcepit: abſqꝫ hoc ꝙ haberet originale peccatum: vt nos a legis iugo liberaret: ſicut dictum ẽ. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando cõſequentiam. Et ratio eſt: quia decimatio erat actus tantum figuralis: quãtum ad illos: q in lumbis Abrahe decimabantur. Et ideo chriſto non cõpetebat: qui immunis fuit ab originali peccato: Sed circũciſio etiam hꝫ alias cauſas preter ſignificationes in illis: qui circunciduntur. Et ideo non eſt ſimilis ratio de vtroqꝫ. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando conſequentiam: Et ratio eſt: quia chriſtꝰ in puericia ſua in nullo ab aliis pueris ſegregatus fuit: quantum ad exteriorem conuerſationem. Et ideo omnia que ad pueros pertinebant: in veteri lege implere voluit: Sed quando iam ad perfectam etatem peruenit oſtendere ſe debuit dominum eſſe legis: ⁊ legem vſqꝫ ad ipſum poſitam fuiſſe. Et ideo in quibuſdam ſupra legem operatus eſt ſicut de obſeruatione ſabbati ⁊ in tactu leproſi ⁊c̃.

Ad ſecundam. q. qua queritur vtrum circunciſio nunc tempore gratie ceſſare debuit ſic proceditur. Et videtur ꝙ nõ. ¶ Primo ſic. Omnis chriſti actio noſtra eſt inſtructio Unde dicitur Jo. xiij. Exemplũ enim dedi vobis: vt quẽ

admodum ego feci vobis: ⁊ ita faciatis. Sʒ
xp̄s fuit circuncisus: vt in p̄cedenti.q. Er-
go exemplo ſuo debemus circūcidi. Et per
conſequens circūciſio ceſſare non debuit.
¶ Secūdo ſic: Dicitur Gen.xvij. q̄ circū
ciſio dabat̄ in fedus eternum. Sed eternuʒ
eſt q̄ nullo fine clauditur. Ergo circūciſio
ceſſare n̄ debuit. ¶ Tertio ſic: Figuralia que
ſignant id: quod ſemper faciendum eſt: non
debent ceſſare: ſicut de thurificatione: que
ſignat deuotionem patet. Sed circunciſio
cordis cuius laus ex deo eſt: ad Romanos
ij. ſemper facienda eſt: ⁊ hanc ſignat exte-
rior circunciſio. Ergo ceſſare non debuit.
¶ In oppoſitum eſt illud Gala.v. Si cir-
cuncidimini: xp̄s vobis nihil proderit. Se-
cundo ſic Ad Hebreos.vij. dicit Apoſtolus
q̄ tranſlato ſacerdotio: neceſſe eſt vt legis
tranſlatio fiat: Sed oportuit ſacerdotiū trāſ
ferri. Ergo ⁊ legē. Et ſi hoc tunc ⁊ ſacramē
ta legalia. Sed inter hec precipuū eſt circū
cūciſio. Ergo ⁊c. R̄ndeo dicēdum ſub iſta
concluſione q̄ circūciſio ceſſauit ⁊ debuit
ceſſare. Que concluſio oſtenditur ſic: Cum
venit quod perfectum eſt: euacuari debet
quod ex parte eſt: ſi ad idem ordinent̄: quia
gratia non facit per duo: quod per vnum
pōt facere: ſicut nec natura. Circunciſio au
tem imperfecta erat reſpectu baptiſmi. Et
hoc tripliciter. Primo quantum ad ſigni
ficationē q: nō ſignificabat ita expreſſe emū
dationem totius hominis ab immundicia
culpe originalis: ſicut ablutio baptiſmalis.
Secundo quantuʒ ad efficaciaʒ: q: non ita
habundans gratia ad operandum ⁊ repri
mendum fomitē in circūciſione dabat̄: ſi-
cut in baptiſmo. Tertio quantū ad vtilita-
tē: q: nō erat eius vtilitas ita cōmunis: ſicut
baptiſmi: cū haberet determinatū populū:
determinatum ſexum: determinatuʒ tēpus:
quod in baptiſmo nō accidit. Et ideo: adue
niēte tempore plenitudinis: debuit ceſſare
baptiſmo ſubſtituto. ¶ Ad rōnes in oppo
ſitum. ¶ Ad primā r̄ndetur negando ꝯñaʒ
Et rō eſt: quia licet xp̄s in omnibus operi-
bus ſuis nos erudiuit: nō tñ omnia fecit ad
imitationem: ſicut opera miraculoſa: ⁊ alia
plura: Quō aūt xp̄s circuncidi voluit: rōnes
ſupra in queſtione precedenti fuerunt aſſi-
gnate. Vñ xp̄s nō voluit circuncidi vt alij
imitarent̄ eum: quo ad hoc: ſʒ magis vt ex
hoc erudirent̄ de alijs que tacta ſunt in rō
nibus ſuperius aſſignatis. ¶ Ad ſecūdam
r̄ndetur negando ꝯñam. Et rō eſt: quia cuʒ
dicitur: q̄ circūciſio ſit data in fedus eter-
nū: nō oportet ita intelligi: eternū: q̄ careat
fine: Vñ in eadem littera dñs dicit: q̄ da-
bit eis terrā in poſſeſſionē eternā. Et ꝯſtat
tamē q̄ terram ꝓmiſſionis iudei nō poſſi-
dent. Vñ eternū diſtinguit̄. Et dicitur tri-
pliciter: aut quantū ad durationē: aut quā
tum ad finis indeterminationem: aut quan
tum ad ſignificationem. Primo mō dicit̄
dupliciter. Aut q: caret pricipio ⁊ fine: ⁊ ſic
Eccle.xv. Dicit̄. Qui viuit in eternū crea
uit omnia ſimul. Aut quantū ad priuationē
terminantium: ſicut illud pſal. Statuit eaʒ
in eternum ⁊ in ſeculum ſeculi. Eternuʒ ſe-
cūdo mō quātū ad indeterminationē dicit̄:
ſicut ſacerdotiuʒ Aaron dicit̄ eternū: quia
deus nō determinauit: qñ ceſſaret. Eternū
quantū ad ſignificationē. Et ſic circunciſio
dicitur in fedus eternum: quia tempus du
rationis nō eſt determinatū nobis. Vel di-
cendum eſt: q̄ eſt eternum quantū ad ſigni
ficatū ſuum: ⁊ quantum ad id quod ei ſuc-
cedit. ¶ Ad tertiā r̄ndetur negando ꝯñam
Et rō ē: quia pricipalis ſignificatio ad quā
inſtituta eſt: eſt ablutio originalis peccati: q:
circūciſio ſacramētalis refertur ad effectū
Hoc autem non ſemper faciendū erat per
circūciſionem. Et ideo non oportebat q̄ cir
cunciſio ſemper maneret. Alia autem ſigni
ficatio eſt ex conſequenti. Et ſm̄ illam non
oportet accipi iudicium de duratione circū
ſionis. Thurificationis autem ſignificatio
nunq̄ʒ fuit ad ſignificandū aliqd: vt effectū
eius. Et ideo nō eſt ſimilis rō.
a D tertiam.q. qua querit̄ vtrū
conuenienter xp̄o ſuit nomē im-

poſitum Ieſus ſic proceditur. Et videtur.
ꝙ non. ¶ Primo ſic: Veritas prophetica
debet pronunciationi ꝓphetice rñdere. Sȝ
ꝓphete aliud nomē de xp̄o pronūciarunt.
Dicitur enim yſa. vij. Ecce virgo cōcipiet
ꝛ pariet filiuȝ: ꝛ nomē eius vocabit Ema-
nuel. Et yſa. viij: Voca nomen eius: accele
ra ſpolia: detrahe: ꝛc. Et yſa. ix. Vocabitur
nomen eius admirabilis conſiliarius: deus
fortis: ꝛc. Et zacha. vi. Ecce vir. Oriens no
men eius. Ergo incōuenienter vocatum eſt
nomen eius ieſus. ¶ Secundo yſa. lxij. di-
citur Vocabitur tibi nomen nouum ꝙ os
domini nominauit. Sed hoc nomen Ieſus
non eſt nomē nouū: ſed pluribus fuit in ve
teri teſtamento impoſitum: vt patet de ieſu
filio Joſedech. ꝛ de ieſu Naue: vt pȝ etiam
ex ipſa geneologia xp̄i Lu. iij. Ergo videt
ꝙ incōuenienter ſit vocatuȝ nomen eius ie
ſus. ¶ Tertio ſic. Hoc nomen ieſus ſaluteȝ
ſignificat. Sed ſalus per xp̄m non eſt facta
ſolū in circūciſione ſed etiaȝ in principio vt
pȝ per apoſtolū Ro. iiij. Ergo incōuenien
ter hoc nomē eſt poſitum in circunciſione.
¶ In oppoſitum eſt euangelium p̄ns: vbi
dicitur poſtq̄ȝ cōſummati ſunt dies octo: vt
circūcideretur puer: vocatū eſt nomen ei⁹
ieſus. Rūdeo dicendū ſub iſta concluſione
ꝙ cōuenientiſſime vocatum eſt nomē eius
ieſus. Iſta concluſio probatur: ꝛ eius cōue-
niētia oſtēditur ſic Nomina enim ſi conue
nienter imponantur: debent proprietatib⁹
reſpondere. Hoc pȝ in omnibus generum
ꝛ ſpecierum: de quibus dicitur. iiij. Me-
tha. Ratio enim quam ſignat nomen: ē dif
finitio: que deſignat ꝓpriā rei naturā. No
mina autē ſingulariū hominū ſemper im-
ponūtur ab aliqua proprietate eius: cui no
men imponitur: vel a tēpore: ſicut imponū
tur nomina aliquoꝝ ſanctoꝝ his: qui in eo
ruȝ feſtis naſcuntur. vel a cognatione: ſicut
cum filio imponitur nomen patris: vel ali-
cuius de cognatione: vel etiaȝ ab euētu: ſi-
cut Joſeph vocauit primogenitū ſuū Ma
naſſen. d. Obliuiſci me fecit deus omnium
laboruȝ meoꝝ Gen. xli. vel etiaȝ ex aliqua
qualitate eius: cui nomen imponitur: ſicut
Gen. xxv. ꝙ qui primo egreſſus eſt de vte
ro matris: rufus erat: ꝛ totus in more pel-
lis hiſpidis: vocatuȝ eſt nomen eius Eſau:
quod interpretatur Rubeus. Nomina au
tē que imponuntur diuinitus: a qbus ſem
per ſignificant aliquod gratuitum donum:
eis diuinitus datuȝ: ſicut Gen. xvij. dicit
Abrahe Appellaris Abrahā: quia patrem
multarum gentiuȝ conſtitui te ꝛ Mat. xvi.
dictum eſt Petro. Tu es Petrus: ꝛ ſuper
hanc petrā edificabo eccleſiaȝ meaȝ. Quia
igit homini xp̄o hoc munus gratie collatū
erat: vt per ipſuȝ oēs ſaluarent: ideo cōue-
nienter vocatū eſt nomē eius ieſus. i. ſalua
tor. Unde hec ratio aſſignatur ab angelo
Mat. i. cū ait ad ioſeph. Vocabis nomen
eius ieſum. Ipſe enim ſaluū faciet populuȝ
ſuū a peccatis eoꝝ. Cōuenienter ergo voca
tuȝ eſt nomen eius ieſus: eſt quideȝ nomen
multe excellētie: ꝛ ſublimitatis: ita vt in no
mine Jeſu omne genu flectat: celeſtiū: ter-
reſtriū: ꝛ infernoꝝ. Eſt nomen multe ꝟtuo
ſitatis: ꝛ efficacie. Nā eſt nomen qd vt in-
quit Petrus Rauēnas dedit cecis viſuȝ:
ſurdis auditū: greſſuȝ claudis. ſermonē mu
tis. vitam mortuis. totāqȝ diaboli poteſtatē
de obſeſſis corporibus virtus huius nomi
nis effugauit. Eſt preterea nomē magne cle
mentie: ꝛ reuerentie: cum non ſit aliud no
mē datū hominibus: ſub quo oporteat nos
ſaluos fieri Act. iiij. Secūda concluſio con
uenienter in die circūciſionis vocatum eſt
nomē eius Jeſus. Probat hec cōcluſio: tū
p̄mo: q: iſte erat mos apud iudeos. Unde ſi-
cut legitur Gen. xvij. ſimul Abrahā ſuſcepit
īpoſitionē nois a deo: ꝛ circūciſiōis māda
tū: Et iō apud iudeos ꝯſuetuȝ erat vt ipſo
die circūciſiōis: noia pueris īponerent: ſi-
cut etiā nūc pueris ī baptiſmo noia īponū
tur. Tū ſcdo: q: hodie p̄mo legit effudiſſe
ſanguinē ꝓ nobis: q fuit archa redēptiōis
nr̄e vt dicit Bernard⁹. Tertia ꝯcluſio Cō
uenient hoc nomē ē īpoſitū xp̄o: nō ab hoīe

ſed ab angelo: Patet concluſio: quia vt di
cit glo. interlinealis ſuper illud Lu. ij. Vo
catu ;eſt ab angelo: non decuit tā glorioſum
nomen prius ab hominibus appellari: ſed
ab excellentiori natura: ne homo videretur
machinator huius nominis. Et Origenes
inquit: Vocabulum ieſu glorioſum: oī ado
ratu: cuiuſqʒ digniſſimum: nomen quod eſt
ſuper omne nomen: nō decuit primo ab ho
minibus appellari: nec ab eis inferri in mū
dū: ſed ab excelletiori maioriqʒ natura. Un
de ſingulariter euangeliſta addidit: ⁊ voca
tum eſt nomen eius Jeſus: quod vocatum
fuerat ab angelo: antequā cōciperetur in vte
ro. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad
p̄mam reſpondetur: ꝙ ratio non ꝓcedit: q:
in omnibus illis nominibus quodāmodo
ſignificatur hoc nomen Jeſus: quod ē ſigni
ficatiuū ſalutis. Nā ī hoc quod dicit. Ema
nuel quod interp̄tatur nobiſcum deus: de
ſignatur cauſa ſalutis: que eſt vnio diuīe: ⁊
humane nature. in perſona filij dei: p quā
factum eſt: vt deus eſſet nobiſcū. Per hoc
ꝙ dicitur: voca nomen eius: accelera: ſpo
lia detrahe: ⁊c̄. deſignatur a quo nos ſalua
mur: quia a diabolo cuius ſpolia abſtulit:
ſm̄ illud Colo. ij. Expolians principatus: ⁊
poteſtates: traduxit cōfidenter. In hoc etiā
ꝙ dicitur vocabitur nomen eius admira
bilis ⁊c̄. deſignatur via: ⁊ terminus noſtre
ſalutis: inquantum. ſ. admirabili diuinitatis
conſilio: ⁊ virtute ad hereditatem futuri ſe
culi perducimur: in quo erat pax perfecta
filiorum dei: ſub ipſo principe deo. Quod ve
ro dicitur ecce vir: oriens nomen eius: ad
id refertur ad quod primum. i. ad incarna
tionis miſterium ſm̄ quod exortum ē in te
nebris lumen rectis corde. ¶ Ad ſecūdam
reſpondetur negando conſequentiā. Et ra
tio eſt: quia licet aliquibus: qui fuerunt ante
xp̄m: conuenire potuit hoc nomē Jeſus ſm̄
aliquā aliam rationem: puta quia aliquā p
ticularem ſalutem attulerūt: vt Jeſus Na
ue ſaluauit populū Iſrael. hoſtes eius de
bellando: vt legitur in libro Joſue: ſed ſm̄
rationem ſp̄alis ⁊ vniuerſalis ſalutis: hoc
nomen ꝓprium ē xp̄o: Et ſm̄ hoc dicit̄ eſſe
nouū: inquantū eſt impoſitū ei ob hac ꝓpe
tate: qꝺ ē ſaluator. Eſt etenī ſaluator. ¶ Ad
tertiā reſpondetur negando ꝯſequētiā. et
ratio eſt: quia licet ſalus facta per xp̄m com
munis ſit: ⁊ iudeis ⁊ gentilibus: nihilomi
nus p̄ncipaliter dicitur eſſe miſſus ad oues
que perierunt domus iſrael.

¶ In vigilia epiphanie eſt euangelium il
lud In illo tempore defuncto Herode ⁊c̄.
Mat. ij. Circa quod pōt diſputari. ſ. q.

VErum xp̄s cōuenienter voca
tur nazarenus. Et videtur ꝙ
non. ¶ Et p̄mo arguitur ꝙ
nō: ratione. illius glo. interli
nealis: que exponit̄. i. ſanct᷒.
¶ Primo ſic: Chriſto non cōuenit ſanctifi
cari: quia in quolibet ordine p̄mū mouens
ē immobile. Sed xp̄s eſt p̄ncipium totius
humane ſignificationis. Ergo ipſe ſanctifi
catus non ē. ¶ Secūdo ſic: Omne qꝺ fit:
fit ex contrario. Generationes enī ſm̄ phi
loſophū: ex cōtrarijs ſunt. Sed xp̄s ab om
ni peccato quod ſanctitati contrariatur im
munis fuit. ergo xp̄s ſanctificatus non ē di
cendus. ¶ Tertio arguitur: ꝙ non debeat
dici Nazarenus: quia in Nazareth fuit cō
ceptus: ⁊ pari ratione dicendus eſſet Be
thlemita: quia in Bethleem fuit natus: Sʒ
hoc nō dicitur: Ergo nec aliud ē dicendū.
¶ Quarto ſic. Non videtur verū ꝙ per
ꝓphetas dictum ſit: ꝙ Nazarenus ſit no
minandus. Ergo non videtur dicendum.
Aſſumptum patet quia non inuenitur ī ſcri
ptura tale dictum. ¶ In oppoſitum ē euā
gelium p̄ſens. Rn̄deo dicendū ſub iſta cō
cluſione: ꝙ cōuenientiſſime xp̄s appellatus
⁊ nominatus ē Nazarenus. Iſta concluſio
oſtenditur ex multiplici ratione. Primo ra
tione ſanctitatis: interp̄tatur enim Naza
renus ideſt ſanctus: ſiue ſanctificatus. Chri
ſtus autem fuit ſanctus ſanctorum Danie
lis. ix. Dicitur etiam ab angelo beate Ma
rie Lu. i. Quod enim ex te naſcetur ſanctum:

vocabit̃ filius dei: Et Jo.x. dicit̃ Quē paṫ
ſanctificauit ⁊ miſit in mūdum. Secūdo cō
uenienter dicitur Nazarenus rōne interp̃
tationis: quia interpretatur floridus. yſa.xi.
Egredietur virga de radice yeſſe: ⁊ flos d̃
radice eius aſcendet. Virga vt dicit Hie-
ro. ē dei genitrix: flos filius eiꝰ: Et bñ flos:
q: ad modū floris natus: mira pulchritudi-
ne venuſtatus: grato odore diffuſus: in fru
ctu dulciſſimus. Flos enim lumine ſolis na
ſcit̃: qḋ eſt lumen celeſte: nō habēs generāō
aliquod: niſi diuinū: ſic floruit: qñ ſol eternꝰ
virtutē caloris ⁊ luminis in vterū cōgeſſit
virginis Hic flos picturatus eſt venuſtate
virtutis. Vñ bene Nazarenus dicit̃ qui in
terpretatur floridus. Hic flos gratꝰ ē odo-
re. Canti.iiij. Emiſſiones tue paradiſus:
hoc eſt extragationes odoꝝ tuoꝝ: in fama
tue virtutis: vident̃ eſſe odoramēta florum
paradiſi. Hic floris ſpes eſt dulciſſimi fru-
ctus: in adeptione gaudij eterni. Canti.iiij.
Fructus dulcis eſt gutturi meo. Tert a ra-
tio cōuenienter xp̄s noiatur Nazarenꝰ: q2
cōceptus ē in nazareth. ⁊ vt dicit Albertus
magnus ꝙ ꝯceptus xp̄i multū congruebat
nomini Nazareth: q: ſicut diuine genera-
tionis: ita ⁊ humane generatiōi flores de flo
re aſſimilantur. Flos enim pullulat de vno
germine in decore: ⁊ colore. Similiter filiꝰ
ſ̄m diuinā generationē procedit ab vno: q
eſt in celis ſine matre: ⁊ ſ̄m generationē hu
manā: de vna in terra ſine patre. Bene er
go in Nazareth conceptus fuit flos noſter
qui ſicut flos de flore ſine virili cōmixtione
de vna matre ſaluo virginitatis decore: et
matris integritate ꝓceſſit. Quarto Naza
renus dicitur: q: ibi nutritus fuit: ⁊ educa-
tus. xp̄s enim ſicut in flore ꝯcipitur: ita ⁊ in
floribꝰ ſanctitatis nutritur: ⁊ educatur: ⁊ pa
ſcitur. Lectulus noſter floridus eſt Cāti.i.
Quinta ratio: q: in Nazareth domicilium
fuit parentibus ſuis: ſicut Joſeph qui paṫ
eius putabatur: ⁊ beatiſſime v̾ginis Ma-
rie q̄ veriſſime mater fuit. Vñ Luce.ij. dici
tur Poſtq̄ꝫ ꝑfecerunt oia ſ̄m legē dñi: re-
uerſi ſunt in ciuitatē ſuā Nazareth: que di-
cebatur eoꝝ ciuitas: vt inqt glo. quātuꝫ ad
habitationē. ¶ Ad rationes in oppoſitum
¶ Ad p̄maꝫ rñdetur: ꝙ ſanctificari eſt ſan
ctū fieri. Pōt autē aliquis ſctūs fieri dupli
citer: vt ex ſancto: vel nō ſctō. Ex ſctō iteruꝫ
dupliciter: vel ex minus ſctō: magis ſanctū
vt dicitur Jo.xvi. Pater ſanctifica eos in
veritate Apoſtoli enim tūc ſancti erant: vel
ſ̄m cōtinuationē ſanctitatis eadē quantita-
te ſeruata: Et hoc modo xp̄s poteſt dici ſan
ctificatus ſicut ibideꝫ dicit. Ego pro eis ſan
ctifico meipſum. Sed iſte modus loquendi
nō videt̃ cōſuetus. Vñ lic de ſanctificatiōe
nō videtur loqui hic. Ex nō ſancto dr̃ aliqs
ſctūs fieri dupliciter. Vno modo ex nō ſctō
cōtrarie: aut p̄uatiue: ſicut p̄ gratiam ſancti
ficari dicit̃: Et hoc mō xp̄s nō pōt dici ſan-
ctificatus eſſe: q: nō pōt accipi cū cōſiſtētia
ſubiecti defectus ſanctitatis in eo fuiſſe. Si
mul enīꝫ ſuit homo ⁊ ſanctus. Alio mō pōt
dici fieri ſctūs d̃ nō ſctō negatiue. Et tūc bñ
dicitur: ex nō ſctō ſctūs f[illegible]: rōne ſancti-
tatis create: que hominis [illegible] Et ita cōcedi
pōt in aliquo ſenſu: xp̄m eſſe ſanctificatum:
Rñdetur ergo: ad primaꝫ rōnem: in oppo
ſitum: negando ꝯñam: Et rō eſt: ꝙ primum
mouēs in aliquo ordine mobiliū: nō oportꝫ
eſſe immobile ſimpliciter: ſed immobile ſ̄ꝫ
genus motus: ſicut celum: qḋ eſt p̄mū alte-
rās: mouetur quidem: ſꝫ nō alteratur. Non
enim eſt p̄muꝫ mouēs ſimplicit̃. Similiter
etiā xp̄s ſ̄m ꝙ homo: nō eſt primū ſanctifi
cans ſimpliciter: ſed deus: trinitas. Eſt autē
p̄mū ſanctificans inquātuꝫ homo: non per
modū ſatiſfacientis pro peccato: ⁊ ſic ſancti
ficatus nō eſt: aliquo tñ mō ſanctificatus ē.
¶ Ad ſcd̄aꝫ rñdet̃ negādo aſſumptū. Nō
enim oē qḋ fit: ex cōtrario fit: ſed ſolū qḋ fit
per viā generatiōis: ⁊ alterationis. Opor-
tet tñ omne qḋ fit: ex incontingenti fieri: vt
dicit̃. i. Phi. i. ex eo ꝙ nō cōueniūt ſimul in-
eſſe Sic aūt ꝯtingēs: ē nō ſolū contrarium:
vel p̄uatio: q̄ reqrunt ſubiectū: ſed etiā ne-
gatio: que ꝯſiſtētia ſubiecti non requirit. Et

ſic ex nõ ſancto: xp̄s factus eſt vt dictuꝫ eſt. ¶ Ad tertiã rõneꝫ negat̃ ꝯña. Et rõ pꝫ: ex dictis. ¶ Ad quartã r̃ndetur negãdo ꝯñaꝫ q: lꝫ ſic in forma nõ reperiat̃ ſcriptũ ex multis locis: tñ intelligit̃: Nã Nazarenꝰ interpretatur ſanctus: ⁊ ꝙ xp̄s dicat̃ ſanctꝰ hoc habetur Daniel. ix. Iteꝫ interpretatur floridus: ⁊ hoc habet̃ yſa. xi. Egredietur virga ⁊c. Et concordat cũ eo qḋ dicitur. Canti. ij. Ego flos cãpi ⁊c. Unde ſignãter dicit euãgeliſta per prophetas: ⁊ tantum de iſta concluſione.

¶ In feſto Epiphanie eſt euangelium illud Cũ natus eẽt ieſus Mat. ij. Circa qḋ pñt ſequẽtes q̄ſtiones diſputari.

¶ Primo vtruꝫ xp̄i natiuitas fuit cõueniẽter per ſtellã magis manifeſtata.

¶ Secũdo vtrum ſtella magis apparens fuerit vna de celeſtibus ſtellis.

¶ Tertio vtrum magi conuenienter venerunt ad adorãdũ: ⁊ venerãdum xp̄m.

Ad primã q. qua querit̃ vtrũ xp̄i natiuitas fuit ꝯueniẽt̃ per ſtellã magis manifeſtata: ſic ꝓcedit. Et videtur ꝙ nõ. ¶ Primo ſic: Hoc enĩ videt̃ eſſe occaſio erroris: quãtũ ad illos: q exiſtimant ſydera natiuitatibus hominũ dñari: Sꝫ occaſiones peccãdi ſunt hoibus auferẽde: ergo nõ fuit cõueniẽs ꝙ ꝑ ſtellã magis xp̄i natiuitas manifeſtaret̃. ¶ Scḋo ſic. Signũ oportet eſſe certũ ad hoc ꝙ per ipſum aliqḋ manifeſtaret̃: Sꝫ ſtella nõ videtur eſſe ſignũ natiuitatis xp̄i: Ergo incõueniẽt̃ fuit natiuitas xp̄i ꝑ ſtellã manifeſtata. ¶ In oppoſitũ eſt euãgeliũ p̄ns. R̃ndeo dicendũ ſub iſta concluſione. ꝙ cõueniẽter xp̄i natiuitas eſt magis per ſtellã manifeſtata. Iſta cõcluſio patet ꝓ primo q: vt dicit Deutro. xxxij. dei perfecta ſunt opera. Sꝫ talis manifeſtatio fuit opus diuinũ: ergo ꝑ cõueniẽtia ſigna fuit effecta. Scḋo ſic dicitur. Sicut manifeſtatio ſilogiſtica que fit ꝑ ea que ſunt magis nota ei: cui eſt aliqḋ manifeſtandũ: ita manifeſtatio que fit per ſigna: oꝫ fieri per ea: que ſunt familiaria illis: qbus manifeſtãtur. Manifeſtũ eſt aũt ꝙ viris iuſtis eſt familiare: ⁊ cõſuetũ: interius ſpũs ſancti inſtĩctu edoceri abſq3 ſignorũ ſenſibiliũ demonſtratione. ſ. per ſpiritũ ꝓphetie. Alij vero corporalibus rebus dediti per ſenſibilia ad itelligibilia deducũtur. Iudei aũt cõſueti erãt diuina rñſa per angelos ſuſcipere: per quos etiã legeꝫ acceperãt: ẜm illud Deut. vij. Accepiſtis legẽ in diſpoſitiõe angelorũ. Gẽtiles vero et maxime aſtrologi conſueti ſunt ſtellarũ curſus aſpicere: ⁊ ideo iuſtis Symeõi ⁊ Anne manifeſtata eſt xp̄i natiuitas ꝑ interioreꝫ inſtinctũ ſpũs ſancti ẜm illud Luc. ij. R̃ſuꝫ accepit Symeon a ſpũ ſctõ: nõ viſurum ſe mortẽ: niſi prius videret xp̄m dñi. Paſtoribus aũt ⁊ magis tanq̄ꝫ rebus corporalibus deditis: ẽ manifeſtata xp̄i natiuitas per apparitiões viſibiles. Et q: natiuitas non erat pure terrena ſed quodãmõ celeſtis. iõ per ſigna celeſtia vtriſq3 natiuitas xp̄i reuelat̃. Ut eniꝫ Aug. dicit in ẜmone de epiphania dñi: Celos angeli habitãt: ⁊ ſydera ornãt. Utriuſq3 ergo celi enarrãt gloriam dei. Rõnabiliter aũt paſtoribus tanq̄ꝫ iudeis apud quos freq̄uẽter facte ſunt apparitiões angelorũ: reuelata ẽ natiuitas xp̄i ꝑ angelos. Magis aũt cõſuetis in cõſiderationẽ celeſtiũ corporũ manifeſtata ẽ ꝑ ſignuꝫ ſtelle: q: ſicut dicit Criſo. Per ꝯſueta eos deus vocare voluit: eis ꝯdeſcẽdẽs. ¶ Ad rõnes in oppoſitum. ¶ Ad primã r̃ndetur negãdo aſſumptũ. Dicimꝰ enĩ ꝙ ſtella que natiuitatẽ xp̄i mãifeſtauit: oẽꝫ occaſionẽ erroris ſubtraxit. Ut enĩ Aug. dicit ꝯtra Fauſtũ. Nulli aſtrologi cõſtituerũt ita naſcẽtiũ hoiꝫ fata ſub ſtellis: vt aliquã ſtellarũ hoĩe aliquo nato circuitꝰ ſui ordinẽ reliq̄ſſe: ⁊ ad eũ: q natus ẽ perrexiſſe aſſererent: ſicut accidit circa ſtellã: que demõſtrauit natiuitatẽ xp̄i: Et ideo per hoc nõ ꝯfirmat̃ error eorũ: q ſorte naſcentiũ hominũ: aſtrorũ ordini colligari arbitrãtur. Nõ aũt credũt aſtrorũ ordinẽ ad hoĩs natiuitatẽ mutari. ¶ Ad ſe

cuidã rñdetur negãdo minorẽ: Dicim⁹ eni
q̄ ſtella illa fuit ſignũ certũ natiuitatis xpi.
tum primo q: ſicut Criſo. refert in quibuſ-
dã ſcriptis apocriſis: legit̃ q̄ quedã gens
in extremo oriẽtis: iuxta occeanũ quandã
ſcripturã habebat ex nomine Seth. d̃ hac
ſtella ⁊ muneribus hmõi offerendis. Que
gens diligẽter obſeruabat huius ſtelle or-
tũ: poſitis exploratoribus. xij. q̄ certis tẽpo
ribus aſcẽdebãt in montẽ: in quo poſtmo-
dũ viderũt eã habẽtẽ in ſe quaſi paruuli for
mã: ⁊ ſuper ſe ſimilitudinem crucis: Et ſic
fuit certũ ſignũ. Uel ſecũdo dicẽdũ q̄ ma
gi illi traditionẽ Balaã ſequebãtur: q̄ di-
xit orietur ſtella ex iacob. Uñ videntes ſtel
lã extra ordinẽ mũdi: hãc eſſe intellexerũt:
quã Balaã futurã indicẽ regis iudeoꝝ p
phetizauerat. Et ita certum ſignum erat.
¶ Tertio ſic: Dicit Aug. in ſermone d̃ epi
phania q̄ ab angelis aliqua monitiõe reue
latiõis: audierũt magi: q̄ ſtella natũ xp̄m ſi
gnificaret: Et ita certum etiã ſignum fuit.
¶ Quarto vel ſicut dicit Leo papa i ſmo
ne de epiphania: pter illam ſpeciẽ q̄ corpa
reũ incitat obtutũ: fulgentior veritatis ra-
dius: eoꝝ corda perdocuit. Q̃d ad illumi-
nationẽ ptinebat. Et ita certũ ſignũ fuit.

Ad ſecundã q̄. qua queritur
vtrũ ſtella magis apparens
fuit vna de celeſtibus ſtellis
ſic pceditur. Et videt̃ q̄ ſic.
Dicit Aug. in quodã ſmone
epiphanie. Depẽdet ad vbera: ⁊ vilẽ pa
titur deus inuolimenta pãnoꝝ: repẽte no
uũ ſydus effulſit. Fuit ergo ſtella illa cele-
ſtis que apparuit. ¶ Scd̃o ſic. Dicit Au-
gu. in quodã ſermone epiphanie Paſtori-
bus angelus: magis ſtella xp̄ꝫ demonſtrat:
loquit̃ lingua celoꝝ: q: lingua ceſſauerat p
phetaꝝ: Sꝫ angeli apparentes paſtoribus
fuerũt vere de celeſtibus angelis: ergo etiã
ſtella magis apparens fuit vna de celeſtib⁹
ſtellis. ¶ Tertio ſic: Stelle q̄ nõ ſunt in ce
lo: ſꝫ in aere: dicuntur ſtelle cometa: que nõ
apparẽt in natiuitatib⁹ regũ: ſꝫ magis ſunt

indicia in mortis eoꝝ. Sꝫ illa ſtella d̃ſignabat
regis natiuitatẽ. Uñ magi dicũt: Ubi eſt q̄
natus eſt rex iudeoꝝ: Uidimus ſtellã eius
in oriente ⁊c̃. Ergo ſtella illa fuit vna de ce
leſtibus. ¶ In oppoſitũ eſt euãgeliũ pñs.
¶ Scd̃o dicit Aug. cõtra Fauſtũ Non ex
illis erat ſtellis: q̄ ab initio creature: itinerũ
ſuoꝝ ordinẽ: ſub creationis lege cuſtodiũt
ſed nouo virginis partu nouũ ſydus appa
ruit. Rñdeo dicendũ ſub iſta cõcluſiõe q̄
ſtella illa apparens magis: nõ fuit vna de ce
lis celeſtibus. Iſta cõcluſio eſt Criſo. ſuper
Mat. Que ↄcluſio oñditur ex multiplici
diſtinctiõe: q̄ ſtella illa diſtinguebatur a ce-
leſtibus vt dicit tã ſcũs Tho. Quã Alber
tus magn⁹ in quinq̃. ſ. natura: ſitu: motu: cla
ritate: ⁊ ſignificatiõe. Natura q̄dẽ q: erat
corruptibilis: ⁊ nõ d̃ natura celi. Et ideo per-
acto officio cõuerſa fuit in preiacentẽ ma-
teriã: Et hoc ↄueniens fuit: q: lumine vero
inuẽto. alio lumine nõ indigerent⁹. Diſtin
guebat̃ etiã in ſitu: q: nõ fuit in alto cũ alijs
ſtellis: in firmamẽto: ſꝫ in ſpatio hui⁹ aeris
vicina loca tenebat. Patet quia iſti per eã
determinate diſtinxerũt domũ. Tertio di-
ſtinguebat̃ in motu: q: cũ alie ſtelle i circuitu
rotarent̃ hec ſola recta linea tẽdebat ab ori
ente: q̄ eſt v̾ſus aqlonẽ ad occidẽtẽ: d̃clinãs
ad meridiẽ: v̾ſus iudeã vbi erat xp̄s Pre-
terea differebat i motu: q: nõ hẽbat ↄtinuũ
motũ ſꝫ cũ oportebat ſtare: ſtabat. Quarto
i claritate differrebat: q: ceteris ſplẽdidior
erat. Uñ Leo papa i ſmõe epiphanie. Tri
b⁹ magis in regiõe oriẽtis ſtella noue clari
tatis apparuit: q̄ illuſtrior ceteris: pulchrior
q̃ ſiderib⁹: i ſe ītuẽtiũ oculos aĩos q̃ ↄuerte
ret: vt ↄfeſtĩ aduerteret̃ nõ ẽẽ ocioſũ: q̄ tã
īſolitũ videbat̃. Quĩto ſignificatiõe: vt dic̃
Albert⁹ differebat: qm̃ alie ſtelle: q̄ faciles
a mathematicis dicunt̃: nõ ſole ſignificãt: ſed
collectis oĩb⁹: q̄ ſunt i pyodi ptib⁹: ⁊ ſtellis.
hec aũt ſola õdit glorie xpi ſignificatiõẽ: eo
q̄ ille venerat i cui⁹ diſpõe: ⁊ puidẽtia oĩa
ſũt: ſtelle: ſigna: ⁊ diſpõẽs. ¶ Ad rões i op
po. Ad pmã rñdet̃ negãdo ↄñaꝫ: ⁊ rõ ẽ: q:

in sacra scriptura celū q̄n̄q3 dicitur aer: ꝑm
illud Psal. Volucres celi ⁊ pisces maris:
⁊ ita sumitur in dicto Augu. ¶ Ad secun-
dā r̄ndetur negādo ꝯñam. Et rō est: q: ipsi
celestes angeli: ex suo officio habent: vt ad
nos descendant: in misteriū missi. Sed stel
le celestes suū sitū nō mutāt: Vñ nō est simi
lis rō. ¶ Ad tertiā r̄ndetur negādo assum
ptū: q: sicut nec ista stella fuit sita in celo: ita
nec fuit cometa: quia cometa est sicut facu-
la ardens: ⁊ nō diu stat: Item vt dictum est
illa stella nec stabat sita in orbe: nec in supre
ma aeris parte: vbi generitur comete: sed
erat in ꝓpinqua aeris parte. Preterea nec
sequebatur motū stellaꝝ cometaꝝ: Unde
manifeste differebat ab eis.

Ad tertiam .q. qua queritur
vtrum magi cōuenient ve
nerūt ad xp̄m adorandū: ⁊
venerandū sic ꝓceditur. Et
videtur q̄ non. ¶ Primo
sic: Unicuiq3 regi reuerentia debetur a suis subditis. Magi enī nō
erant de regno iudeoꝝ: ergo cum ex visiōe
stelle cognouerūt natū esse regem iudeorū:
videtur q̄ incōuenienter venerūt ad eum
adorandū. ¶ Secūdo sic: Stultū est viuen
te rege aliquo: extraneū regem annūciare.
Sed in regno iudee regnabat herodes: er
go stulte fecerūt magi alterius regis natiui
tatem annūciare. ¶ Tertio sic: Certius est
celeste iudicium: q̄3 humanū. Sz magi du-
catu celestis iudicij: ab oriente venerūt i iu
deam: ergo stulte egerūt ꝑter ducatum stel
le humanū iudiciū requirēdo: dicētes vbi
est q natus est rex iudeoꝝ? ¶ Quarto mu
nerū oblatio: ⁊ adorationis reuerentia non
debetur: nisi regibus iam regnātibus. Sed
magi non inuenerunt xp̄m regia dignitate
fulgentem: ergo incōuenienter ei munera ⁊
reuerentiā exhibuerūt. ¶ In oppositū est
euāgeliū p̄ns. R̄ndeo dicendū: sub ista cō
clusione: q̄ magi cōuenienter: ⁊ sapiēter ve
nerūt ad xp̄m adorādum: ⁊ venerādū. Ista
cōclusio habetur p̄mo ex illo Ysa. lx. Ambu
labūt gētes in lumine tuo: ⁊ reges in splen-
dore ortus tui: Sed qui diuino lumine du-
cunt: nō errāt: ergo magi absq3 errore: xp̄o
reuerentiā exhibuerūt. Secūdo sic: sicut di
ctū est. Magi primicie sunt gentiū in xp̄o
credentiū: in quibus apparuit: sicut in quo
dā ꝑsagio: fides ⁊ deuotio gentiū venientiū
a remotis ad xp̄m. Et ide e sicut fides ⁊ de
uotio gentiū est absq3 errore: ꝑ inspiratio
nē spūs sancti: ita ⁊ credēdū est: Magos a
spiritu sctō inspiratos: sapiēter xp̄o reuerē
tiā exhibuisse. ¶ Ad rōnes in oppositum:
¶ Ad p̄mā r̄ndetur negādo ꝯñam: Et rō
est: q̄ licet magi nō essent de regno iudeorū:
erāt tñ subditi eius: quē adorare venerūt:
q̄ cognoscebāt eū verū deū eoꝝ eē: cui oē
genu flectēdū erat. Vñ beatus Augusti. in
quodā sermone epiphanie ita dicit. Nun
q̄3 hūc magi tam deuote requirerēt: tanto
pietatis affectu desiderarēt: nisi eū cogno
scerēt regē: qui rex etiā est seculoꝝ. Itē idē
in alio sermōe Deniq3 cū tā multi iam nati
atq3 defuncti essent reges iudeorū: nunq̄3
quē nōq̄3 illoꝝ adorandū magi quesierunt:
ratio: q: nec quenq̄3 eorū celo loquente di-
dicerūt. ¶ Ad secūdā r̄ndetur: q̄ non fuit
stulticia: q̄ magi fecerunt: tū quia herodes
nō erat rex naturalis iudee: sed alienigena:
Sz xp̄s. Vñ nō annūciabāt regē extraneū.
Vñ i in hoc nō stulticiā: sz ostenderūt firmitatē
nobis: ⁊ ꝯstātiam fidei sue in xp̄o: adimplen-
tes illud: Nolite timere eos q occidūt cor-
pus: in quo intrepida annūciatiōe ꝑfigura
batur ꝯstātia gētiū. xp̄m vsq3 ad mortē cō
fitentiū. Vñ Criso. dicit super Mat. Dū
cōsiderabant regē futurū: nō timebāt regē
p̄ntem: adhuc nō viderūt xp̄m ⁊ iā parati
erant ꝓ eo mori. ¶ Ad tertiā r̄ndetur ne
gādo ꝯñam: Et rō est: q̄ hoc diuina disposi
tione factū est. Vñ August. in sermone quo
dā epiphanie. Stella: q̄ magos perduxit ad
locū: vbi erat cū matre virgine deus īfans
poterat eos perducere ad ipsius ciuitatem
Bethleem: in qua natus est xp̄s: sz tñ sub-
traxit se donec de ciuitate: in qua xp̄s nasce

retur: ipſi etiam iudei interrogarẽtur: ⁊ ipſi
etiã ſm̃ diuine ſcripture teſtimoniũ nomi-
narent: vt ſic geminato teſtimonio cõfirma
rentur. Itẽ Leo papa⁹ dicit. Ut ardentiori
fide expeterẽt quã ⁊ ſtelle claritas ⁊ ꝓphe
tie manifeſtabat auctoritas. ℭ Ad quartã
rñdetur: q rõ militaret: ſi magi regẽ terre-
nũ q̃rentes veniſſent qḋ nõ fecerũt: q̃a vt
dicit Criſo. ſuper Mat. ſi ſic fuiſſent confu
ſi: q2 tanti itineris laborem ſine cauſa ſuſce-
piſſent. Uñ nec adoraſſent: nec munera ob
tuliſſent. Nũc aũt q2 regẽ celeſtẽ querebãt
etſi nihil regalis excellentie in eo viderunt:
tñ ſolius ſtelle teſtimonio contenti adorane
runt. Uiderũt enĩ hoĩem: ⁊ cognoſcũt deũ
⁊ offerũt munera dignitati xp̃i cõgruẽtia:
aurũ quidẽ quaſi regi magno. thus qḋ in
dei ſacrificio ponitur immolant: vt deo mir
rham: qua mortuoꝝ corpora cõdiuntur: ꝓbe-
tur tanq̃ꝫ pro ſalute omnium morituro.

ℭ In dñica infra octauas Epiphanie: eſt
euangeliũ: In illo tp̃e Cum factus eſſet Je
ſus annorum duodecim Luce. ij. Circa qḋ
pñt diſputari ſequentes queſtiones.

ℭ Primo vtrum xp̃s ſm̃ aliquam ſapien
tiam ſiue ſcientiam profecerit.

ℭ Secundo vtrũ xp̃s in gratia ꝓfecerit.

ℭ Tertio vtrum xp̃s aliquid ab homini-
bus didicerit.

AD primã q. qua q̃ritur vtrũ
xp̃s ſm̃ aliquam ſapientiam
ſiue ſciẽtiã ꝓfecerit ſic proce
ditur Et videt q nõ. ℭ Pri
mo ſic: Sicut enĩ ſm̃ ſciẽtiã
beatitudinis vel ſm̃ ſcientiam infuſã xp̃s
cognouit oĩa: ita ſm̃ ſcientiam acquiſitam
Sed ſm̃ illas ſcientias non profecit: Ergo
nec ſm̃ acq̃ſitã: ⁊ per conſequẽs ſm̃ nullã.
ℭ Secũdo ſic: Proficere eſt imperfecti: q2
perfectum additionẽ nõ recipit. Sꝫ in xp̃o
nõ eſt ponere ſcientiã imperfectam: Ergo
ſm̃ nullam ſcientiam dicendus eſt profeciſ
ſe. ℭ Tertio Damaſcenus dicit: q q dicũt
xp̃m ſapiẽtia ⁊ gratia proficere: vt additã-
mentũ ſenſus ſuſcipiẽtẽ: nõ venerãtur vnio
nem. Sed nõ venerari vnionẽ eſt impium
ergo impiũ eſt dicere: q in ſcientia ſiue ſa
piẽtia profecerit. ℭ In oppoſitũ eſt euãge
liũ pñs: vbi dicitur Lu. ij. q Jeſus proficie
bat ſapientia ⁊ etate. Rñdeo dicendũ ſub
tribus cõcluſionibus. Prima eſt: q in xp̃o
dicitur fuiſſe quatuor ſciẽtie. Prima ẽ di
uina ⁊ increata De iſta patet: quia cum in
xp̃o ponãtur due nature perfecte: ſm̃ vnã
q̃mq̃ꝫ in eo eſt ponẽda ſapientia: ſiue ſcien
tia. ſ. diuina increata. ⁊ humana creata. Uñ
in ſexta ſynodo condẽnata eſt poſitio negã
tiũ: in xp̃o duas eſſe ſciẽtias: ſiue duas ſapi
entias. Scd̃a ſciẽtia que in xp̃o ponitur: eſt
ſciẽtia beatoꝝ. Fuit enim ſimul viator ⁊ cõ
prehenſor. Tertia ſcientia fuit in eo indita: ſi
ue infuſa: inquantũ ꝑ verbũ dei: anime xp̃i
ſibi perſonaliter vnite: impreſſe ſunt ſpẽs i
telligibiles ad omnia: ad q̃ eſt interius poſ
ſibilis in potentia: ſicut etiam impreſſe ſunt
per verbũ dei ſpecies itelligibiles mẽti an
gelice in pͥncipio creationis: vt dicit Auguſt.
Uñ Colo. ij. dicitur In xp̃o ſunt oẽs the-
ſauri ſapiẽtie ⁊ ſciẽtie abſconditi. Quarta
ſciẽtia dr̃ experimẽtalis: ſiue acq̃ſita: de q̃ di-
citur ad Hebre. v. Quũ eſſet filius dei:
didicit ex his: que paſſus ẽ obediẽtiã: glo. i.
expert⁹ eſt. Fuit ergo in eo aliq̃ experimen
talis ſciẽtia: q̃ eſt ſciẽtia acquiſita. Secunda
cõcluſio. xp̃s ſm̃ tres pͥmas ſciẽtias nõ pro
fecit. Iſta ꝯcluſio pꝫ: pͥmo de diuina ſciẽtia
q2 iſta augeri nõ põt. Idẽ de ſciẽtia beatifi
ca: q̃ etiã augeri nõ põt. Idẽ de ſcientia infu
ſa: q2 a pͥncipio ꝯceptionis plenarie: fuit in
eo oĩs ſciẽtia infuſa. Tertia ꝯcluſio iuxta ſan
ctũ Tho. in tertia parte Scientia acquiſita
fuit in xp̃o augmẽtata: nõ mõ ſm̃ experien
tiã: ſed ſm̃ eſſentiã ſuã. Quidã enĩ ponũt: ſi
cut etiã ſctũs Tho. in q̃rto ſcripto ponit: q
ſolũ ſm̃ experiẽtiã. i. per ꝯuerſiones ſpecie
rũ intelligibiliũ inditaꝝ ad fantaſmata: et
ſm̃ hoc dicũt q ſciẽtia xp̃i profecit ſm̃ ex-
periẽtiã: cõuertẽdo. ſ. ſpẽs intelligibiles indi
tas ad ea: que de nouo per ſenſum accepit:
Sed quia incõueniẽs videtur q aliqua na

naturalis actio intellectualis xpo decet:cū
extrahere ſpecies intelligibiles a fantaſma
tibus ſit quedā actio naturalis hoīs:ſm in
tellectū agentē:conueniens videtur hāc etiā
actionē in xpo ponere. Et ex hoc ſequitur
q in anima xpi:aliquis ſcientie habitus fuit:
qui per huiōi abſtractionē ſpecierū potue
rit augmentari:ex hoc.ſ.q intellect⁹ agens
poſt pmas ſpēs intelligibiles abſtractas a
fantaſmatibus:poterat etiā alias abſtrahe
re. ¶ Ad rōnes in oppoſitum. ¶ Ad pri
mam rñdetur negando ↄ̄nam:Et rō eſt:qa
nō eſt ſimile de pmis ſciētijs:⁊ de acqſitio:
q: taz ſcientia infuſa aīe xpi:q̄z ſcientia bea
tifica fuit effectus agentis infinite virtutis:
q pōt totū ſimul operari. Vñ in neutra ſci
entia xpo pfecit:ſed a pncipio habuit eam
perfectā. Sz ſcientia acqſita eſt nr̄i ab intel
lectu agente:q nō totū ſimul opatur ſed ſuc
ceſſiue. Et ideo ſm hāc ſcientiam xpo nō a
pncipio ſanctificauit oīa: ſ; paulatī:⁊ poſt
aliquod tps.ſ.i pfecta etate:⁊ ſic aſſūptū
nō eſt verū:q pz ex hoc: q euāgeliſta ibi ſi
mul dicit eū pfeciſſe ſciētia ⁊ etate. ¶ Ad
ſcdām rñdetur negādo ↄ̄nam:Et rō eſt:qa
lz ſcientia acqſita in xpo fuerit ſemper per
fecta:ſm tps:nō tn̄ perfecta fuit ſm naturā
Et ideo potuit habere augmentum. ¶ Ad
tertiū dicendū:q verbū Damaſ. intelligen
dū eſt:qñtū ad illos:q dicunt ſimplicit fa
ctā fuiſſe additionē ſcie xpi:ſm quācunqz
ſciam:⁊ pcipue īfuſaz:q̄ cātur īaīa xpi:⁊ ex
vniōe ad vbū. Nō aūt intelligit de augmē
to ſcientie:q ex nāli agente intellectu cauſat.

A Secundā,q.qua queritur.
vtz xpo in gratia profecerit
ſic pceditur:Et videtur q
ſic. ¶ Primo ex pñti euāge
lio:in quo dr̄:q xpo pficie
bat ſapientia etate ⁊ gratia. ¶ Secūdo ſic:
Omni enī finito pōt fieri additio: Sz gra
tia xpi finita fuit cū eſſet creata:Ergo po
tuit augeri:⁊ xpo in ea pficere. ¶ Tertio
ſic: Quātūcunqz additur intellectuali natu
re de perfectione:tāto magis augetur eius
capacitas:vt colligi vr̄ ex tertio de aīa: Sz
capacitas amplior:is grē facit poſſibilitatē
ad augmentū:⁊ ita videtur q xpo pficere
potuit in gratia. ¶ In oppo.eſt illud Jo.i.
Vidimus eū q̄ſi vnigenitū a patre: plenū
grā̄e ⁊ veritatꝭ. Sed nihil pōt eſſe aut in
telligi magis plenū gratie:q̄z q aliquis ſit
vnigenitus a patre:ergo nō pōt eē nec etiā
intelligi maior grā:q̄ xpo fuit plenus. Rñ
deo dicendū:q xpo nō profecit in grā:ita
q ei⁹ gratia in ſe augmētū ſuſciperet. Iſta
cōcluſio ſic declarat ⁊ probat iuxta ſanctū
Tho. Aliquā formā nō poſſe augeri cōtin
git dupliciť: Uno mō ex pte ſubiecti. Alio
mō ex parte illi⁹ forme. Ex parte qdē ſub
iecti:qñ ſubiectū attingit ad vltimū in par
ticipatiōe illi⁹ forme:ſm ſuū modū:ſicut ſi
dicaž:q aer nō pōt creſcere ī caliditate:qñ
pertingit ad vltimū gradū caloris:q poteſt
ſaluari in natura aeris:lz poſſet eſſe maior
calor in rez natura:ſicut eſt calor ignis. Ex
pte aūt forme excludit poſſibilitas augmē
ti:qñ aliqd ſubiectū attingit ad vltimā per
fectionē:q̄ pōt talis forma haberi:ſicut ſi di
camus:q calor ignis nō pōt augeri:q: non
pōt eſſe perfectior grad⁹ caloris: q̄z ille ad
quē pertingit ignis. Sicut aūt aliaz forma
rū eſt:ex diuina ſapiētia determinata ppria
mēſura:ita ⁊ gratie ſʒ illud Sapie.xi. Oia
in numero ⁊ pōdere ⁊ mēſura diſpoſuiſti:
Mēſura aūt vniuſcuiuſqz forme pficitur
per cōparationē ad ſuū finē:ſicut nō ē ma
ior grauitas ꝗ̄z grauitas terre:q: non pōt
eſſe inferior locus loco terre. Finis aūt grē
eſt vnio creature rōnalis ad deū:q̄z que eſt
in perſona:Et iō gratia xpi pertingit vſqz
ad ſummā mēſurā gratie: Sic ergo manife
ſtū eſt q grā xpi nō potuerit augeri ex pte
ipſius gratie:ſed nec etiā ipſius ſubiecti:qa
xpo ſm q hō a primo inſtanti ſue cōceptio
nis fuit verus:⁊ plenus cōprehenſor: Un
de in eo nō potuit eſſe gratia augmētatiua
ſicut nec in alijs beatis:quoz gratia augeri
nō pōt:eo q ſunt in termino. Hoīm vero
qui ſunt puri viatores:gratia pōt augeri:et

ex parte forme: q2 nõ attingit ſummũ gratie gradũ: ⁊ ex parte ſubiecti: q2 nõdũ peruenerit ad terminũ. ¶ Ad rõnes in oppoſitũ: ¶ Ad primã de preſenti euãgelio rñdetur: iuxta ſanctũ Tho. q in ſapiẽtia ⁊ gratia aliqs põt pficere dupliciter. Uno mõ ſm ipſos habitus augmẽtatos: ⁊ ſic xpũs in eis nõ proficiebat: q2 in eo nõ fuit tale grẽ augmẽtũ: q2 totã plenitudinem gratie habuit ab initio ſue cõceptionis. Alio mõ ſm effectus: ſiue ſm oñſionẽ in effectu: in quãtũ ſ. aliqs ſapiẽtiora ⁊ virtuoſa opera facit: ⁊ ſic xps proficiebat ſapientia ⁊ gratia: ſicut etiã etate: quia ſm pceſſum etatis perfectiora opera faciebat: qñ volebat: vt ſe verũ hominẽ demõſtraret: ⁊ in his que ſunt ad deũ. i. ad gloriã dei: ⁊ in his que ſunt ad hoies. i. ad ſalutẽ hoium. ¶ Ad ſecũdã rñdetur q verũ eſt: q cuilibet finito põt fieri additio mathe. loquendo: q2 rõ quãtitatis quã ſolus mathematicus pſiderat: nõ prohibet: quin poſſit finito aliqd addi. Si vero loquimur de quãtitate naturali: ſic nõ eſt verũ: q2 repugnat forme: cui debet determinata quãtitas: ſicut ⁊ alia accidẽtia determinata. Uñ Philoſophus dicit. ij. de aia: q oiũ natura cõſtãtiũ eſt terminus: ⁊ rõ magnitudinis ⁊ augmẽti. Et inde eſt q quãtitati totius celi nõ põt fieri additio: Et multo magis in ipſis formis conſideratur aliqs terminus: vltra quem nõ tranſgrediũtur. Et pter hoc nõ oportuit: q grẽ xpi poſſit fieri additio: qñuis ſit finita ſm ſuã eſſentiã: q2 nec gratia põt eſſe maior: qz cõprehenſoris: nec gloria minor: qz creature deo in perſona vnite.

Ad terciã. q. qua qritur vtrũ xps aliquid ab hoibus didicerit: ſic pcedimr. Et videtur q ſic. ¶ Primo ex euãgelio pſenti vbi dicitur: q inuenerũt eũ in templo in medio doctorũ: interrogantẽ illos: ⁊ rñdentẽ. Interrogare vero ⁊ rñdere eſt adiſcentis: ergo videtur q xps aliqd ab hoibus didicit. ¶ Scdo ſic: Acqrere ſcientiam ab hoie docente: videtur eſſe nobilius: qz acquirere a ſenſibilibus: q2 in aia hoĩs docentis ſunt ſpẽs intelligibiles in actu. In rebus aũt ſenſibilibus ſunt ſpẽs intelligibiles solũ in potẽtia. Sed xps accipiebat ſcientiã experimẽtalẽ ex rebus ſenſibilibus: vt habitũ eſt in pria. q. Ergo multo magis poterat accipere ſciẽtiam adiſcendo ab hoibus. ¶ Tertio ſic: Chriſtus ſm ſcientiã experimẽtalẽ a principio non oia ſciuit: ſed in ea profecit: ſicut dicitur in hoc euãgelio. Sed quilibet audiẽs ſermones ſignificatiuũ alicuius: põt adiſcere: qđ neſcit: ergo xps potuit ab hoibus aliq̃ adiſcere: q ſm hãc ſciẽtiã neſciebat. ¶ Quarto ſic: xps ſm hãc ſciẽtiã aliqd didicit ab angelis. Ergo pari rõne potuit adiſcere aliqd a doctis hoibus Aſſumptũ pbatur: tũ q2 dicit Diony. iiij. celeſtis Jerarchie. Per angelos videmus eũ ſub paternis legibus ordinatum. Sed quod ordinatur aliquid ab ordinante accepit: ergo xps aliquid eruditiõis ab angelis ſuſcepit. ¶ In oppoſitũ ẽ illud yſa. lv. Ecce teſtẽ populis dedi eũ ducẽ ac pceptorẽ gentibus. Preceptoris autẽ nõ eſt doceri ſed docere: Ergo xps non accepit aliquã ſcientiã per doctrinam alicuius alterius hoĩs: Rñdeo dicendũ ſub duabus concluſiõibus. Prima eſt q xps nõ didicit aliquid ab hoibus. Iſta cõcluſio probatur ſic: In quolibet genere id qđ eſt primũ mouens: nõ mouetur ſm illam ſpeciem motus ſicut primũ alterans nõ alteratur. xps autẽ cõſtitutus ẽ caput eccleſie: ſm illud ad Ephe: i. Ipſum dedit deus caput ſuper omnẽ eccleſiam: vt non ſolum per ipſũ omnes homines gratiam acciperent: ſm illud Jo. i. De plenitudine eius omnes accepimus: ſz etiam vt omnes ab eo doctrinã veritatis reciperent. Unde ipſe dicit Joan. xviij. In hoc natus ſum: et ad hoc veni in mundum vt teſtimonium perhibeam veritati. Et iõ non fuit conueniens eius dignitati: vt a quocũqz hoie doceretur. Secũda pcluſio. Chriſtus nihil didicit ab angelis. Iſta cõcluſio pz: q2 ſuperioris nõ eſt ab inferiori recipere:

tia: cum ſit ſenſibilis qualitas: Ergo aſſumptio claritatis a xpo tranſfigurari dici nõ dꝫ. ¶ Tertio. Impoſſibile eſt: ꝙ idẽ corpꝰ ſit ſimul opacũ ⁊ lucidum: Sed ſm rei veritatẽ: corpus xpi opacũ erat: Ergo claritas nõ inerat ei ſm veritatẽ. ¶ Quarto ſic. Corporis glorioſi ſunt quatuor dotes. ſ. impaſſibilitas: agilitas: ſubtilitas: ⁊ claritas: Sed ꝑ aſſumptionem aliarum trium non dicitur tranſfiguratus: Ergo nec per aſſumptionẽ claritatis. ¶ In oppoſitũ eſt euangelium ꝑ ſens. Rñdeo dicendũ: ꝙ conueniẽs fuit xpꝫ tranſfigurari. Que concluſio oſtẽditur ſic. xps diſcipulis ſuis ꝑnũciata ſua paſſiõe induxerat eos ad ſue paſſionis ſequelã. Opꝫ autẽ ad hoc: ꝙ aliquis directe procedat in viã: ⁊ qð finẽ aliqualiter ꝑcognoſcat: ſicut ſagittator: nõ recte iaciet ſagittã: niſi prius ſignũ proſpexerit: in quod iaciendũ ẽ: ⁊ hoc precipue eſt neceſſariũ: quãdo via ẽ difficilis ⁊ aſpera: ⁊ iter laborioſũ: finis vero iocũdus. xps per ſuam paſſionem ad hoc ꝑuenit vt gloriã obtineret: nõ ſolum anime: quã habuit a principio conceptionis: ſꝫ etiã corporis: ſm illud Lu. vltimo Oportuit pati xpm: ⁊ ita intrare gloriam ſuã. Ad quã gloriam etiã perducit eos: qui veſtigia ſue paſſionis ſequũtur ſm illud Act. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. Et ideo conueniens fuit vt diſcipulis ſuis gloriam ſue claritatis oſtẽderet: quod eſt ipſum trãſfigurari: cui ſuos cõfigurabit: ſm illud Phi. iij. Reformabit corpus humilitatis noſtre: cõfiguratum corpori claritatis ſue: vt ſic animarentur ad ſequẽdum xpm in acerbitate paſſionis: vt ergo iſtam felicitatis conſtantie fortitudinẽ toto apoſtoli corde conciperent: ⁊ nihil de ſuſcipiende crucis aſperitate formidarent: claritatem illis ſue glorie demonſtrauit. Unde Beda dicit ſuper Mat. Pia prouiſione factum eſt: vt contẽplatione ſupermanẽtis gaudij ad breue tempus deriuata fortiꝰ aduerſa tollerarent. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad ꝑmam rñdetur: ꝙ nõ ꝓcedit: quia xps nõ dicitur trãſfiguratus: ꝙ ꝑſtinam formã: aut faciem: aut corporis veritatẽ perdidiſſet. Unde Hiero. ſup Mat. dicit. Nemo putet xpm per hoc: ꝙ tranſfiguratus dicitur: priſtinam formã: ⁊ faciem: perdidiſſe: vel amiſiſſe corporis veritatẽ: ⁊ aſſumpſiſſe corpus ſpirituale: vel aereũ. Sed quõ tranſfiguratus ſit euangeliſta demonſtrat dicens. Reſplenduit facies ſicut ſol: veſtimenta aũt eius facta ſunt alba ſicut nix. Ubi ſplendor faciei oſtenditur: ⁊ candor deſcribitur veſtium: nõ ſubſtantia tollit: ſed gloria commutatur. ¶ Ad ſecũdam rñdetur negando cõſequẽtiam: Et ratio eſt: quia figura circa extremitatẽ corporis conſideratur. Eſt enim figura: que termino vel terminis comprehenditur: Et ideo omnia illa: q circa extremitatẽ corporis cõſiderantur: ad figurã quodãmodo pertinere videtur. Sicut aũt gloria ⁊ claritas corporis nõ trãſparentiã in eius ſuperficie attẽdit. Et ideo eius aſſumptio claritatis: tranſfiguratio dicitur. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando aſſumptum: quoniam nõ eſt inconueniẽs: ꝙ id quod in ſe eſt opacum intrinſecus habeat claritatẽ in ſuperficie vel exterſione: ſicut eſt corpus politum: vel etiam ex alio intrinſeco ſuperinducto: ſicut ex reuerberatione ſolis: vel aliciꝰ huiuſmodi. Et ſic fuit claritas in chriſto: non ꝙ ſupra inducta ex aliquo corpore ſuperlucente: ſed miraculoſe ab ipſo deo vt dicit ſanctus Tho. in tertio. ¶ Ad quartam reſpondetur negando conſequentiam: Et ratio eſt: quia non eſt ſimile de dote claritatis: ⁊ de alijs dotibus: quia inter alias: claritas eſt qualitas ipſius perſone in ſeipſa. Alie vero tres dotes nõ participant niſi in aliquo actu vel motu ſeu paſſione. Oſtendit igitur xps in ſeipſo aliqua aliarum dotium indicia: puta agilitatẽ cum ſuper vndas maris ambulauit. Subtilitatis: quãdo de clauſo vtero virginis exiuit. Impaſſibilitatis: cuꝫ de manibus iudeo

rum precipitare: vel lapidare eu3 volentiū: illeſus euaſit. Nec tamen propter illas trāſfigurationes dicitur: ſed per ſolam claritatē: q̄ pertinet ad aſpectum perſone ipſius. Circa quā claritatem nota: ꝙ claritas illa: quā xp̄s in trāſfiguratione aſſumpſit: fuit claritas glorie: quātum ad eſſentiam: nō quātū ad modū eſſendi. Claritas enim corporis glorioſi deriuatur ab anime claritate: ſicut dicit Auguſti. in epiſtola ad Dioſcoru3. Et ſimiliter claritas corporis xp̄i in tranſfiguratione deriuata eſt a diuinitate ipſius: vt Damaſ. dicit: ⁊ a gloria anime eius: quā3 a principio conceptionis habuit. Quod enī a principio conceptionis chriſti gloria anime non redundaret in corpus: ex quadam diſpenſatione diuina factum eſt: vt in corpore paſſibili: noſtre redemptionis expleret miſteria: Et eodem modo ex diuina ordinatione factum eſt: vt gloria anime redūdaret in corpus: in hora tranſfigurationis: vt oſtenderet diſcipulis gloriam future reſurrectionis: vt dictum eſt.

Ad ſecundam. q. ſic proceditur. Et videtur: ꝙ nō conueniēter ducti ſunt teſtes trāſfigurationis. ¶ Primo ſic. Unuſquiſq3 enim maxime perhibere pōt teſtimoniu3 de notis. Sed qualis eēt futura gloria tempore tranſfigurationis chriſti: nulli hominū per experimentum erat adhuc notum: ſed ſolis angelis: Ergo cōuenientius angeli debuerunt duci teſtes trāſfigurationis q̄3 homines. ¶ Secūdo ſic. Teſtes veritatis nō decet aliqua fictio: Sz ſm veritate3 Moyſes ⁊ Helias non fuerunt ibi vere ſed imaginarie: vt dicit quedam glo. Lu. ix. Ergo nō fuerunt conuenientes teſtes. ¶ Tertio ſm quod dicitur Act. iiij. Omnes prophete teſtimoniu3 perhibent de xp̄o: Ergo nō ſolum Moyſes ⁊ Helyas debuerunt intereſſe tanq̄3 teſtes: ſed etiam omnes prophete. ¶ Quarto ſic. Gloria chriſti fidelibus omnibus repromittitur: quos per ſuā tranſfigurationem ad illius glorie deſideriū aſcendere voluit. Non ergo ſolos Petrum ⁊ Joannem ⁊ Jacobum in teſtimonium ſue tranſfigurationis aſſumere debuit: ſed omnes diſcipulos. ¶ In oppoſitum eſt preſens euangelium. Reſpondeo dicendum ſub iſta concluſione: ꝙ conueniēter ſunt predicti teſtes ducti in teſtimonium tranſfigurationis chriſti. Iſta concluſio declaratur ſic. Chriſtus tranſfigurari voluit vt gloriam ſuam oſtenderet hominibus: vt ad eam deſiderandam homines prouocaret. Ad gloriam autem eterne beatitudinis adducuntur homines per chriſtum: non ſolum qui poſt eum fuerunt: ſed etiam qui eū precedeſſerunt. Unde eo ad paſſionem ꝑparante tam turbe que ſequebātur: q̄3 que precedebant: ei clamabant o ſanna: vt dicitur. Math. xvij. quaſi ſalutem ab eo petentes: Et ideo conueniens fuit: vt de precedētibus ipſum: teſtes adeſſent. ſ. Moyſes et Helyas: ⁊ de ſequentibus vt petrus Jacobus ⁊ Jo. vt in ore duorum vel trium teſtimonium ſtaret oē verbum. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt: quia chriſtus per ſuam tranſfigurationem manifeſtauit diſcipulis corporis gloriam: q̄ ad ſolos homines pertinet. Et ideo conueniēter non angeli: ſed homines pro teſtibus ad hoc inducuntur. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando minorem. Dicimus enim ꝙ in rei veritate fuerūt adducti Helias de loco quodam eminenti: ad que3 fuerat raptus: vt habetur. iiij. Regū. c. ij. Et ſic apparuit in corpore ⁊ in anima. Moyſes vero adductus eſt de limbo patru3: nō quia reſurrexerit: ſz q: anima apparuit ibi in corpore ſibi aptato: ſicut apparēt angeli in corporibus aſſumptis. ¶ Ad gloſa3 aūt inductā dr̄: ꝙ illa dicit ſumpta de libro: q ī titulat de mirabilib9 ſacre ſcripture: q nō ē liber autēticus: ſ3 falſe aſcribit Auguſtino

Uñ illi glo.nõ eſt ſtandũ. ¶ Ad tertiũ rñ-
detur negando pñaz. Licet enim omnes p
pphete teſtimoniũ xp̃o reddant: nõ debue
runt propter hoc intereſſe transfiguratiõi
xp̃i: ſed ſufficiebãt iſte due perſone: que ca-
pita ſunt prophetarũ: que ſingulariter inter
alios inducte ſunt: Tum primo quia cũ tur
be dicebat xp̃m eſſe helyã: alij Hieremiã:
aut vnum ex pphetis. Capita pphetarum
ſecum duxit: vt ſaltem hinc appareat diffe-
rentia ſeruoꝝ & dñi. Tũ ſecũdo: q Moy
ſes legem dedit. Helias pro gloria dei emu
lator fuit: ſm qd de eo ſcribitur. iij. Regũ.
xix. zelo zelatus ſum p dño exercituũ. Uñ
ppter hoc: q ſimul cũ xp̃o apparent: exclu
ditur calũnia iudeoꝝ accuſantiũ xp̃m: tan-
q̃z legis transgreſſorem: & blaſphemum. dei
gloriã ſibi vſurpantẽ. Tũ tertio vt oſtende
ret ſe habere poteſtatẽ mortis & vite: & eſſe
iudicẽ mortuoꝝ & viuoꝝ: p hoc q Moy
ſem iaz mortuũ & Helyã adhuc viuentẽ ſe-
cum ducit. ¶ Ad quartũ rñdetur negando
pñam. Et rõ eſt: quia miſteria nõ ſunt omni
bus exponenda immediate: ſz per maiores
ſuo tẽpore ad alios debẽt deuenire. Et ideo
vt Criſo. dicit aſſumpſit tres tanq̃z potio-
res. Nam petrus excellens fuit in dilectio
ne: quã habuit ad xp̃m: & iterum in poteſta
te ſibi cõmiſſa. Joannes vero in priuilegio
amoris: quo a xp̃o diligebatur propter ſuã
virginitatem: & propter prerogatiuã euan-
gelice doctrine. Jacobus aũt propter pro-
gatiuam martirij. Fuit enim primus ante
alios diſcipulos paſſus martiriũ ppt xp̃m.

D tertiam. q. ſic proceditur.
Et videt q petrus nõ erra-
uerit: dicendo bonum ẽ nos
hic eẽ: vel petẽdo tria taber-
nacula &c. ¶ Primo ſic. Di
cit glo. Bene nouerat: q diceret: dũ ait bo
nũ eſt nos hic eſſe: quia reuera ſolum ho-
minis bonũ eſt intrare in gaudiũ dñi ſui: &
huic in eternũ cõtẽplando aſſiſtere. ¶ Se-
cũdo ſic. Dicit in Pſ. Adherere deo bo-
nũ eſt: Sz hoc dicit Petrus: Ergo nõ erra
uit. ¶ In oppo. videt illud q Marcus &
Lucas dicũt. q Petrus hoc dicens neſcie
bat quid diceret. Rñdeo dicendũ: q i hoc
Petrus dicitur erraſſe multipliciter: vt colli
gitur ex glo. ſanctoꝝ patrũ. Primo in hoc
q credidit q in ſolo aſpectu humanita-
tis xp̃i conſiſteret beatitudo. Et ideo illud
ſufficere pro finali beatitudine: quod nõ ẽ
verum: quoniã beatitudo eſſentialis 9ſiſtit
in aſpectu claro ipſius diuinitatis: & perfe-
cta eius fruitione. Accidentaliter autem cõ
ſiſtit in aſpectu humanitatis chriſti: & dele-
ctatione conſequente. Iſti autem apoſtoli q
admiſſi fuerũt ad transfigurationẽ: nõ vide
runt ipſius diuinitatem: ſed tantũ eius hu
manitatem in forma glorioſa. Unde verba
Petri non erant rationabilia: quia in ſolo
aſpectu humanitatis chriſti: nõ conſiſtit bea
titudinis eſſentia: vt dictũ eſt. Secundo di-
citur erraſſe: ſiue male dixiſſe: quia credidit
in hoc eẽ gloriam ſanctorum: que non eſt
hic: ſed in celis: ſm illud Lu. x. Gaudete: &
exultate quia merces veſtra copioſa eſt in
celis. Tertio: quia credidit q in hac vita
mortali poſſit vera beatitudo haberi: con-
tra illud Apoſtoli ad Heb. c. xiij. Non ha
bemus hic ciuitatem manentem: ſed futurã
inquirimus. Quarto: quia credidit q do
mibus indigeremus pro beatitudine conſe
quenda: cum in illa celeſtis vite gloria: vt di
cit Beda domus neceſſaria non erit: vbi
diuine contemplationis luce omnia parifi-
cante nulla aduerſitatis alicuius timenda
nulla remanebit: teſtante apoſtolo Joanne
Apoca. xv. qui eiuſdem ciuitatis ſuperne
claritatem deſcribens dicit. Inter alia: & tẽ
plum non vidi in ea. Deus enim omnipo-
tens templum illius eſt & agnus. Quinto
errauit ſiue male dixit: q tria tabernacula
petit fieri: in hoc errauit. Dicit Albertus
q legis & prophete & euangelij non ſunt
tres habitationes: ſed vna: que eſt eccleſia.
Apoca. xxj. Ecce tabernaculum dei cum
hominibus. Unde glo. Marci. ix. de iſtis
ita dicit. Petrus oblitus ſanctis regni pro

mitti non in terris ſed in celis: ⁊ ſic ⁊ apo
ſtolos adhuc mortali carne indutos: immor
talis vite ſtatum ſubire non poſſe: domum
etiam manufactam neceſſariam non eſſe.
Legi quoqꝫ ⁊ prophetis etiam euangelio
tria tabernacula facere cupit: cum non poſ
ſint ſeparari: in vnum iniciata tabernaculū
i. eccleſia dei. Sexto dicitur erraſſe: quia cō
parauit chriſtū alijs dicēs: tibi vnū: Moy
ſi vnum: helye vnum ⁊c. quod non debet
fieri quia nihil ē comparabile chriſto Job.
xxxij. Deum hominū nō equabo. Unde vt
ait gloſa in preſenti euangelio: quia Petrꝰ
imprudenter queſiuit: reſponſionem domi
ni non meruit: ſed vox patris teſtatur de fi
lio ⁊c. ¶ Ad rationes in oppoſitū. ¶ Ad
primā reſpōdetur ꝙ Petrus dicendo bo
num eſt nos hic eſſe: ſi vellet pro finali bea
titudine ſufficere ſibi viſionem ſolam hu
manitatis chriſti: errabat vt dictū ē. ¶ Ad
ſecundam patet eadem reſponſio.

¶ In dominica tertia quadrageſime ē euā
gelium In illo tempore Erat Jeſus eijciēs
⁊c. Lu. xi. Circa quod poſſunt hec queſtio
nes diſputari.

¶ Prima eſt: vtrum xp̄s ſufficienter oſtē
dit ſe non in belzebub: ſed in virtute dei eij
cere demonia:

¶ Secunda: vtrum ſufficiens fuit illud ar
gumentū chriſti. Si in digito dei eicio de
monia: profecto venit in vos regnum dei.
i. xp̄s ſiue meſſias promiſſus in lege venit.

¶ Tertia eſt: vtrū cōueniens fuit ꝙ carnē
ſumeret d̄ femina: quia dicitur beatus ven
ter ⁊c.

AD primā. q. ſic procedit. Et vi
detur ꝙ chriſtus nō ſufficiē
ter oſtendit ſe non in belze
bub eijcere d̄monia: ſed in v̄
tute dei. ¶ Primo ſic. De
mones cum inter ſe habeant prelationē: vt
minor maiori imperanti obediat ⁊ ſeruiat:
non dubium videtur quin imperio ſupio
ris inferior demon poſſit expelli ab homi
ne: Ergo ⁊c. ¶ Secundo arguitur ex dicto
ſancti Tho. qui hoc dicit ꝙ v̄tute ſuperio
rum demonū alij demones expellabātur.
¶ Tertio idem arguitur: ꝙ nigromantici
religare quandoqꝫ dicuntur demones: per
illicitas incantationes: Ergo per eaſdē poſ
ſunt ſoluere eos de corporibus hominum:
⁊ ſic eicere. ¶ In oppoſitum videtur eſſe
euangelium preſens. Reſpondeo. Scien
dum autem ē primo: ꝙ phariſei odio habe
bant Chriſtum: quia acriter arguebat eorū
vicia. Et ideo miracula ab ipſo facta virtu
te diuina: dicebant eſſe facta arte magica: ⁊
eodem modo eiectionem demonum factā
p chriſtum: dicebant fieri virtute cuiuſdam
ſuperioris demonis: cui inferiores obedie
bant: ad nutum de corporibus exeundo. Si
cut enim in angelis ſunt ordines: ⁊ alij alijs
ſunt ſuperiores: ſic in demonibus: cū in eis
remanſerint naturalia integra ſm̄ Diony.
Dicebant enim phariſei: ꝙ xp̄s habebat ali
quem demonem ſuperiorē: quē vocabant
Belzebub ſibi familiarē: ⁊ priuatum: ⁊ ſic
demones inferiores d̄ corporibus obſeſſis
eiciebat per illum. Secundo ſciendum: ꝙ
vt dicit ſanctus Tho. in tertia parte. q. xliij.
ar. ij. Aliter chriſtus expellebat demones:
q̄ʒ virtute demonum. Expellebantur nam
qꝫ virtute ſuperiorum demonū: demones
a corporibus: ſed tamen remanebat do
minium eorum: quantum ad animas. Non
enim contra regnum ſuum diabolus agit:
ſed chriſtus depellebat non ſolum a corpo
re: ſʒ multo magis ab anima. Unde Augu
ſtinus libro. lxxxiij. q. lxxviij. Quom impiꝰ
vel inuocatione alterius demonis demon
exit a corpore iam non eicitur: ſed magis in
tima ingreditur operando: ſm̄ apoſtolū in
filios diffidentie. Chriſtus autem remoue
bat a corpore ⁊ ab anima. Non enim prin
cipaliter intendebat ſanitatem corporis: ſed
anime: vt patet ex illo Jo. v. Ecce ſanus fa
ctus es: iam noli peccare: ne deterius tibi ali
quid contingat. Iſtis notatis ponitur con
cluſio reſponſalis: ꝙ ſufficienter chriſtus ſe
oſtēdit eicere: non in Belzebub: ſed in vir

tute dei eijcere demonia. Prima ratio chri
ſti. Si ſathanas ſathanam eijcit: tā. ſ. in cor
pore quā in anima: tunc cum diuiſio ſit in-
ter demones: quomodo ſtabit regnum ei⁹?
cum omne regnum in ſe diuiſum deſolabi-
tur: quaſi diceret vt inquit Hiero. Regnū
diaboli ſtat in peccatoribus: vſqꝫ ad dieꝫ iu
dicij: quia tūc euacuabitur omnis poteſtas.
Unde ſi hoc iam eſſet: eſſet iam finis mun
di. Vel ſic ſcḋm hylarium. Si de poteſtate
mea eſt: ꝙ ego faciam ꝙ vnus demon ex-
pellat alium: ergo ego deſtruo regnum dia
boli: ⁊ ex hoc debetur mihi adherere. Se-
cūdo ſic. Si ego eijcio in Belzebub demo
nia: filij veſtri. ſ. apoſtoli de eorum carne de
ſcendentes: vel alij quidam iudei ꝗ nō erāt
de diſcipulis chriſti: qui non in nomine chri
ſti eijciebant demonia: in quo eijciunt: ſi di
citis illos eijcere demonia ī virtute dei: idē
debetis confiteri de me. Tertio ſic probat:
quia demonem expellere de regno ſuo nō
poſſem niſi eſſē fortior eo: nec eum vincere
poſſem: niſi virtute diuina: cum non ſit po-
teſtas in terra: que comparetur ei. Iob. xli.
Quarto ſic. Qui non eſt mecum ⁊ c̄: rō eſt
talis. Voluntas ei⁹: que obedit alicui: ē cō-
formis voluntati illius cui obedit: ſaltem in
facto. Si ergo chriſtus in virtute demonis
faceret miracula: ſequeretur: ꝙ chriſtus et
demones eſſent cōcordes in factis. Hoc au
tem eſt falſum: quia facta chriſti ⁊ doctrina
erant ad remouendum homines a pecca-
tis. facta autem demonis ad deſtruendum
homines per peccatuꝫ. Ex quo ſequitur ꝙ
chriſtus nō operatur in virtute demonis.
Et hoc eſt ꝙ dicit. Qui non eſt mecuꝫ per
concordiam in facto ⁊ voluntate contra me
eſt. Et huiuſmodi eſt diabolus qui non col
ligit mecum. Chriſti enim eſt colligere. de-
monis eſt diſpergere: ⁊ ſic regnum chriſti
cum regno demonum nullam habet cōmu
nicationeꝫ. Colligit enim chriſtus p̄mo paſ
ſiones in formam virtutis: actiones ad nor
mam rectitudinis. electiones ad prudentiā
rationis. animales vires ⁊ motus ad men
ſuram bene conſtitute mentis: diuerſas ⁊ di
ſcurrentes ⁊ vagas cogitationes ad ↄtēpla
tionem intellectus diuini: multitudinem to
tam operum in vnum ſimplicis intentiōis:
multitudinem credentium in vnitatem cor
dis: multitudinem omnium in omnibus na
tionibus ad vnitatem vnius ouilis ⁊ eiuſ
paſtoralis. Et ſic ſemper chriſt⁹ in colligēdo
eſt et congregando. Unde Auguſtinus in
x. Confeſſionum. In omnibus que mente
percurro: non inuenio locum tutum anime
mee: preter te: in quo colligantur diſperſa
mea. Contrario autem modo vt dicit. Al-
bertus magnus diſpergit diabolus: qui di
uiſionis pater eſt ⁊ origo. Diſpergit enim
in varietatem paſſionum deſideria peccan
tium. diſpergit in corruptionem ſ actionem:
multitudinem operum iniuſtorum. diſper-
git voluntatem in diuerſitatem eligibilium:
diſpergit mentis menſuram per diuerſita-
teꝫ animalium motuum. diſpergit intellectū
in euagationes cogitationum inutilium: diſ
pergit intentionem per diuerſitatem finiuꝫ
intentorum. diſpergit credentes in contra-
rietatem diſcordiarum: vnitatem eccleſia-
rum in diuerſitatem errorum Io. x. Lupus
diſpergit oues. ¶ Ad rationes in oppoſi-
tum. ¶ Ad primam dicendum: reſponde-
tur multipliciter. ¶ Primo negando con
ſequentiam. Et ratio eſt: quia licet poſſibile
ſit poteſtati ſuperiorum demonum ꝙ aliqs
demon poſſit eijci aut expelli de corpore ſo
lo hominis: non tamen de anima. Chriſtus
autem eijciebat demonia non ſolum a cor-
poribus: ſed ab anima: vt dictum eſt. ¶ Se
cundo reſpondetur: ꝙ quando diabolus ꝓ
cepto ſiue imperio ſuperioris exit: non dici
tur proprie eijci: ſed voluntarie ex obedien
tia exire: quia eijcere dicit̄ quid violentuꝫ.
Chriſtus autem eijciebat demonia violen-
ter: ⁊ contra voluntatem eorum. Unde ge-

meſtes clamabant. Filij Dauid quid no-bis ⁊ tibi: veniſti ante temp⁹ torquere nos? Math. ix. ¶ Tertio reſpondetur: ꝙ licet demon videatur expelli: non eſt tamen ve-ra expulſio: ſed ficta ⁊ ſimulata ad deceptio-nem: ſed tamen ceſſat a vexatione ⁊ leſio-ne: quam intulerat: ſicut aliquando oſtẽdũt ſe egros curare: non ſanitatem conferendo ſed a leſionibus quas infirmis inferunt ceſ-ſando. ¶ Ad ſecũdã rationem reſponde-tur: vt dictũ ẽ ex ipſo dicto ſancti Thome. ¶ Ad tertiam reſpondetur dupliciter: pꝛi-mo ſicut ad primum. Secundo poteſt dici vt dicit Nicolaus de lira in hoc euangelio ꝙ ſm ꝙ dicit Hierony. licet arte magica poſſunt aliqua miracula fieri: tamen illa ꝑ-tinent ad curioſitatem tantum: ⁊ vanitatem ſicut Symon magus faciebat ſtatuas am-bulare: loqui: ⁊ ridere: ⁊ conſimilia: vt ha-betur in itinerario clementis: Sed illa que ſunt ſalubꝛia: vt curatio languidorum: illu-minatio cecorum: ⁊ huiuſmodi: nõ poſſunt magicis artibus fieri. Et ideo opoꝛtet talia attribui diuine vꝛtuti. Et talia faciebat xp̃s.

Ad ſecundam. q. ſic proceditur. Et videtur ꝙ nõ ſit ſufficiens argumentum illud chꝛiſti: ſi in digito dei eijcio demonia pꝛofecto venit in vos re-gnũ dei. i. chꝛiſtus: ſiue meſſias pꝛomiſſus in lege venit. ¶ Pꝛimo ſic. Legitur ꝙ Sa-lamon vt dicit Beda ſuper Act. apoſtolo-rum. xix. Excogitauit ⁊ docuit exoꝛciſmos: quibus immundi ſpiritus expulſi ab homi-nibus: non audebant ad homines reuerti. Si illa expulſio non fuit argumentũ aduẽ-tus regni chꝛiſti: ergo nec expulſio demo-num facta per chꝛiſtum. Conſequentia vi-detur bona. ¶ Secundo ſic. Chꝛiſtus ope-ra magis miraculoſa fecit q̃z eijcere demo-nia: Sed ex alijs operibus non intulit hoc argumentũ aduentus regni ſui: Ergo nec ex hoc videtur argui. ¶ Tertio ex euange-lio pꝛeſenti. Filij iudeoꝛũ: ſiue dicãtur apo-ſtoli: ſiue alij exoꝛciſte: faciebant miracula in virtute dei: Sed ex opere illoꝛum non in-fertur hoc argumentum: Ergo nec ex fa-cto chꝛiſti. ¶ In oppoſitum eſt verbũ chꝛi-ſti. Reſpondeo dicendum ſub iſta conclu-ſione ꝙ argumẽtum chꝛiſti: quo arguit: Si in digito dei eijcio demonia: pꝛofecto ve-nit in vos regnum dei: eſt efficaciſſimum. Quod ſic oſtenditur: vt dictum eſt in con-cluſione ſuperioꝛi: chꝛiſtus eijciendo demo-nia ab hominibus non ſolum eijciebat a coꝛpoꝛibus violenter contra voluntatem demonum: ſed pꝛincipaliter ab animabus in quibus regnabat diabolus per pecca-tum: et ita chꝛiſtus diminuebat: ſiue eua-cuabat regnum diaboli: et dilatabat re-gnum ſuum: regando in coꝛdibus homi-num per fidem. De quo dicitur. Luc. ij. Regni eius non erit finis. Et. i. Coꝛin. xv. Opoꝛtet autem illum regnare ſcilicet per fidem: donec ponat inimicos eius ſub pe-dibus eius. Hec autem poteſtatis demo-num debilitatio: ſiue diminutio: ſignũ erat aduentus regni chꝛiſti: ſm illud Numeri. xxiiij. Oꝛietur ſtella ex Jacob: quia in na-tiuitate chꝛiſti ſtella apparuit: que magos ad chꝛiſtum natum perduxit: vt habetur Math. ij. Et ſurget virga de iſrael. i. chꝛi-ſtus: ſecundum poteſtatem regiam. Unde de ipſo dicitur Pſal. ij. Reges eos in virga ferrea: percutiet duces. i. ydolatras. Unde per chꝛiſti aduentum: deſtructa eſt ydolatria: et vaſtauit omnes filios Se-dech. i. omnes populos ſubijciet fidei ca-tholice ante finem mundi: licet nondum ſit impletum. Item yſa. liij. de eo dicitur Foꝛtium diuidet ſpolia: pꝛo eo ꝙ tradidit in moꝛtem animam ſuam: foꝛtium. i. de-monum. Chꝛiſtus ſpolia diuiſit: cũ patres de limbo in ſua reſurrectione extrahendo: eoꝛũ potentiã eoꝛũ diminuendo. Itẽ Ezechi. xxxiiij. Suſcitabo paſtoꝛẽ veſtrũ ſeruũ meũ

Dauid.i.xpi natq de Dauid deſcēdit ſʒ car
nē. Mat.i. Et ceſſare faciam beſtias peſſi
mas de terra.i.potētias diaboli:q̄ p morte
xpi diminute ſunt:⁊.ſ.⁊ ſciēt.ſ. Iſrael:quia
ego dñs cū contriuero cathenas iugi eorū:
⁊ eruero eos de manu.i.poteſtate imperā-
tiū ſibi.i.pncipū demonioꝝ. Itē Zacha.xiij.
dicitur. Spiritū immūdum auferā de terra
Ecce manifeſtū: Ergo omnia hec completa
ſunt per paſſionem xpi. Unde Io.xij. xps
inſtante paſſione princeps huius mūdi ei-
cietur foras. Quoniam ergo iſta fienda eſſent
per xpm:efficaciſſimum argumentum erat
xpi cum dicebat. Si in digito dei ideſt vir-
tute diuina eicio demonia:nō ſolum ab ho
minū corporibus:ſed etiam ab animabus
profecto venit in vos regnū dei ideſt xps
promiſſus:qui expulſo dominio demonis:
regnaturꝰ ē p fide i cordibꝰ fideliū. Ad etiā
dictū eſt: q per chriſti paſſionē liberati fui
mus a poteſtate diaboli:⁊ nihilominus vi-
demus:q adhuc nocet hominibus:quantū
ad animas temptando:⁊ quādoq; vexando:
quantum ad corpus:eſt pro noticia plenio-
ri veritatis huiuſmodi ſciendū:q vt dicit
ſanctus Thomas. poteſtas demonis in duo
bus conſiſtit ſcilicet impugnando:⁊ detinē
do deuictos. Ex eo autē q quis impugna
tur:nōdum ſeruus factus eſt:ſed ex eo q vi
ctus eſt:vt patet.ij. Petri.ij. Deuicerat au
tem diabolus totum genus humanū in pri
mis parētibus:⁊ eis dominabatur:dū eos
ad hoc ſecundum ſuum votum deduxerat:
vt nullus paradiſi ianuam intraret. Deuin
cit vnūquemq; ſingulariter:dum eū ad pec
catū inclinat:quia qui facit peccatum:ſeruus
eſt peccati. Poteſtatem ergo diaboli:qua
victos detinet:xps per paſſionem amoue-
ret:quantum ad ſufficientiam: quāuis non
quantum ad efficaciam:niſi in illis:qui vī
paſſionis ſuſcipiunt per fidem:⁊ caritatem
⁊ ſacramenta. Et per hoc dicitur dominiū
euacuaſſe. Unde quia iam diabolus nō po
teſt impedire ſanctos a conſecutione glorie
ſicut faciebat ante:ſed poteſtatē qua impu
gnat nō euacuauit ſed debilitauit:dum ip-
ſum vicit:⁊ dum hominibus auxilia multa
ad reſiſtendum tribuit:ſicut ſacramēta gra
tiam habundantiorē ⁊ alia huiuſmodi. Un
de licet diabolus permittatur temptare ho-
mines:ad exercitium ⁊ meritum ſanctorū:
nō tamen de facili ſuperat:inquātū homo
plura remedia habet. ℂ Ad rationes i op
poſitum. ℂ Ad primam rñdetur negando
cōſequētiā. Et ratio eſt duplex. Una quia
expulſio demonum facta per exorciſmos
erat tantum a corporibus:nō ab animabꝰ.
Secunda rō eſt:quia xps propria virtute ⁊
poteſtate:demones expellebat iam de cor-
poribus q̄ʒ de animabus. Alij vero nō ni
ſi medicante a deo vel diabolo. ℂ Ad ſecū
dā rñdetur negādo aſſumptum: Unde
xps ad.q. ppoſitam ſibi per diſcipulos Io
annis:tu es qui venturus es:an alium ex-
pectamus:hoc modo rñdit dicens. Euntes
renunciate Io.que audiſtis ⁊ vidiſtis:ceci
vident:claudi ambulabant:leproſi mundi-
tur:⁊c. quaſi diceret. Quoniam iſta facio pro-
pria virtute:pfecto ego ſum qui venturus
erat:⁊ nō eſt alius expectandus. Item Io.
i.dicit. Si opera nō feciſſem in eis:que ne-
mo alius fecit:peccatū nō haberēt infideli
tatis in me. Et ita p; q virtualiter ex operi
bus ſuis arguebat regnum ſuum ⁊ domi-
nium veniſſe. Decipiebantur autem iudei
in hoc:quia iſtud regnum chriſti ſpirituale:
futurum temporale credebant. Quē errо
rem eis excludit chriſtus dicens Ioā.xiiij.
Regnum meū nō eſt de hoc mūdo. ℂ Ad
tertiam rñdetur ſicut dictum eſt ad primā:
Et hec de iſta concluſione.

Ad tertiam.q.circa illud bea
tus venter qui te portauit ⁊c.
ſic proceditur. Et videtur q
non fuit conueniēns q chri-
ſtus carnem ſumeret de femi
na. ℂ Primo ſic: Sexus maſculinus ē no
bilior:q̄ʒ ſexus femininus: Sed magis de
cuit vt xps aſſumeret id:quod eſt perfectū
in humana natura: Ergo videtur q non

fuit conuenieus ꝙ xp̄s carnem aſſumeret
de femina: ſed de viro ſicut Eua de coſta
Ade viri formata eſt. ¶ Secundo ſic. Qui
cūqꝫ ex femina concipitur: vtero feminco
clauditur: Sed deo: qui celum ⁊ terrā im-
plet: vt dicitur Hiere. iij. nō cōpetit vt par
uo feminco vtero includatur: Ergo videt
ꝙ nō debuit ↄcipi de femina. ¶ Tertio ſic
Illi qui cōcipiuntur de femina: aliquā im-
mundiciā patiuntur. Vñ Job. xxv. Nunqd
pōt hō apparere mūdus: natus de mulie-
re? Sed in xp̄o nulla immundicia eſſe de-
buit. Ergo nō videtur fuiſſe cōueniens: vt
carnē de femina ſuſciperet. ¶ In oppoſi.
eſt euāgeliū pñs. Rūdeo dicendū: ꝙ lꝫ fili⁹
dei carnē humanā aſſumere potuerit: de q̄
cunqꝫ materia voluiſſet: cōuenientiſſimum
tñ fuit vt de femina carnē acciperet. Tū p̄
mo quia per hoc tota natura nobilitata eſt.
Vñ Augu. libro. lxxxiij. q. Dominis libera
tio in vtroqꝫ ſexu debuit apparere: ergo q:
virū oportebat ſuſcipere: q: ſexus hono-
bilior eſt: cōueniens erat vt feminei ſexus li
beratio huic appareret: q: ille vir de femi-
na natus eſt. Tū ſecūdo q: per hoc veritas
incarnationis aſtruitur. Nam vt dicit Au-
guſti. in epiſtola ad Voluſianū. Si oīpotēs
deus hominē vbicūqꝫ formatū: nō ex ma-
terno vtero cauſaret: ꝫ repētinū afferret aſ
pectibus: nōne opinionē cōfirmaret erro-
ris: nec hominē verū ſuſcepiſſe vllo modo
crederetur: ⁊ dū oīa mirabiliter facit aufer
ret: quod miſericorditer fecit. Nunc vero
ita inter deū ⁊ hominē mediator apparuit:
vt in vnitate perſone copulās vtrāqꝫ natu
rā: ⁊ ſolita ſublimaret inſolitis: ⁊ inſolita ſo
litis temperaret. Tū tertio: ⁊ eſt rō Anſelmi.
quia per hunc modum completur oīs di-
uerſitas generationis humane. Eua vero
ꝓducta eſt ex viro ſine femina. ceteri homi
nes producūtur ex viro ⁊ femina. Vñ hoc
quartū quaſi xp̄o relinquebatur propriū: vt
ꝓduceretur ex femina ſine viro. ¶ Ad ra
tiones in oppo. ¶ Ad primam rūdetur ne
gando ↄñam Et ratio eſt: quia ideo: ꝙ ſex⁹
maſculinus nobilior ē: quā femininus: ideo
humanā naturam in maſculino ſexu aſſum
pſit: ne tamē ſexus femininus contēneretur
congruum fuit: vt carnem aſſumeret de fe
mina. Vñ Auguſt. dicit libro ꝺ agone xp̄ia
no. Nolite voſipſos contēnere viri: filius
dei: virum ſuſcepit: nolite voſipſas contem
nere femine: filius dei natus eſt ex femina.
¶ Ad ſecundam rūdetur negando ↄſequē
tiā. Et ratio eſt: quia ſicut dicit Augu. tertio
libro contra Fauſtū: qui hac obiectiōe vte
batur. Nō plane inquit catholica fides: que
xp̄m filium dei natum ſecūdum carnē cre-
dit ex virgine: vllo modo eundem dei filiū
ſic in vtero mulieris includit: ꝙ extra nō ſit:
quaſi celi ⁊ terre amminiſtrationem deſer-
uerit: ⁊ quaſi a patre receſſerit. Unde licet
nō conueniat xp̄o ſm̄ diuinitatem includi ī
ventre femine: pōt tamē conuenire ratione
nature humane aſſumpte: ſm̄ quā potuit
mori: licet ſm̄ diuinitatē immortalis fuerit.
¶ Ad tertiam rūdetur negando maiorem
Ratio ē: quia immundiciam illam patiun
tur concepti ex cōmixtione maris ⁊ femine
Hoc autem non habet locum in conceptio
ne filij dei de ſpiritu ſancto ⁊ ex Maria ꝟ
gine. Et ideo dicit Damaſ. iij. libro ꝙ fili⁹
dei cōſtruxit ſibiipſi ex caſtis ⁊ puriſſimis
ſanguinibus carnē animatā anima rōnali.
¶ In dominica quarta ē euangeliū Abijt
Jeſus trans mare ⁊c. Jo. vi. Circa qd poſ-
ſunt hec diſputari.

¶ Primo: vtrum conuenienter xp̄s facia-
uit quinqꝫ milia hoīuꝫ de quinqꝫ panibus
qui reperti ſunt apud quendā in ſocietate.
¶ Secundo: vtrum conuenienter xp̄s ſa-
ciauit quinqꝫ milia de panibus ordeaceis ⁊
non de tritico.

¶ Tertio: vtrum xp̄s fuerit verus ꝓphe-
ta ſicut dicitur in euangelio.

Ad primam. q. ſic proceditur
Et videtur ꝙ conuenientius
xp̄s ſaciaſſet quinqꝫ milia ho-
minū ꝺ alijs panib⁹. ¶ Pri
mo ſic. Maius miraculum

tuiſſet ſaciare tantam multitudinem de pa
nibus nouiter creatis: qꝫ de panib⁹ pꝛeexi
ſtentibus: Ergo videtur ꝙ conueniētius ſa
ciaſſet illos de illis. ¶ Secūdo ſic: Panes
illi ſaciare nō poterant tantā multitudinem
niſi multiplicati: Sed multiplicatio non vi
detur poſſibilis: Ergo ⁊c̄. Pꝛobaꝰ minor
ſic. Materia non pōt traſmutari de parua
q̄ntitate in magnā: niſi per rareſactionē: ſi
cut ex vno pugillo aque generātur .x. gutte
Vel per alterius materie additionē. Sed
nō eſt dicendū ꝙ per rareſactionem multi
plicati ſunt panes: vt pꝫ: Ergo opoꝛtebit di
cere ꝙ per additionē exterioꝛis materie: ꝙ
opoꝛtebit multū amplius eē: qꝫ quinqꝫ pa
nes. Quom ergo vnūquodqꝫ denominan
dum ſit a maioꝛi parte: videtur ꝙ non de-
beat dici quinqꝫ milia hominum ſaciatos
eſſe ex quinqꝫ panibus: ſed ex alia materia
addita. ¶ Tertio ſic. Si aliqs dicat: ꝙ mul
tiplicatio facta eſt panum ſine additione cu
iuſcumqꝫ exterioꝛis materie: vel noue crea
te: contra quod: hoc videtur non bene intel
ligibile: ꝙ aliquid ſit in ſubſtantia magnus
ſine additione alterius rei: vt pꝛobat ſanct⁹
Thomas in pꝛima parte. q. xcij. ⁊ in ſecūdo
ſcripto di. xviij. ¶ In oppoſitum eſt euan-
gelium pꝛeſens. Reſpondeo dicendum: ꝙ
xp̄s conuenientius ſaciauit quinqꝫ milia ho
minuꝫ ex quinqꝫ panibus: qui reperti ſunt
in ſocietate ſua: qꝫ ex nouiter creatis. Pa-
tet concluſio: quia licet xp̄s potuerit paſce-
re turbas ex panibus nouiter creatis: vo-
luit tamen ex panibus pꝛeexiſtentibus mul
tiplicatis illas reficere duplici rōne. Pꝛi-
mo vt oſtenderet ſenſibilia a diabolo ⁊ nō
eſſe: ſicut Manichei errantes dicunt. Naꝫ
ſi hoc verum eſſet: deus non vteretur ſenſi
bilibus ad opus diuine laudis: pꝛecipue cū
ipſe venerit: vt diſſolueret opera diaboli:
vt dicitur .i. Jo. iij. Secundā ratio: vt oſten
dat: falſum eſſe: ꝙ ipſi Manichei dicunt. ſ.
doctrinam veteris teſtamēti non eſſe a deo
ſed a diabolo. Vt ergo oſtenderet non eē
aliam doctrinam noui teſtamēti: qꝫ que pꝛe
figurabatur: ⁊ continebatur in doctrina ve
teris teſtamēti: pꝛeexiſtentes panes multi-
plicauit: innuens ꝙ ipſe eſt: qui legem ⁊ pꝛo-
fecit: ⁊ adimpleuit Mat. v: Non veni le-
gem ſoluere: ſed adimplere. Sic patet: rn̄-
deo ad pꝛimū argumentum in oppoſitum.
¶ Ad ſecundam rn̄detur: ꝙ hic eſt triplex
modus dicendi. Unus eſt: ꝙ xp̄us panes
multiplicauit per additionem materie no-
uiter create. Alius modus dicendi eſt: ꝙ ꝑ
additionem alterius materie in foꝛmā pa-
nis inuiſibiliter inducendo. Et iſte modus
dicēdi eſt ſancti Tho. Unde ſic dicit in ter
tia parte. Multiplicatio panum nō ē facta
per modum creationis: ſed per additioneꝫ
extranee materie in panes conuerſe. Un-
de Auguſtinus dicit ſuper Jo. Unde multi
plicauit de paucis granis ſegetes: inde i ma
nibus ſuis multiplicauit .v. panes. Mani-
feſtum eſt autem ꝙ per conuerſionem ma
terie pꝛeexiſtentis grana multiplicantur in
ſegetes: eiuſdem ſententie eſt in pꝛima par-
te. q. xcij. ⁊ in ſecūdo ſcripto di. xviij. Et ad
pꝛobationem contra: reſpondetur negādo
conſequentiam: Et ratio eſt: quia materia:
que additur: in panes illos conuertitur: Et
ideo ex illis panibus: dicitur quinqꝫ milia
hominum ſaciaſſe. Tertius modus dicen-
di eſt: ꝙ multiplicauit in ſeipſis: nihil noui-
ter creando: nec aliquid addendo ad libitū
ſue diuinitatis. Iſtum modum dicendi te-
nēt aliqui antiqui: ſicut Hugo de ſancto vi
ctoꝛe: ⁊ Magiſter ſententiarum: ⁊ domin⁹
Albertus magnus: quemadmodum dicūt
coꝛpus Eue foꝛmatum de coſta Ade. Di-
cunt enim. Sicut deus poteſt de nihilo ali
quid facere: ita modicum coꝛpus in magnū
conuertere. Sed iſtum modum impꝛobat
ſanctus Tho. ſicut in intelligibile: ſicut di-
ctuꝫ eſt in tertio argumento.

A D ſecundam. q. ſic ꝓceditur
Et videtur ꝙ conuenientius
ſaciaſſet xp̄s turbas illas ex
panibus triticeis qꝫ oꝛdea-
ceis. ¶ Pꝛimo ſic. In mira

cuſo vini: optimum vinum fecit ex aqua: er
go videtur ꝙ conuenientiori modo debuit
frumētaceū paneꝫ facere ex panibus ordea
ceis: ⁊ ex illis turbas ſaciare. ¶ Secundo
ſic. Illud miraculum eucharistiam princi-
paliter ſignificat: Ergo videtur ꝙ debuit
turbas ſaciare de panibus frumenti: cuꝫ ta
lis ſit materia ſacramenti eucharistie: ⁊ nō
de ordeo. ¶ Tertio: quid eſt: ꝙ fragmenta
excreuerunt vſqꝫ ad numerum. xij. cophi-
norum: videtur eſſe ad quandam oſtētatio
nem. ¶ In oppoſitū eſt euangeliuꝫ pſens.
Reſpondeo dicendum: ꝙ conuenientiſſi-
me factum eſt: quicquid a xpo factum eſt:
cum ſit ſapientia: omnia ſuauiter diſponēs.
¶ Ad rationes in oppoſituꝫ. ¶ Ad pmaꝫ
rñdetur negando conſequentiam: Et ratio
eſt iuxta Albertum: ꝙ aliud eſt hic: ⁊ aliud
ibi. Illud enim miraculum de conuerſione
aque in vinum deſeruiuit iocunditati nubē
tium. Et ideo conueniebat aquam mutari i
liquorem: iocunditateꝫ facientem. Aliud au
tem deſeruiuit neceſſitati communis turbe:
Et ideo a forma neceſſitati ſeruienti: illum
panem non mutauit: maxime vt dicit Criſ
ſo. ne gule deſeruire videretur. Preterea
xps noluit creare panes de nouo: ſed pexi
ſtentes multiplicauit: vt miraculum eēt ma
gis notum: quia talis multiplicatio cōñdē
panum: magis eſt perceptibilis qꝫ creatio.
¶ Ad ſecundam reſpondetur negādo cō-
ſequentiā. Et ratio eſt: ſm Albertuꝫ: ꝙ hoc
miraculum eſt ſignum remotuꝫ eucharistie
Et ideo expreſſam ſimilitudinē in materia
nō habuit. ¶ Ad tertiaꝫ rñdetur: ꝙ xpo nō
fecit impleri illos cophinos ad aliquā oſtē
tationeꝫ: ſed vt oſtēderet factū miraculū: nō
eſſe fantaſticuꝫ: per hoc: ꝙ collecte reliquie
domini cōſeruate ſunt: ⁊ aliis in cibum fue
runt. Nō aūt. xij. Cophini fragmentoꝝ im
pleti ſunt: non a caſu: ſed ex diuina diſpoſi-
tiōe impleti ſunt: ſm numerum. xij. Apoſto
loꝝ ſignat: vt dicit Albertus magn⁹: ꝙ de
reliquiis xpi: que per quinqꝫ panes ſignifi
cantur: excreſceret doctrina apoſtolica in ſa

turitatem mundi.

Ad tertiam. q. ſic ꝓceditur.
Et vr̃ ꝙ xps nō fuerit ve-
rus propheta. ¶ Primo
ſic. Propheta videtur im-
portare quandam obſcurā
⁊ imperfectaꝫ noticiaꝫ: ſm
illud Numeri. xi. Si quis fuerit inter vos
propheta domini: per ſomniū: aut per viſio
nem: loquar ad euꝫ: Sed xps habuit plenā
⁊ perfectam noticiaꝫ: Ergo non fuit dicen-
dus propheta. ¶ Secundo ſic. Fides ē eo
rum: que non habentur: ita propheta eſt
eorum: que nō ſunt preſentia ſed diſtāt. Nā
ꝓpheta dicitur quaſi procul fans: Sꝫ i xpo
non ponitur fides nec ſpes: Ergo nec pro
pheta. ¶ Tertio ſic. Propheta eſt inferio
ris ordinis: qꝫ angelus: Sed xps non ē mi
noratus ab angelis: ſecundum noticiam aīe
ſed ſolum ſecundū corporis paſſioneꝫ:
vt dicitur ad Hebre. ij. Ergo videt̃ ꝙ xps
nō fuit propheta. ¶ In oppoſitum eſt euā
gelium preſens. Rñdeo primo: ꝙ xps in-
quantum fuit viator: aliquomodo potuit di
ci propheta: ſicut dicitur Deut. xviij. Pro
phetaꝫ ſuſcitabit tibi deus de fratrib⁹ tuis:
Et ipſe de ſe dicit Mat. xiij. ⁊ Io. iiij. Nō
eſt propheta ſine honore: niſi in patria ſua.
Pro quo ſciendum iuxta ſanctum Tho. ſu
per Io. ꝙ propheta dicitur videns. i. Re-
gū. ix. Qui nunc dicitur propheta: olim vo
cabatur videns. Viſio ad vim cognoſciti-
uam pertinet. In chriſto autē triplex fuit
cognitio. ſ. ſenſitiua. Et ſm hanc habuit ali
quam ſimilitudinem cuꝫ propheticis: inquā-
tuꝫ in imaginatione xpi: formari potuerunt
alique ſpecies ſenſibiles: quibus futura vel
occulta preſentarent̃: precipue propter paſ
ſibilitatem: que ſibi conueniebat ſm ſtatuꝫ
viatoris. Item fuit in chriſto cognitio intel
lectiua: Et quantum ad hanc non habuit ſi
militudineꝫ cuꝫ propheticis: ſed eſt etiā ſuper
angelos: ꝗ erat cōprehenſor excellentior
qꝫ aliqua creatura. Item fuit in eo cognitio
diuina. Et quantum ad hanc fuit ꝓpheta ꝫ

⁊ angeloꝝ inſpiratoꝛ: cum omnis cognitio cauſetur per participationē diuini verbi. Albertus vero ſuper Jo. dicit: ꝙ xp̄s pꝛopꝛie nō dicitur ꝓpheta: niſi quo ad hoc: ꝙ immobile eſt oē: quod xp̄s enūciat. Mat. vij. verba mea nō tranſibunt. ¶ Ad rationes in oppoſitū. ¶ Ad p̄mam reſpōdetur negādo aſſumptum. Et ad pꝛobationem dicendū: ſm̄ ſanctū Tho. in tertia parte: ꝙ p illa verba nō oſtenditur eſſe de ratione ꝓphetie enigmatica cognitio. ſ. que eſt p ſomnum: quia aliqui in viſione perceperunt diuina: vt moyſes: qui palam ⁊ non per enigmata deum vidit: ⁊ tamē dictus eſt ꝓpheta: vt pꝫ Deut. vlti. Non ſurrexit vltra pꝛopheta in Iſrael ſicut Moyſes. Poteſt ſecundo reſpōderi iuxta ſuperius poſita: ꝙ ⁊ ſi xp̄s habuit plenā ⁊ perfectā noticiā: quātū ad partē intellectiuam: habuit tamen in parte imaginatiua: quaſdam ſimilitudines: in quibus etiam poterat ſpeculare diuina. Non enim ſolū erat compꝛehenſoꝛ: ſꝫ etiā viatoꝛ. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negādo ↄ̄ñam. Et ratio eſt: quia nō eſt ſimile: quia fides eſt coꝛū: que nō videntur ab ipſo credente: ⁊ ſpes eſt coꝛum: que nō habētur ab ipſo ſperante. Sed pꝛophetia eſt coꝛꝫ: que ſunt pꝛocul a cōmuni omnium ſenſu: cū quibus pꝛopheta cōuerſatur cōmunicat in ſtatu vie. Et ideo fides ⁊ ſpes repugnāt perfectioni beatitudinis xp̄i: nō autem ꝓphetia: ¶ Ad tertiā reſpondetur negando ↄ̄ñam: Et ratio eſt: quia angelus cum ſit compꝛehenſoꝛ: eſt ſupꝛa pꝛophetiam: qui eſt purus viatoꝛ: non autem ſupꝛa xp̄m: qui ſimul fuit viatoꝛ ⁊ compꝛehenſoꝛ.

¶ In dominica in paſſione eſt euangeliū In illo tempoꝛe dicebat.

¶ Jeſus turbis iudeoꝛum ⁊c. Jo. viij. Circa quod: poſſunt dī ſpūſe. q.

¶ Pꝛima eſt: vtrum xp̄s potuit redargui de aliquo peccato.

¶ Secunda eſt: vtrum xp̄s debuit ſine offenſione iudeis pꝛedicare.

¶ Tertia eſt: vtrum ſit verum ꝙ Abꝛaam vidit diem chꝛiſti.

AD pꝛimaꝫ ſic pꝛoceditur. Et videtur ꝙ xp̄s potuit redargui de aliquo pctō. ¶ Pꝛimo ſic. In xp̄o fuit peccatū. Ergo potuit redargui d̄ peccato. Cōſequentia eſt bona. Aſſumptum ꝓbatur. Dicitur enim in Ps. xxi. ex perſona xp̄i. Deus meꝰ vt quid dereliquiſti me longe a ſalute mea verba delictoꝛum meoꝛum: Ergo videtur: ꝙ in xp̄o fuerunt delicta. ¶ Secundo ſic. Dicit Apoſtolus ad Ro. v. ꝙ in Adam omnes peccauerunt. ſ. quia in eo omnes oꝛiginaliter fuerunt: Sꝫ xp̄s fuit etiaꝫ oꝛiginaliter in eo: Ergo in ipſo peccauit. ¶ Tertio ſic. Dicit̄ .ij. ad Coꝛin. v. ꝙ deus eum qui nō nouerat peccatum. ſ. xp̄m: pꝛo nobis fecerat peccatū. Sꝫ illud verum eſt: quod a deo factum eſt: Ergo in xp̄o fuit aliquod peccatum. ¶ In oppoſitum eſt euangelium pꝛeſens vbi xp̄s ait Quis ex vobis arguet me d̄ peccato? Vbi dicit̄ glo. Quoniam nullꝰ poſſit arguere. Rñdeo dicendum ſub iſta concluſione. In xp̄o nullū fuit peccatū: nec oꝛiginale: nec actuale. Iſta concluſio patet .i. Petri .ij. dicit̄ de eo. Qui peccatum non fecit: nec inuentus eſt dolus in oꝛe eius: Et per conſequens de nullo peccato redargui poteſt. Veritas huius concluſionis ſic oſtenditur ex tribus: ꝓpter que xp̄s ſuſcepit defectꝰ noſtros. Pꝛimo: vt pꝛo nobis ſatiſfaceret. Et ex hoc pꝫ: ꝙ defectum peccati non aſſumpſit: nec debuit: quia peccatum nihil operatur ad ſatiſfactionem: quinimmo virtutem ſatiſfactionis impedit: quia dicitur Eccleſiaſt. xxxiiij. Dona iniquoꝛum non pꝛobat altiſſimꝰ. Secundo aſſumpſit defectus noſtros: vt veritatem humane nature compꝛobaret. Et ex hac etiam oſtenditur: ꝙ peccatum aſſumere non debuit: quia ex peccato non demonſtratur veritas humane nature: quia peccatum non pertinet ad humanam naturaꝫ: cuius deus eſt cauſa: ſed magis eſt contra naturam: per ſeminationem diaboli introdu-

ctiue vt Damaſ. dic. Tertio aſſumpſit xp̄s defectus noſtros vt nobis exemplum virtutis preberet. Ex qua parte manifeſte patet cōcluſio: quia peccato: exēpla virtutis ꝓbere non potuit: cū peccatum ſit ꝯtrariū virtuti. Unde xp̄s nullo modo aſſumpſit defectū peccati: nec originalis: nec actualis: Fuit enim agnus ſine macula quacunqȝ. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primā rn̄detur: ꝙ ſicut dicit Damaſ. iij. libro. Dupliciter dicitur aliquid de xp̄o. Uno modo ſm ꝓprietatem naturalē: ⁊ ypoſtaticā: vt dicitur: factus eſt homo: ⁊ pro nobis paſſus eſt. Alio modo ſm proprietatē perſonalē ⁊ habitudinalem: prout. ſ. aliqua dicuntur de xp̄o in perſona noſtra: que ſibi ſm ſe nullo mō̄ conueniūt. Un̄ ⁊ inter ſeptem regulas Ticonij: quas ponit Auguſti. in tertio de doctrina xp̄iana. Prima ponitur de dn̄o: ⁊ ei9 corpore: cū. ſ. xp̄i ⁊ eccleſie vna perſona eſtimatur. Et ſm hoc xp̄s ex perſona mēbroꝝ ſuorum loquens: dicit: verba delictoꝝ meoꝝ: non ꝙ in ipſo capite delicta fuerint. Unde glo. ſuper Pſ̄. dicit ſic Dicit xp̄s in perſona veteris hominis: que ſtulta ſunt: ⁊ delicta ſunt cauſa: q̄re tā longe eſt a ſalute mea. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negādo minorē. Si per li originaliter intelligatur: ꝙ fuerat in Adā ſm ſeminalē rōnem. Pro quo nota: ꝙ ſicut dicit Auguſt. x. ſuper Gen̄. ad litterā. Nō omni modo xp̄s fuit in Adam ⁊ in alijs patribus: quo nos ibi ſuim9. Nos enim fuimus in Adā ſm rōnē ſeminalē: et ſm corpulentā ſubſtātiā: quia. ſ. vt ipſe ibi dicit: cū ſit in ſemine viſibilis corpulētia: et viſibilis rō: vtrūqȝ currit ex Adā: Sȝ xp̄s viſibilē carnis ſubſtātiā de carne virginis ſumpſit. Ratio vero conceptiōis eius non a ſemine virili: ſed longe aliter ⁊ deſup venit. Un̄ nō fuit in Adā ſm ſeminalē rōnē: ſed ſolum ſm corpulentā ſubſtātiā. Et ideo xp̄s non accepit actiue ab Adam humanā naturā: ſed ſolum materialiter: actiue vero a ſpiritu ſancto: ſicut ⁊ ipſe Adam materialiter ſumpſit corpus de limo terre: actiue autem a deo. Et propter hoc xp̄s nō peccauit ab Adam: in quo fuit ſolum ſm materiā. ¶ Ad tertiam rn̄detur negando ꝯn̄ā. Et ad dictū Apoſtoli rn̄detur: ꝙ cū dicitur: ꝙ xp̄s fecit peccatum: nō eſt intelligendū: ꝙ in ſe haberet aliquid peccati: ſed ꝙ fecit hoſtiā pro peccato: ſicut Oſee. iiij. dicit. Peccatū populi mei comedēt. ſ. ſacerdotes: qui ſm legē comedebant hoſtias pro peccato oblatas. Et ſm hunc modū dicitur yſa. liij. ꝙ deus poſuit in eo iniquitates omniū noſtroꝝ: quia. ſ. cum tradidit vt eſſet hoſtia ꝓ peccatis omniū hominū. Uel rn̄detur ꝙ dn̄s fecit eū peccatū. i. habentē ſimilitudinem carnis peccati vt dicitur Ro. viij. Et hoc propter corpus paſſibile: ⁊ mortale: qđ aſſumpſit.

A ſecūdā. q. ſic procedit. Et ſic videt: ꝙ xp̄s debuit ſine offenſiōe iudeis ꝑdicare: qđ xp̄s non videt obſeruaſſe in p̄nti euāgelio. ¶ Primo ſic Dicit Auguſti. in libro de agone xp̄iano in homine Ieſu xp̄o. Se nobis ad exēplū vite prebuit filius dei. Sed nos debemus vitare nō ſolū offenſionē fideliū: ſed etiam infideliū: ſm illud. i. Corin. x. Sine offenſiōe eſtote iudeis ⁊ gentib9 ⁊ eccleſie dei: Ergo videtur ꝙ xp̄s etiā in ſua doctrina offenſionem iudeorū vitare debuit. ¶ Secūdo ſic Nullus ſapiens debet facere vnde effectū ſui operis impediat: Sȝ per hoc ꝙ xp̄s ſua doctrina iudeos turbauit: impediebatur effectus doctrine eius. Dicit eni Lu. xi. ꝙ cū phariſeos ⁊ ſcribas reprehenderet: ceperunt grauiter reſiſtere: ⁊ os eius opprimere: inſidiantes ei ⁊ querentes aliquid capere ab ore eius: vt accuſarent eū. Nō igit videtur cōueniens fuiſſe: ꝙ xp̄s in ſua doctrina iudeos offenderet. ¶ Tertio. Dicit Apoſtolus. i. Thi. v. Seniorem ne increpaueris: ſed obſerua patrē: Sed ſacerdotes ⁊ principes iudeorū erant illius populi ſeniores: Ergo videtur: ꝙ nō fuerint diris increpationibus arguendi. ¶ In oppoſitū ha-

betur in euangelio pñti. Rñdeo dicendũ: q xp̄s cõueniẽter in predicatione ſua qñqz offendit iudeos. Que cõcluſio probatur. Primo p illud: qđ yſa. viij. Fuit prophetatũ: q xp̄s eſſet in lapidẽ offenſionis ⁊ in petrã ſcandali duabus domibus Iſrael. Conueniẽtia autẽ cõcluſionis oſtẽditur ſic. Salus multitudinis preferenda eſt paci: quorũcũqz ſingularium hominũ. Et ideo qñ aliqui ſua peruerſitate multitudinis ſalutẽ impediũt nõ eſt cauenda eorũ offenſio a predicatore vel doctore: ad hoc q multitudinis ſaluti prouideat. Sic ẽ aũt q phariſei: ⁊ ſcribe: ⁊ principes iudeorũ: ſua malicia plurimũ impediebant populi ſalutẽ: tum quia impugnãt xp̄i doctrinã: per quã ſolã poterat eſſe ſalus: tũ quia prauis ſuis moribus vitam populi corrũpebant: Et ideo nõ obſtãte eorũ offenſione: dñs publice veritatẽ docebat: quã illi odiebant: ⁊ eorũ vitia arguebat. Et ideo dicitur Mat. xv. q diſcipulis dño dicẽtibus: ſcis quia iudei audito hoc verbo ſcãdalizati ſunt: rñdit: Sinite illos: ceci ſunt: ⁊ duces cecorũ. Si cecus ceco ducatũ preſtet: ambo in foueã cadunt. ¶ Ad rationes in oppoſi. ¶ Ad primam rñdetur: q homo ſic dꝫ eſſe ſine offenſione omnibus: vt nulli det ſuo facto vel dicto minus recto occaſionẽ ruine. Et ita fecit xp̄s. Si tñ de veritate ſcandalũ oriatur: magis eſt ſuſtinendũ: qꝫ q veritas relinquatur: vt Gregorius dicit. ¶ Ad ſecũdam rñdetur: q minor eſt falſa. Nã p hoc: q xp̄s publice phariſeos ⁊ ſcribas arguebat: nõ impediuit: ſed magis promouit effectũ ſue doctrine: quia cum eorũ vicia populo innoteſcebant: minus aduertebãt a xp̄o: propter verba phariſeorũ: ⁊ ſcribarũ: q ſemper doctrine xp̄i obſiſtebant. ¶ Ad tertiũ reſpondetur: q illud dictũ Apoſtoli eſt intelligendũ de illis ſenioribus: qui nõ ſolum etate vel etiã auctoritate: ſed etiã honeſtate ſunt ſenes: ſm illud Numeri. xi. Congrega mihi. lxx. Viros de ſenioribus Iſrael. quos tu noſti q ſenes populi ſunt. Si autẽ auctoritatem ſenectutis in inſtrumentum malicie vertãt: publice predicando: ſunt manifeſte ⁊ acriter arguendi: ſicut Daniel dixit Daniel. xiij. O inueterate dierum malorum ⁊c.

Ad tertiam ſic proceditur. Et videtur q Abraã non vidit diem chriſti. ¶ Primo ſic. Abraã ſolũ credidit diẽ xp̄i Ergo falſũ eſt: q vidit. Cõſequẽtia eſt nota Dicit eniꝫ Augu. q fides eſt: qua creduntur: que nõ videntur. Et Gregorius dicit: q viſa nõ habẽt fidem: ſꝫ agnitionẽ. ¶ Secũdo ſic. Quoniam ens ⁊ verum cõuertantur: id quod nondũ erat in rerum natura: nõ põt eſſe obiectũ intellectus abrae: Sed tpe abrae nondũ erat dies natiuitatis xp̄i. Unde dicunt angeli Lu. ij. Hodie natus eſt vobis ſaluator mũdi. ¶ Tertio arguit ex euãgelio Lu. x. vbi xp̄s cõuerſus ad diſcipulos ait. Multi reges: ⁊ prophete: voluerũt videre: que vos videtis: ⁊ nõ viderunt. Ergo videt: q nec ipſe abraã vidit: qđ alij prophete nõ viderunt. ¶ In oppoſi. eſt euãgeliũ pñs. Rñdeo: dicendũ ſub iſta cõcluſione: q verũ ẽ: q Abraã vidit in ſpũ ſiue cognouit per fidem: diẽ eternitatis xp̄i: ⁊ diẽ incarnationis eiuſdẽ. Iſta cõcluſio ponit in glo. preſentis euãgelij: q eſt beati Aug. q ſic dicit. Diẽ videre meũ: incertũ eſt: an diẽ tẽporalẽ: quo erat venturus in carnẽ: an diẽ eternitatis. Sed vtrũqz Abraam vidit. Nã ineffabile gaudiũ illi: quãti eniꝫ ẽ videre verbũ: apud patrẽ: ⁊ q ipſum caro factũ eſt. hec glo. Probatur ergo cõcluſio: quo ad ambas partes. Et primo: q vidit diẽ eternitatis xp̄i. De quo dicit in pſal. Ego hodie genui te. De quo ſic dicit Grego. in omelia pñtis euãgelij. Tũc quippe diẽ dñi Abraã vidit: cũ in figura ſumme trinitatis: tres angelos hoſpicio ſuſcepit: quibus perfecto ſuſceptis: ſic tribus quaſi vni locutus eſt: q. etſi in perſonis numerus eſt trinitatis: in natura eſt vnitas diuinitatis. Quod vero vidit diẽ aduentus filij in carnẽ: oſtẽditur ex tribus. Primo: quñ dictũ eſt ei. In ſemine tuo bñdicent oẽs gẽ

leo terre Gen̄.xxij. Sc̄bo et iuramento: qđ exegit a ſeruo Heliazer. Nā Gen̄.xxiiij. ait Pone manū tuā ſuper femur meū: ⁊ iura mihi ꝑ deū celi ⁊ terre ⁊c̄. Ex quo vt Gregorius dicit: ſignificabat: ꝙ de femore eius ꝓceſſurus erat ſm̄ carnē deus celi. Tertio oſtēditur: ꝙ vidit diē xp̄i: qz in immolatione yſaac p̄figuratā cognouit paſſionē xp̄i: ꝓpter quod locus ille dictus ē deus videt: vt dicitur Gen̄.xxij. Quia dn̄s fecit videre Abraā occultū xp̄i miſteriū. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad p̄mā r̄ndetur: ꝙ viſio ſumit dupliciter .ſ. large: pro cognitiōe: ſm̄ qđ dicitur .i. Corin.xiij. Videmus nūc per ſpeculū in enigmate. Alio mō ſtricte: ⁊ ſic dicitur noticia per demōſtrationē: ꝓbata etiam ſic diſtinguitur ꝯtra fidē: ſm̄ illud ad Heb.c.xi. Fides eſt argumētū nō apparētium. Viſio aūt capitur hic p̄mo mō: put .ſ. accipitur large pro cognitione. ¶ Ad ſecūdā r̄ndet negando ꝯñam de cognitiōe fidei. Et rō eſt ꝙ vt dicit Augu. vident̄ p̄ñtia: ſed credunt̄ abſentia. Propter qđ etiā fides ſimilat̄ auditui: q: de abſentibus ē: ſicut auditu cognoſcimus: que et ſint abſentia nobis recitantur. ¶ Ad tertiam reſpondetur: ꝙ auctoritas illa intelligitur de viſiōe corporali: quā habebāt de xp̄o diſcipuli ſui. Bene credit̄: ꝙ inter hos: qui deſiderabant ſic diem xp̄i videre: fuerit Abraam: quia ab ipſo donū redemptionis expectabat.

¶ In dn̄ica in ramis palmaꝝ legitur paſſio xp̄i ſecūdum Mat.

¶ Circa quod poſſunt hec diſputari.

¶ Primo: vtrum alius poſſibilis fuerit et conuenientior modus liberationis humani generis: qz per paſſionem xp̄i.

¶ Secundo: vtrum conuenienter xp̄s tali die voluit cū regali honore intrare Hieruſalem.

tret in mentem: ita ꝙ menti diabolus eſſen
tialiter illabitur. Et hoc modo eſt concluſio
ꝙ diabolus non poteſt intrare in mentem
hominis: niſi ſolus deus. Patet iſta cōclu-
ſio ſic. Anima enim rationalis: cum ſit ſim-
plex: ⁊ corporea nō habet dimēſiones quā
titatis: vt aliquid in ea eſſe dicatur: quaſi. ſ.
eiuſdem dimēſiones cōtentum: ⁊ ideo nihil
poteſt in ea eſſe: niſi quod ei dat eſſe: quod
in ea eſt: per virtuteꝫ ſuam. Dicimus ergo
ꝙ deus: qui animā in eſſe produxit: ē in ani
ma per ſuam virtutē. Ubi aūt eſt virtꝰ dei:
ibi ⁊ eſt eſſentia dei. In deo enim idem eſt
eſſentia ⁊ virtus Unde manifeſtum relin-
quitur: ꝙ ſolus deus eſſentialiter eſt in ani
ma. ¶ Ad rationes autem in oppoſituꝫ re
ſpondetur. Primo: ꝙ diabolus dicitur in-
trare cor: vel mentem hominis: per affectū
vel effectum malicie: inquātum. ſ. homo ab
eo ſeductus: ſequitur eum ad perpetrāduꝫ
malū: ꝙ ſuggerit. Et hoc modo dicitur in-
traſſe cor Jude Unde dicit Nicolaus de
lira ſuper illud Luc. xxij. Intrauit ſatanas
iudam in animā: nō per elapſuꝫ: quia ē deo
proprium: ſed per effectum: venditionē xpi
ei ſuggerendo. Secūdo dicitur: ꝙ poſt buc
cellam intinctam dicitur diabolus intraſſe
Judā: nō quidem poſſidendo de nouo: qa
prius vt argutum eſt: intrauerat: ſed intra-
uit poſt eum plenius: poſſidendo: ſicut apo
ſtoli licet ſpiritum ſanctum receperunt ante
reſurrectionem domini: dicuntur tamen re
cepiſſe ſpiritum ſanctum in die Penthecoſ
ſten: quia ad maiorem plenitudinem.

¶ In feria ſexta: in qua fit mentio de mor
te xpi legitur paſſio Jo. xviij. Circa quod
poſſunt diſputari: ſe. queſtiones.

¶ Primo: vtrum conueniens fuit xpꝫ mori.

¶ Secundo: vtrum alia paſſio chriſti ſuffe
ciſſet: q̄ꝫ mors: pro redemptione humani
generis.

¶ Tertio: vtrū cōueniēs fuit xp̄m cū latronibus crucifigi.

Ad primā.q.ſic ꝓcedit. Et videtur: ꝙ nō fuit cōueniens xp̄m mori. ¶ Primo ſic. Id enim qḋ eſt ꝑncipiū in aliquo genere: non diſponit ꝑ id: qḋ eſt cōtrariū illi generi: ſicut ignis: qui eſt ꝑncipiū caloris: nunq̄ȝ pōt eſſe frigidus: Sed filius dei eſt principiū ⁊ fons vite: Ergo videtur: ꝙ nō fuerit cōueniens chriſtū mori. ¶ Secūdo ſic. Maior eſt defectus mortis: q̄ȝ morbi: q: per morbū peruenitur ad mortē: Sed nō fuit cōueniens xp̄m aliquo morbo lāgueſcere: vt Criſo. dicit ſuper Mat. Ergo etiam nō fuit conueniēs ipſum mori. ¶ Tertio ſic. Chriſtus dicit Jo.x. Ego veni: vt vitā habeant: ⁊ habūdātius habeāt: Sed oppoſitum nō perducit ad oppoſitū. Ergo videtur: ꝙ nō fuit cōueniēs xp̄m mori. ¶ In oppo. ē euāgeliū p̄ſis: ⁊ illud Jo. xi. Expedit: vt moriatur vnus hō: ꝓ populo. Rūdeo: dicēdū ſub iſta cōclutione. Cōueniēs fuit xp̄m mori. ⁊ hoc multiplici rōe. Primo quidē ad ſatiſfaciendum ꝓ humano genere: qḋ erat morti adiudicatū, ꝑpter peccatū: ſm illud Geñ.ij. Quacūq̄ȝ die comederitis: morte moriemini. Eſt aūt conueniens ſatiſfaciendi pro alio modus: cū quis ſubijcit ſe pene: quā alius meruit. Et iō xp̄s mori voluit: vt moriēdo ꝓ nobis ſatiſfaceret ſm illud.i. Petri.iij. Chriſtus ſemel ꝓ peccatis noſtris mortuus eſt. Secundo ad oſtēdendū veritatē nature aſſumpte. Sicut enim Euſebius dicit. Si aliter poſt cōuerſationē cū hominib⁹: euaneſcēs ſubito euolaret: fugiens mortē: ab oibus cōpareretur fantaſmati. Tertio vt a mortuis reſurgēdo virtutē ſuā oſtēderet: qua mortē ſuperauit: ⁊ nobis ſpem reſurgendi a mortuis daret: vt Apoſtolus ait.i. Cor.in.xv. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad p̄mā r̄ndetur: ꝙ xp̄s eſt fons vite: ſm qḋ deus: nō aūt ſm ꝙ hō. Mortuus aūt nō eſt ſm ꝙ deus: ſ; ſm ꝙ hō. Et ita nō ꝓcedit. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando conſequentiam. Et rō ē: quia xp̄s nō ſuſtinuit mortē ex morbo ꝓueniētē: ne videretur ex neceſſitate mori: ꝑpter infirmitatē nature: ſ; ſuſtinuit mortē ab exteriori īllatā: cui ſe ſpontaneū obtulit: vt mors eius volūtaria oſtēderetur. ¶ Ad tertiā r̄ndetur negando ꝯñam. Et ad ꝓbationē dicit: ꝙ vnū oppoſitoꝝ per ſe nō ducit ad aliud ſed q̄ñq̄ȝ bene per accidens: ſicut frigidum per accidēs: q̄ñq̄ȝ calefacit. Et hoc mō xp̄s per ſuā mortē nos perduxit ad vitā: q̄a de ſua morte mortē noſtrā deſtruxit: ſicut qui penā pro alio ſuſtinet: remouet penā eius.

Ad ſecundam.q.ſic procedit. Et videtur: ꝙ alia paſſio xp̄i ſuffeciſſet ad redēptionē humani generis ſine morte. ¶ Primo ſic. Pena quam quis pro alio ſuſtinet: quātitatē accipit: quātū ad virtutē ſatiſfaciēdi ex cōditione patientis: Sȝ xp̄s inquātū eſt deus ⁊ hō: hȝ infinitā dignitatē: Ergo q̄libȝ paſſio ſine pena: quā ſuſtinuit: ſicut fames: fatigatio: ⁊ hmōi: ſufficiēs fuit ad ſatiſfaciēdū pro humano genere: etiā ſine morte. ¶ Scdo ſic. Dicit Bernardus: ꝙ vna gutta ſanguinis xp̄i fuiſſet ſufficiēs p̄ciū noſtre redēptiōis: ſ; aliq̄d de ſanguine xp̄m effuſū eſt in xp̄i circōciſiōe: Ergo nō oportebat ꝙ vlterius pateretur. ¶ Tertio ſic. Tāta pōt eē ꝯtritio in nobis penitēntib⁹: ꝙ totū peccatū dimittatur: ⁊ quātū ad penā: ⁊ quātū ad culpā. Sȝ in xp̄o ab inſtāti ſue ꝯceptiōis fuit ꝑfectiſſima caritas que ꝯtritiōi tribuit vim expurgandi peccati: Ergo xp̄s ab inſtāti ſue ꝯceptiōis ſufficiēter ſatiſfecit pro oibus peccatis noſtris. Et ita nō oportuit: ꝙ ꝑ paſſionē mortis ſatiſfaceret. ¶ In oppo. eſt euangeliū p̄ſis: in quo legitur mortē ꝓ humano genere ſubijſſe. Secūdo ſic. Dicit Apoſtolus ad Gala. ij. Si ex lege eſt iuſticia: ergo xp̄s mortuus ē gratis.i. inutiliter ⁊ ſine cā: Sȝ ſi alia paſſio ſuffeceret ſine morte: xp̄s gratis mortuus eēt: Sȝ hoc dicere ē incōueniēs: Ergo alia paſſio xp̄i ſine morte ad redēptionē huma

ni generi lõ nõ ſuffeciſſet. Rñdeo dicẽdum
ſub iſta cõcluſione: ꝙ alia paſſio chriſti ſine
morte: licet ſuffeciſſet ad redẽptionẽ humani
generis: cõſiderata cõditione perſone patiẽ
tis: propter infinitã dignitatẽ: nõ tñ cõſide
rato genere pene: ad quã humanũ genus ꝓ
pter peccatũ obligatũ erat. Iſta cõcluſio ꝓ
mo patet ex illo ad Heb. c. x. Chriſtus vna ob
latione cõſummauit in eternum ſanctificatos.
Et ideo nõ eſt locus ſecũde oblationis: ſed
manifeſtũ eſt: ꝙ xp̃s ante mortẽ: multas paſ
ſiones ſuſtinuit: eſuriens: laborans: conſpu
tus: ⁊ flagellatus. Si ergo iſte paſſiones ſuf
feciſſent: nõ obtuliſſet ſeipſum ad mortem.
Obtulit autem ſeipſum hoſtiam deo patri:
ꝓ peccatis noſtris: vt dicitur ad Ephe. v. ⁊
hoc per mortẽ. Ergo paſſio xp̃i abſqȝ mor
te nõ ſuffeciſſet. Secũdo ſic. Nõ erat debi
tor mortis: Si ergo xp̃s debuit pro aliis ſa
tiſfacere recõpẽſando: oportuit ꝙ ipſe mor
tẽ: quã nõ debebat: exſolueret. Unñ Grego
rius. iiij. moralium: ꝙ niſi xp̃s mortem inde
bitã ſuſcepiſſet: nequaqȝ nos a morte debita
liberaret. Pro pleniori noticia veritatis hu
iuſmodi concluſionis: eſt notandũ iuxta ſctũ
Tho. ꝙ xp̃i ſatiſfactio pro tota humana na
tura: duas cõditiões cõcernere debuit. ſ. vt
eſſet vniuerſalis reſpectu omniũ ſatiſfactio
nũ quodãmodo. Scd̃o vt eſſet exemplaris
reſpectu oium particulariũ ſatiſfactionum
Uniuerſalis aũt erat nõ per predicationẽ
de multis quaſi per multas ſatiſfactiones
particulares multiplicata: ſed habẽs virtutẽ
reſpectu oium. Unñ nõ oportuit: ꝙ ipſe oẽs
penas: que ex peccato conſequi põt: aſſume
ret in ſeipſo: ſed illam: ad quã oẽs ordinan
tur: ⁊ que cõtinet in ſe oẽs penas: ꝗ̃uis nõ
actu. Finis aũt oium terribiliũ eſt mors: vt
dicit Phũs. iij. Ethi. Et ideo per paſſionẽ
mortis debuit ſatiſfacere. Inquãtum vero
fuit exẽplaris reſpectu noſtrarum ſatiſfactio-
nũ: debuit habere magnitudinẽ excedentẽ
oẽs alias ſatiſfactiones: quia exemplar de-
bet eſſe preſtantius exemplato. Et ideo ſm
maximã penarũ: debuit ſatiſfacere. ſ. ꝑ mor
tem. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad primam
rñdet negãdo ꝯñam. Et ratio eſt: quia licet pene
alie: quas xp̃s ſuſtinuit: eſſent ſufficiẽtes ad
ſatiſfactionẽ pro humana natura: conſidera
ta cõditione patientis: nõ tñ cõſiderato ge-
nere: ad quod genus humanũ erat obligatum: pro
pter peccatũ: quod tñ eẽ debebat: vt. ſ. nos
de morte per mortẽ redimeret. ¶ Ad ſecũ-
dam reſpõdetur eodem mõ: ꝙ ꝗ̃uis gutta
ſanguinis: quã in circũciſione fudit: eẽt ſuf
ficiens ad ſatiſfactionẽ: conſiderata cõditio
ne perſone: nõ tñ vt dictum eſt. ¶ Ad tertiã
rñdet negando ꝯñam. Et rõ eſt: quia cõtri
tio nõ tñ habet vim ex caritate: ſed etiam ex
dolore. Et ideo rõne caritatis: delet culpam:
ratione autẽ doloris: computantur in ſatiſ-
factione pene. Alie autẽ pene xp̃i: nõ ſuffi-
ciũt: quia in eis nõ cõtinentur oẽs alie pene:
ſicut in paſſione mortis cõtinentur.

Ad tertiã. q. ſic ꝓceditur. Et
videt: ꝙ nõ fuit conueniens
xp̃m cũ latronibus crucifigi.
¶ Primo ſic. Dicit ad. Co
rin. vi. Que participatio iu
ſticie cum iniquitate: Sed xp̃s factus eſt no-
bis iuſticia. Iniquitas aũt pertinet ad latro
nes: Nõ ergo fuit cõueniens: vt xp̃s ſimul
cũ latronibus crucifigeretur. ¶ Scd̃o ſic.
Super illud Mat. xxvi. Si oportet me mo
ri tecũ: non te negabo: dicit Origeñ. Mori
cũ Ieſu pro omnibus moriente: bonum nõ
erat: Ergo minus fuit cõueniens: vt ſimul
cũ latronibus moreretur. ¶ In oppoſi. eſt
euãgelium põs. Rñdeo dicendum ꝙ xp̃s
crucifixus eſt inter latrones aliqua quidem
rõne: quãtum ad intentionẽ iudeorum: alia ve-
ro quantum ad dei ordinationẽ. Quãtum
vero ad intentionẽ iudeorum: duos latro-
nes vtrinqȝ crucifixerunt: ſicut dicit Criſo.
vt eorum ſuſpitionis fieret particeps: Sed
nõ ita euenit. Nam etiã vbiqȝ honoratur.
Quantum vero ad dei ordinationem: xp̃s
cum latronibus crucifixus eſt: quia vt Hie
rony. dicit ſuper Mat. ſicut maledictũ cru
cis factus eſt xp̃s: ſic pro oium ſalute: inter

 

noxios quaſi noxius crucifigitur. Secūdo vt dicit Leo papa in ſermone de paſſione: Duo latrones vnus ad dexteram: alius ad ſiniſtrā crucifigitur: vt in ipſa patibuli ſpecie demonſtraret illa: que ī iudicio ipſo omniū hominū facienda eſt diſtinctio. Et Augu. dicit ſuper Jo. Ipſa crux: ſi attēdas: tribunal fuit. In medio enim iudice cōſtituto: vnus qui credidit liberatus: alter qui inſultauit: damnatus eſt: iā ſignificās: quid facturus eſt de viuis ⁊ mortuis: alios poſiturus ad dexterā: alios ad ſiniſtrā. ¶ Ad rōnes ī oppo. ¶ Ad primā rñdetur: ꝙ rō nō ꝓcedit. Et ratio eſt: q: ſicut xp̄s debitū mortis nō habuit: ſꝫ mortē voluntarie ſubijt: vt ſua virtute vinceret mortē ita etiam nō habuit meritū: vt cū latronibus poneretur: ſꝫ voluit cū iniquis deputari: vt ſua virtute iniquitates deſtrueret. Vñ Criſo. dicit ſup Mat. ꝙ latronē in cruce cōuertere: ⁊ in paradiſum inducere: nō minus fuit: qꝫ concutere petras. ¶ Ad ſecundam rñdetur negando ꝯñam. Et rō eſt: q: nō ꝯueniebat: ꝙ cū xp̄o aliquis alius pateretur ex eadē cauſa. Vñ Origen. ibidē ſubdit. Oēs fuerūt in peccatis: ⁊ oēs opus habebāt: vt pro eis alius moreretur: nō ipſi pro alijs.

¶ Sabbato ſancto legitur euangeliū Veſpere aūt ſabbati ⁊c̄. Math. xxviij. Circa qđ poſſunt diſputari ſe. q.

¶ Primo vtrum conueniens fuit chriſtū ſepeliri.

¶ Secūdo vtrum conueniens fuit vt xp̄s ad infernū deſcēderet.

¶ Tertio vtrum chriſtus totus fuit in inferno.

a

Ad primam. q. ſic proceditur. Et videtur ꝙ nō fuit conueniens xp̄m ſepeliri. ¶ Primo ſic. Nihil circa xp̄m fieri debuit: quod nō eſſet ſaluiferū nobis: Sed in nullo videtur ad ſalutē hominis pertinere: ꝙ xp̄s fuerit ſepult⁹: Ergo nō fuit ꝯueniēs xp̄m ſepeliri. ¶ Scđo ſic. Sicut cōueniens fuit: vt moreretur morte ignominioſa: ita videtur: ꝙ debuit ſepeliri ſepultura obiecta: ⁊ vili: Sed hoc non eſt factū: Ergo ⁊c̄. ¶ Tertio ſic. Si dicatur ꝙ xp̄s ſepeliri voluit: vt daret hominibus ſpem reſurgendi de ſepulchro: ergo ſimiliter incinerationē corporis ſui pati debuit: vt ſpem reſurgendi incineratis poſt incinerationem daret: Sed hoc non fuit conueniens: Ergo ⁊c̄. ¶ Quarto. Sicut mors eſt pena peccati primi parētis: ita ⁊ incineratio. Dictum eſt enim primo homini poſt peccatum. Puluis es: ⁊ in puluerem reuerteris: vt dicitur Gen. iij. Sed chriſtus mortem ſuſtinuit: vt nos a morte liberaret: Ergo etiam cum ſepeliri voluit: incinerari debuit corpus eius: vt nos ab incineratione liberaret. ¶ Quinto. Si corpus chriſti fuit ſepultum: videtur ꝙ ſeparatum fuit a diuinitate: cui erat vnitum. Patet cōſequentia: quia remoto medio: remouentur extrema: Sed diuinitas vnita eſt carni mediante anima: Ergo in morte chriſti: cum ſit ſeparata anima a carne chriſti: ⁊ ita iaceat ī ſepulchro ſine anima: per conſequens diuinitas fuit ſeparata a carne. ¶ In oppoſitū eſt euangelium ꝑſens: vbi ait. Mittens mulier hoc vnguentum in corpus meum: ad ſepeliendum me fecit. Reſpondeo: dicendum ſub certis concluſionibus. Prima eſt ꝙ conueniens fuit Chriſtum ſepeliri. Que concluſio probatur ſic. Cōueniens enī fuit chriſtū ſepeliri: ex multiplici reſpectu: Primo ad probandum veritatem mortis. Nō enim aliquis in ſepulchro ponitur: niſi quādo iam de veritate mortis conſtat. Unde Math. xv. legitur ꝙ Pylatus anteqꝫ concederet chriſtum ſepeliri diligenti inquiſitione cognouit: eum eſſe mortuum. Secundo: quia per hoc: ꝙ chriſtus ḋ ſepulchro reſurrexit: datur ſpes reſurgendi per ipſum ijs: qui ſunt in ſepulchro: ſecūdum illud Jo. v. Omnes qui in monumentis ſunt: audiēt vocē filij dei: et q audierint viuent. Tertio ad exēplū eoꝝ: q per mortē xp̄i ſpiritualiter

moriuntur peccatis: qui .ſ. abſcondentur a turbatione hominū. Vñ dicitur. Colo. iij. Mortui eſtis: ⁊ vita veſtra abſcondita eſt cū xp̄o: in deo. Sc̄da cōcluſio. Conueniens fuit: vt xp̄s ſepeliret in orto: ad ſignificādū q̄ per mortē ⁊ ſepulturā ipſius liberamur a morte: quā incurrimus p̄ peccatum Ade in orto paradyſi cōmiſſum. Tercia concluſio. Cōuenienter xp̄s ſepultus ē in ſepultura aliena: vt dicit Auguſt. in quodā ſermone q̄: p̄ alioꝝ moriebat ſalute. Quarta ꝯcluſio. Cōueniēs fuit: vt ſepeliret in nouo monumēto: q̄ ſi aliq̄s ibi fuiſſet añ ſepultus: potuiſſet calūniari a iudeis: q̄ ille ſurrexiſſet: ⁊ nō xp̄s. Et eadē rōne ſepultus eſt ꝯueniēter in ſepulchro: q̄d exciderat de petra: ne ſi ſepultus fuiſſet in terra: diceretur a iudeis: q̄ diſcipuli p̄ cauernas terre extrariſſent. Quinta cōcluſio. Cōueniēs etiā fuit: vt corpus xp̄i inuolutū eſſet in ſyndone mūda .i. pāno lineo mūdo: quia corpus ei⁹ erat mūdiſſimū. Vñ ꝓpter hoc corpus xp̄i nō ꝯſecratur in altari ſuper pannū ſiricū: ſ; lineū: q̄ corpus xp̄i tali panno fuit inuolutum: vt dicitur de cōſe. di. i. Sexta cōcluſio. Licȝ cōueniēs fuit: xp̄m ſepeliri: nō fuit tñ ꝯueniēs corpus eius incinerari. Iſta concluſio pȝ ex illo pſ̄. Nō dabis ſanctū tuū videre corruptionē. Quod Damaſ. exponit de corruptione: que ē per reſolutionē in elementa. Oſtēditur etiā cōcluſio ex hoc: q̄ putrefactio cuiuſcūq̄ȝ corporis ꝓuenit ex infirmitate nature illius corporis: que nō pōt amplius cōtinere corpus in vnū. Mors autē xp̄i ſicut ſupradictū eſt: nō debuit eē cū īfirmitate nature: ne crederet eſſe inuolūtaria Et ideo nō ex morbo: ſed ex paſſione illata: voluit mori: cui ſe obtulit ſponte. Et iō xp̄s ne mors eius infirmitati aſcriberetur: noluit corpus ſuum qualitercunq̄ȝ putrefieri aut qualitercūq̄ȝ reſolui: ſ; ad oſtēſionē virtutis diuine voluit corpus illud incorruptū p̄manere. Septima cōcluſio. Diuinitas nō fuit ſeparata a carne xp̄i: nec ī morte nec in ſepultura. Pȝ ꝯcluſio. Dicitur enim ī ſymbolo: q̄ filius dei mortuus eſt ⁊ ſepult⁹: Sȝ hoc nō dicit: niſi quia corpus in ſepulchro fuit: Ergo diuinitas a corpore ſeparata nō fuit. Cuius rō etiā ex tribus accipi poteſt. Primo ex parte dei: quia cū ſit immutabilis: ⁊ q̄ ſibi perfecte cōiunctum eſt: immutabilitatē ꝑſtat: vt .ſ. ei immutabiliter adhereat. Secūdo ex parte ipſius aſſumpti: q̄d per mortem: quā ex obediētia patris ſuſtinuit: nō debuit ſuam dignitatē amittere: ſed magis debuit clarificari. Tertio ex fine aſſumptionis: q̄ ea: que poſt mortē ipſius circa ipſum acta ſunt: ſalutaria nobis nō fuiſſent: niſi diuinitas iuncta fuiſſet. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primam reſpondetur negando minorem. Dicimus enim: q̄ ſicut mors efficiēter operata ē noſtram ſalutē: ita etiam ⁊ eius ſepultura. Vñ Hiero. dicit ſuper Mat. Sepultura xp̄i reſurgim⁹. Et yſa. liij. Dabit impios p̄o ſepultura. Dicit glo. i. gentes: que ſine pietate erāt: deo patri dabit: quia mortuus ⁊ ſepultus eos acquiſiuit. ¶ Ad ſecūdam rñdetur negādo ꝯñaȝ. Vñ dicimus: q̄ licȝ mors xp̄i fuerit ignominioſa: ſepultura tñ eius debuit eſſe nobilis: ⁊ ſumptuoſa. Cuius rō eſt: quia paſſibilitatē ⁊ humilitatem aſſumpſit xp̄s p̄o noſtra redēptione: ideo illa completa in ſua morte: p̄dicta debuerunt ceſſare: ⁊ ea ſequi: q̄ quodammodo ad gloriam ſue reſurrectionis pertinere videbantur. Unde vtrumq̄ȝ fuerat p̄dictum per yſa. prophetā, de turpitudine mortis eius yſa. liij. Tanq̄ȝ ouis ad occiſionem ducetur ⁊c. Et ſequitur ibidem. Et cum ſceleratis reputatus ē. De nobilitate ſue ſepulture dicitur. yſa. xi. Radix yeſſe: que ſtat ⁊c. Sequitur. Et erit ſepulchrum eius glorioſum. ¶ Ad tertiaȝ reſpōdetur negando conſequentiam. Et ratio ē: quia Chriſtus de ſepulchro reſurrexit virtute diuina: que nullis terminis coartatur Et ideo q̄ a ſepulchro ſurrexit: ſufficiens argumentum fuit: q̄ homines erant reſuſcitandi virtute diuina: non ſolum de ſepulchris: ſed de quibuſcunq̄ȝ terrenis.

¶ Ad quartam rñdetur negãdo ꝯñam. Et ratio eſt: quia xp̃s cum nõ eſſet ſubiectꝰ peccato: nec mori erat obnoxius: nec incinerationi: que erant pene originalis peccati: tamẽ mortẽ libenter ſuſtinuit ꝓpter ſalutem noſtram. Si autem corpus eius fuiſſet putrefactũ vel reſolutũ: magis hoc fuiſſet ĩ detrimẽtũ humane ſalutis: dũ nõ crederetur in eo eſſe virtus diuina. Unde ex perſona eius dicitur in Pſ. Que vtilitas in ſanguine meo: dũ deſcẽdero in corruptionẽ. Quaſi diceret. Si corpus meũ putreſcat: perderetur effuſi ſanguinis vtilitas. ¶ Ad quintam rñdetur negando ꝯñam. Dicimus enĩ ꝙ in morte xp̃i non fuit diuinitas ſeparata a carne: nec ab anima. Nam, vt dicit Leo papa tanta fuit vnio dei ⁊ hominis: vt nec ſupplicio poſſet dirimi: nec morte diſtingui. Ad ꝓbationẽ aũt rñdemus: ꝙ anima quãtum ad vnibilitatem corporis: eſt mediũ neceſſitatis: quia corpus non eſſet vnibile: niſi inquantũ eſt animatuꝫ: ſed vnionem ĩ actu eſt mediuꝫ congruentie: quo remoto nõ neceſſario vnio tollitur. Et ideo quia ſeparata anima a corpore adhuc remanſit ordo in corpore ad animam: ideo non tollitur vnio diuinitatis ad carnem.

Ad ſecundam. q. ſic procedit. Et videtur: ꝙ non fuit cõueniens xp̃m ad infernũ deſcẽdere. ¶ Primo ſic. Sicut .n. dicit Augu. ad Dardanum: nomen inferni in ſcriptura: ſemper in malo accipitur: Sed illud quod ſemper in malo accipitur: non conuenit xp̃o: Ergo nec deſcendere in infernũ. ¶ Secundo. Chriſtus per paſſionem ſuam quã in hoc mundo ſuſtinuit: nos liberauit a culpa ⁊ pena: Ergo non fuit conueniens: ꝙ xp̃s in infernuꝫ deſcenderet. ¶ Tertio. Chriſtus nõ deſcẽdit in locum dãnatorum: locum tenebroſum et opertum mortis caligine: quia nulla eſt conuentio lucis ad tenebras: vt dicitur .ij. Corin. vi. Ergo xp̃s: qui eſt lux: ad infernũ nõ deſcendit. ¶ In oppoſitum eſt ſimbolus fidei: vbi dicitur. Deſcendit ad inferos. Rñdeo: dicendum ſub tribus concluſionibus: pro maiori declaratiõe materie. Prima cõcluſio. Cõueniens fuit: xp̃m ad infernuꝫ deſcendere: vt infernus: nominat locuꝫ nõ penaꝫ damni: vel ſenſus. Patet concluſio. tuꝫ primo: quia xp̃s venerat penam noſtrã portare: vt nos a pena eriperet: ſm̃ illud yſa. liij. Uere languores noſtros ipſe tulit: ⁊ dolores noſtros ipſe portauit. Ex peccato aũt homo incurrit non ſolũ mortẽ corporis: ſꝫ etiam deſcenſum ad inferos. Et ideo ſicut fuit conueniens euꝫ mori: vt nos liberaret a morte: ita ꝯueniens fuit ei: deſcendere ad inferos: vt nos a deſcenſu ad inferos liberaret. Unde. Oſee. xiij. dicitur. Ero mors tua o mors: ero morſus tuus inferne. Secũdo. Fuit conueniens: vt victo diabolo per paſſionem: victos eius eriperet: qui detinebantur in inferno. ¶ Tertio: vt ſicut poteſtatem ſuam oſtendit in terra: viuendo et moriendo: ita poteſtatẽ ſuã oſtenderet ĩ inferno: ipſum illuminando: ⁊ viſitando. Unde in Pſ. dicitur. Attollite portas principes veſtras: glo. i. principes inferni auferte poteſtatem veſtram: qua vſqꝫ nunc homines in inferno detinebatis. Et ſic in nomine Jeſu omne genu flectatur: non ſolum celeſtiũ ſed etiam infernoruꝫ: vt dicitur. Phi. ij. Secunda cõcluſio. Anima xp̃i non deſcẽdit in omnem partem inferni: ſm̃ eſſentiam ſuaꝫ. Pro quo ſunt duo notanda. Primum eſt ꝙ quadruplex eſt infernus. Unus eſt infernus damnatorũ: in quo ſunt tenebre: ⁊ quantum ad carentiam diuine viſionis: ⁊ quantum ad carentiaꝫ gratie: ⁊ eſt ibi pena ſenſibilis: ⁊ hic infernus: eſt locus damnatoruꝫ. Alius eſt infernus ſupra iſtum: in quo ſunt tenebre: ⁊ quantũ ad carentiam diuine viſionis: ⁊ propter carentiam gratie: ſed non eſt ibi pena ſenſibilis: ⁊ dicitur limbus puerorum. Alius eſt ſupra iſtum: in quo ſunt tenebre: quantũ ad carentiam diuine viſiõis: ſed non quantum ad carentiam gratie: ſꝫ ibi eſt pena ſenſus: ⁊ dicitur purgatoriuꝫ. Alius

eſt magis ſup̄ior:in quo ſunt tenebre:quantū
ad carentiam:diuine viſionis:ſed nō quan
ad carentiam gratie:nec eſt ibi pena ſenſibi
lis:⁊ hic eſt infernus ſanctoꝝ patrū: Et in
hunc tantum deſcendit xp̄s:quantū ad lo-
cū:nō quātū ad ſpūaliū tenebrarū experiē
tiam. Secūdo nota:ꝙ dupliciter dicitur ali
quid alicubi eſſe. Uno mō per ſuū effectū
⁊ hoc mō xp̄s in quēlibet infernū deſcēdit:
aliter tn̄ ⁊ alit. Nā in infernū dānatoꝝ ha
buit hūc effectū:ꝙ deſcēdēs xp̄s ad īferos:
de ſua incredulitate ⁊ malicia illos ꝯfutauit:
illis vero:qui detinebantur in purgatorio:
ſpem glorie cōſequentis dedit. Sanctis aūt
patribus:qui pro ſolo peccato originali de
tinebant̄:lumen eterne glorie infudit. Alio
modo dicitur aliquid eſſe alicubi:per ſuā
eſſentiā. Et hoc mō anima xp̄i deſcendit ſo
lum ad locum inferni:in quo iuſti detine-
bantur:vt quos ipſe per gratiam interius
viſitabat:ſm̄ deitatē:eos etiam ſm̄ animā
viſitaret ⁊ loco. Tertia concluſio. Aīa xp̄i
tam diu manſit in inferno:q̄ꝫdiu corpus in
ſepulchro. Iſta ꝯcluſio pꝫ ex illo Act. Quē
deus ſuſcitauit:ſolutis doloribus inferni:er
go videtur ꝙ in inferno fuit vſqꝫ ad horā
reſurrectionis. Ratione aūt pꝫ ſic. Nā cū
anima ⁊ corpus ſint ꝓportionabilia:tn̄ de
buit anima ſtare in inferno:quantū corpus
in ſepulchro:vt per vtrumqꝫ fratribus ſuis
ſimilaretur. Quarta concluſio. Chriſtꝰ pa
tres ſanctos exiſtentes in illa parte inferni:
que dicit̄ lymbus patrum:eduxit de infer-
no. Pꝫ concluſio ex illo zacha.ix. Tu vero
in ſanguine teſtamēti eduxiſti vinctos de la
cu ⁊c̄. Quinta concluſio. Chriſtus nō edu
xit illos:q erant in limbo puerorū. Pꝫ con
cluſio. Redēptio enim xp̄i non hꝫ locū niſi
in illis:qui fuerunt membra xp̄i. Uū cum
pueri:qui erant in limbo:nunq̄ꝫ fuerint mē
bra xp̄i:nec per fidem propriā:nec per fidei
ſacramentū:quod nūc eſt baptiſmus: quod
tūc erat circūciſio:vel ſacrificium:cōſtat ꝙ
ipſi liberati nō fuerūt. Sexta cōcluſio. Exi-
ſtētes in parte inferni damnatoꝝ nō libe

rauit. Pꝫ cōcluſio:quia in inferno nulla eſt
redēptio:Ergo nulli de illo loco ſunt libe-
rati. Rōne ſic oſtenditur. Pena nō poteſt
tolli manente culpa. Illi autē q ſunt dānati
in inferno:ſunt obſtinati ī malicia:ſicut de-
mones:Et ideo de pena illa liberari nō po
tuerunt. Et hoc nō fuit ex inſufficientia libe
rātis:ſed ex indiſpoſitione ipſoꝝ dānatoꝝ.
Septima cōcluſio. Chriſtus nō liberauit re
gulariter animas exiſtentes in purgatorio.
Iſta concluſio pꝫ. Pro peccato:qd̄ ꝓ ſe qs
cōmiſit:debet purgationē pati. Sꝫ penam
purgatorij ſuſtinet hō pro peccatis:que cō-
miſit:Ergo per penā:quā ipſe tulit:dꝫ pur-
gare:⁊ nō per penā xp̄i:niſi dicatur:ꝙ ī vi
ta ſua meruit per fidem ⁊ deuotionem:ad
mortē xp̄i:vt per paſſionē xp̄i liberaretur:
vel hoc ex ſpeciali gratia fuit collatū:ꝙ illi
qui in purgatorio inuenti fuiſſent:abſoluti
eſſent per paſſionē xp̄i:q̄ꝫuis illi qui nunc
ſunt in purgatorio:non ſequantur effectum
plene liberationis ex ſola paſſione chriſti.
¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad ꝑmam rn̄de
tur:ꝙ nomē infernoꝝ ſonat in malū pene:
nō in malū culpe. Uñ decuit xp̄m in infer-
nū deſcēdere:nō tanq̄ꝫ ipſe debitor eēt pe
ne:ſed vt eos:qui erāt pene obnoxij:libera
ret. ¶ Ad ſecūdam rn̄detur negādo ꝯñaꝫ.
Et rō eſt:quia paſſio xp̄i fuit quedam cau
ſa vniuerſalis humane ſalutis:tam viuorū
q̄ꝫ mortuoꝝ. Cauſa aūt vniuerſaliter appli
catur ad ſingulares effectus per aliqd̄ ſpe
ciale. Unde ſicut virtus paſſiōis xp̄i appli
catur viuētibus per ſacramēta cōfigurātia
nos paſſioni xp̄i:ita etiam applicata ē mor
tuis per deſcēſum xp̄i ad inferos:propter
quod zacha.ix. dicit:ꝙ eduxit vinctos de la
cu in ſanguine teſtamenti ſui.i.per virtutē
paſſionis ſue. ¶ Ad tertiā rn̄det̄ negando
conſequētiam. Et ratio eſt:quia vt ſupra no
tatur:quadruplex eſt infernus. Secūdo po
teſt dici:ꝙ ſi chriſtꝰ nō deſcēdit in infernūt
per ſuam eſſentiā:deſcēdit per
effectū:vt dictū eſt.

D tertiā.q. ſic ꝓceditur. Et vi

det: ꝙ nõ totus xp̄s fuit in inferno. ¶ Primo ſic. Corpus xp̄i eſt aliqua pars ei⁹: Sȝ corpus xp̄i nõ fuit i inferno: Ergo tot⁹ xp̄s nõ fuit in inferno. ¶ Secũdo ſic. Nihil: cuius partes abinuicem ſeparate ſunt: põt dici totuȝ: Sed corpus ⁊ anima: que ſunt partes humane nature: fuerũt ab inuiceȝ ſeparate poſt mortẽ. Deſcẽdit autẽ xp̄s in infernũ mortuus exiſtens: Ergo nõ potuit eē totus in inferno. ¶ Tertio. Illud autẽ dicit eſſe in loco: cuius nihil extra illũ locũ ē: Sȝ aliquid xp̄i erat extra infernũ: quia ⁊ corp⁹ erat in ſepulchro: ⁊ diuinitas vbiqȝ: Ergo xp̄s nõ fuit totus in inferno. ¶ In oppoſi. illud Aug. in libro de ſymbolo. Totus fili⁹ apud patreȝ. totus in celo: totus in terra: totus in vtero virginis: totus in cruce: totus in inferno: totus in paradiſo: quo latroneȝ introduxit. Rñdeo: dicenduȝ ſub iſta ꝯcluſiõe: ꝙ xp̄s in illo triduo mortis: totus fuit in ſepulchro ⁊ totus fuit in inferno: licet nõ fuit totum: quod pertinet ad humanaȝ naturam. Que cõcluſio ſic oſtẽditur. Maſculinũ genus refertur ad ypoſtaſim: vel perſonã: neutrũ aũt genus pertinet ad naturã: Sed in morte xp̄i lȝ anima ſeparata fuerit a corpore: neutrum tñ fuerat ſeparatũ a pſona filij dei. ⁊ Ideo in illo triduo mortis: dicẽdum eſt: ꝙ totus xp̄s fuit in ſepulchro: q: tota perſona fuit ibi per corpus vnituȝ. Et ſimiliter totus fuit in inferno: quia tota perſona xp̄i: ibi fuit rõne anime ſibi vnite. Totus etiaȝ xp̄s tũc erat vbiqȝ: ratione diuine nature. ¶ Ad rõ eo in oppo. ¶ Ad primã rñdet negãdo ꝯñaȝ. Et ratio eſt: q: corpus xp̄i: quod tũc erat in ſepulchro: nõ eſt pars perſone increate: ſed nature aſſumpte. Et ideo per hoc ꝙ corpus xp̄i nõ fuit in inferno: nõ excluditur: quin totus xp̄s fuerit. Sȝ oſtẽditur ꝙ nõ fuit totũ: quod pertinet ad humanam naturam. ¶ Ad ſecũdam reſpõdetur negando ꝯñam. Et ratio eſt: quia ex anima ⁊ corpore conſtituitur totalitas humane nature: nõ autem totalitas diuine pſone. Et ideo ſoluta vniõe anime ⁊ corporis per mortem: remãſit totus xp̄s: ſed nõ permãſit humana nã i ſua totalitate. ¶ Ad tertiam rñdetur negãdo ꝯñam. Et ratio eſt: q: aſſumptuȝ nõ hȝ locũ: niſi in ijs: que corporaliter ⁊ circũſcriptiue ſunt in loco. Nõ ſi totũ eſt alicubi: nihil eius ſit extra: Sȝ hoc in deo locuȝ nõ hȝ. Vñ Augu. dicit in libro de ſymbolo. Nõ per diuerſa tẽpora vel loca dicimus Chriſtum eſſe vbiqȝ totum: vt modo ibi totus ſit: ⁊ alio tempore alibi totus: ſed vt ſemper vbiqȝ ſit totus.

¶ In die reſurrectiõis legitur euãgelium. In illo tẽpore Maria Magdalene ⁊c. Mar. xvi. poſſunt diſpu. ſe. q.

¶ Primo: vtrum neceſſarium fuit chriſtũ reſurgere.

¶ Secũdo: vtrum cõueniẽs fuit: xp̄m tertia die reſurgere.

¶ Tertio: vtrum totus ſanguis: qui pro eo fuſus eſt pro humana redẽptione: ſit in reſurrectiõe reaſſumptus.

AD primam. q. ſic ꝓceditur. Et videtur ꝙ nõ fuit neceſſariũ xp̄m reſurgere. ¶ Primo ſic. Dicit Damaſce. in. iiij. li. Reſurrectio eſt eius: qđ cadit: ⁊ diſſolutũ eſt: iterata reſurrectio: Sed Chriſtus nõ cecidit per peccatum: nec corpus eius diſſolutum: Ergo non cõuenit ei reſurgere. ¶ Secũdo ſic. Ea que circa humanitatem ſunt acta: ad noſtram ſaluteȝ ordinantur: Sed ſufficiebat ad noſtram ſalutem paſſio chriſti: per quã ſumus liberati a culpa ⁊ a pena. Non ergo fuit neceſſariuȝ: ꝙ chriſtus a mortuis reſurgeret. ¶ Tertio ſic. Confirmatur ratio ꝓcedens: Poſt vltimam cõſummationem: nõ eſt aliud neceſſarium: Sed vltima cõſummatio facta eſt in paſſione: quia tunc dixit conſummatum eſt Jo. xix. Ergo non fuit neceſſarium: ꝙ poſtea reſurgeret. ¶ In oppo. eſt euãgelium pñs: vbi dicit. Surrexit: nõ ē hic. Et illud Lu. vltimo Oportebat xp̄m pati: ⁊ a mortuis reſurgẽ. Rñdeo: dicẽdũ ſub certis ꝯcluſiõib⁹. Prima ꝯcluſio: ꝙ neceſſariũ fuit xp̄m

a mortuis reſurgere. Que cōcluſio pꝫ. Primo ex illo Apoſtoli .i. Corin. xv. Si xp̄s nō ſurrexit: inanis eſt fides noſtra. Sꝫ ſine fide nō iuſtificamur: Ergo neceſſariū fuit xp̄m reſurgere. Preterea. Neceſſitas reſurrectionis xp̄i colligitur ex multis. Primo: ad cōmēdationē diuine iuſticie: ad quā pertinet exaltare illos: q̄ propter deū ſe humiliauerit: ſḃm illud Lu. i. Depoſuit potentes: et exaltauit humiles. Quia igitur xp̄s ꝓpter caritatem ⁊ obedientiam dei: ſe humiliauit vſqꝫ ad mortē crucis: oportebat: ꝙ exaltaretur a deo: vſqꝫ ad glorioſam reſurrectionē. Secūdo. Fuit neceſſarium ad fidei noſtre inſtructiōem: q2 per eius reſurrectionē cōfirmata eſt fides: circa diuinitatem xp̄i: q2 vt dicitur. ij. Corin. vltimo. Si crucifixus ē ex infirmitate noſtra: ſed viuit ex virtute dei. Tertio. Fuit neceſſariū xp̄m reſurgere ad ſubleuationem ſpei noſtre: quia dum videmus xp̄m reſurgere: qui eſt caput noſtrum: ſperamus ⁊ nos reſurrecturos. Vn̄ dicit. i. Corin. xv. Si xp̄s predicatur: ꝙ reſurrexit a mortuis: quomodo q̄dam dicūt in nobis: q̄m reſurrectio mortuoꝝ non eſt? Iob. ix. Scio per certitudinem fidei: ꝙ redemptor meus .i. xp̄s viuit: a mortuis reſurgens ⁊ ideo in nouiſſimo die de terra reſurrecturus ſum. Repoſita eſt hec ſpes mea ī ſinu meo. Quarto. fuit neceſſarium ad informationem vite fideliū: ſḃm illud Ro. vi. Quō xp̄s reſurrexit a mortuis per gloriā patris ita ⁊ nos in nouitate vite ambulem⁹. Quinto: fuit neceſſariū ad complemētum noſtre ſalutis: quia ſicut per hoc: ꝙ mala ſuſtinuit moriendo: vt nos liberaret a malis: ita glorificatus eſt reſurgendo: vt nos ꝓmoueret ad bona: ſḃm illud. Ro. iiij. Traditus eſt ꝓpter delicta noſtra: ⁊ reſurrexit propter iuſtificationē noſtram. Scḋa cōcluſio. Chriſt⁹ poſt reſurrectionē habuit verū corpus. Iſta cōcluſio pꝫ ex prima ſic. Chriſtus vere reſurrexit: vt dictum eſt. Sed ad hoc ꝙ ſit vera reſurrectio: oportet ꝙ idem corpus eidem anime vniatur. Et quia veritas nature corporis: eſt ex forma: ꝯſequēs eſt: ꝙ corpus xp̄i: poſt reſurrectionem: ⁊ verum corpus fuerit: ⁊ eiuſdem nature: cuius fuerat prius. Si autem corpus fuiſſet fantaſticū: non fuiſſet vera reſurrectio: ſed apparens. Tertia concluſio. Corpus xp̄i ſurrexit glorioſum. Iſta cōcluſio oſtenditur ratione: q2 reſurrectio xp̄i fuit exēplar: ⁊ cauſa noſtre reſurrectiōis: vt habetur .i. Corin. xv. Sancti autem habebunt in reſurrectione corpora glorioſa: ſicut dicitur ibidem: q̄ꝺ ſeminatur in mortalitate: ſurget in gloria. Vn̄ cum cauſa ſit porior cauſato: ⁊ exemplar exēplato: multo ergo magis corpus xp̄i fuit glorioſum. Quarta concluſio: Chriſtus ſurrexit reſurrectione perfecta: prius q̄ꝫ quicunqꝫ alius reſurgentium. Iſta concluſio pꝫ ex illo .i. Corin. xv. Chriſtus reſurrexit a mortuis: primitie dormientiū: glo. quia prius tēpore: ⁊ dignitate ſurrexit. Ratione ſic oſtēditur. Reſurrectio eſt reparatio a morte in vitam. Dupliciter autem aliquis eripitur a morte. Vno modo ſolum a morte in actu vt ſi aliq̄s viuere incipiat q̄litercunqꝫ: poſtq̄ꝫ mortuus fuerat. Alio modo vt aliquis liberetur nō ſolum a morte: ſed a neceſſitate: ⁊ ꝙ plus eſt: a paſſibilitate moriendi. Et hec eſt vera: ⁊ perfecta reſurrectio: q̄ꝫdiu aliq̄s viuit: ſubiectus neceſſitati moriēdi: quodāmodo mors ei dominatur. Et ſic pꝫ: ꝙ illa reſurrectio: qua quis eripit̄ ſolum ab actuali morte: eſt reſurrectio imperfecta. Loquēdo ergo de reſurrectione perfecta: xp̄s eſt primus reſurgentium: quia ipſe reſurgēdo primo peruenit ad vitam penitus immortalē: ſḃm illud Ro. vi. Chriſtus reſurgens a mortuis: iam non moritur. Sed reſurrectione imperfecta quidam alij ſurrexerunt ante xp̄m: ad premonſtrādum: quaſi in quodam ſigno reſurrectionem ipſius. Vn̄ illi: qui reſuſcitati ſunt in veteri teſtamento: ⁊ illi qui ſunt reſuſcitati a xp̄o: ſic redierūt ad vitam: vt iterum morerētur. ¶ Ad rōnes in oppoſitum. ¶ Ad primā rn̄detur negando ꝯñam: Et ratio eſt: quia licet xp̄s non ce

cideret per peccatum: cecidit tamē per mortem: quia ſicut peccatum eſt caſus a iuſticia: ita mors eſt caſus a vita. Similiter. Et corpus xpi nō fuerit diſſolutum per incinerationem: ipſa tamē ſeparatio anime a corpore diſſolutio quedam fuit. ¶ Ad ſecūdam rñdetur: ꝙ etiam reſurrectio xpi operata ē noſtram ſalutem. Sed paſſio xpi operata ē noſtram ſalutem proprie loquendo: quātū ad remotionem malorum. Reſurrectio autem quātum ad inchoationem ⁊ exemplar bonorum. ¶ Ad tertiā rñdetur negando ɔñam. Et ratio eſt: quia licet in morte facta ſit cōſumatio omnium eorum: que exigebātur ad ſatiſfactionem: que quidem non ē facta per reſurrectionem: nihilominus in reſurrectione: facta eſt conſumatio: quantum ad perfectionem in bono.

Ad ſecundam. q. ſic ꝓceditur. Et videtur: ꝙ nō fuit conueniens: xpm reſurrexiſſe tertia die. ¶ Primo ſic. Membra debent capiti conformari Sed nos qui ſumus membra xpi: nō reſurgimus tertia die: ſed noſtra reſurrectio differtur vſqꝫ ad finem mūdi: Ergo videtur: ꝙ xps qui eſt caput noſtrum: non debuerit tertia die reſurgere. ¶ Scḋo ſic. Separatio anime a corpore in xpo nō fuit facta: niſi propter ſeparationem humane nature: Sꝫ in inſtanti mortis: redēptio ſoluto precio cōpleta eſt: Ergo debuit ſtatī reſurgere: ⁊ nō differre vſqꝫ in diem tertiā. ¶ Tertio ſic. Dies videtur incipere ab ortu ſolis: q ſua preſentia diem cauſat: Sed ante ſolis ortū xps reſurrexit. Dicitur enim Jo. xx. ꝙ vna ſabbatorum Maria magdalene venit mane cū adhuc tenebre eſſent ad monumentū ⁊ tunc xps iam reſurrexerat: ⁊ vidit reuolutum lapidem a monumēto: Ergo xps nō reſurrexit tertia die. ¶ Quarto ſic. Dicitur. Math. xii. Sicut Jonas fuit in ventre ceti: ſic filius hominis in corde terre tribus diebus ⁊ tribus noctibꝰ. Ergo videtur: ꝙ non reſurrexit tertia die ſed quarta: vel quinta. ¶ Quinto ſic. Nox contra diem diuiditur: Sed dicit Gregorius in omelia hmōi dici: xpm de nocte reſurrexiſſe: ſicut Sanſon de nocte portas Gaze tulit: Judicū. xvi. Ergo videtur: ꝙ xps non reſurrexit tertia die: ſed ſecūda nocte. ¶ In oppo. eſt: ꝙ in ſymbolo canitur. Et reſurrexit tertia die: ⁊ Mat. ij. Tradent eum gentibus ad illudēdum ⁊c̄. Et ſequitur. Et tertia die reſurget. Reſpōdeo: dicendum ſub iſta concluſione: ꝙ xps conuenienter reſurrexit tertia die. Que concluſio ſic oſtenditur Reſurrectio xpi ſicut dictū eſt in. q. precedenti: neceſſaria fuit ad inſtructionē fidei noſtre. Eſt autem fides noſtra: ⁊ de diuinitate: ⁊ de humanitate xpi. Nō enim ſufficit alterū ſine altero credere. Et ideo: ad hoc ꝙ cōfirmaretur fides diuinitatis ipſius: oportet ꝙ cito ſurgeret: ⁊ eius reſurrectio nō differretur: vſqꝫ ad finem mundi. Ad hoc enim ꝙ cōfirmaretur fides de veritate humanitatis ⁊ mortis eius: oportuit morā eſſe inter mortem ⁊ reſurrectionem. Si enim ſtatim poſt mortem reſurrexiſſet: videri poſſet: ꝙ eius mors vera non fuerit: ⁊ per ɔñs reſurrectio vera. ¶ Ad veritatē mortis xpi ſufficiebat: ꝙ vſqꝫ tertiam diem: eius reſurrectio differretur: quia non contingit: quin infra hoc tempus in homine: qui mortuus videtur: cum viuat: appareant aliqua indicia vite. Oſtenditur etiā ex alijs cōuenientia iſtarum quia per hoc: ꝙ reſurrexit tertia die: cōmendat̄ perfectio trinarij: qui eſt numerus omnis rei: vt pote habēs principiū: mediū: ⁊ finem: vt dicitur primo de celo ⁊ mundo. Oſtenditur etiā in hoc: ſm̄ miſteriū: quia xps vna ſua morte corporali: que fuit lux propter iuſticiā: duas noſtras mortes dſtruit. ſ. corporis ⁊ anime: que ſunt tenebroſe propter peccatū. Et ideo vna die integra: ⁊ duabus noctibus pmāſit in morte: vt dicit Augu. in. iiij. de trini. Per hoc etiam ſignificatur: ꝙ per reſurrectionē xpi: tertium tempus incipiebat. Nam primum fuit ante legē: ſm̄ ſub lege: tertium ſub gra

tia. Incepit etiã in reſurrectione tertiꝰ ſta
tus ſanctoꝝ. Nã primus fuit ſub figuris le
gis. Secundus ſub veritate fidei: Tertius
erat in eternitate glorie: quã xp̄s reſurgen-
do inchoauit. ¶ Ad rões in oppo. ¶ Ad
p̄mam r̄ndetur negãdo p̄ñam. Et ratio eſt:
quia licet caput ⁊ membra conformẽtur in
natura: nõ tamẽ in virtute. Excellentior enĩ
eſt virtus capitis: quã membroꝝ. Et ideo
ad demonſtrandum excellentiam virtutis
xp̄i: cõueniẽs fuit ipſum tertia die reſurge
re: alioꝝ in reſurrectiõe dilatata: vſqꝫ ad fi
nem ſeculi. ¶ Ad ſecũdam r̄ndetur negan
do p̄ñam. Et ratio eſt: q: nõ ſolũ oportebat
q per mortẽ fieret redẽptio: ſed ad hoc: q
redẽptiõis eius participes eſſẽmus: opor-
tuit q veritas mortis eius: nobis oſtẽdere
tur. Et hoc nõ fuiſſet: ſi ſtatim poſt mortem
reſurrexiſſet. ¶ Ad tertiã r̄ndetur: q dies
diuerſis modis accipitur. Aliqñ pro die na
turali: q cõtinet ſpaciũ. xxiiij. horaꝝ. Vñ in
cludit diem ⁊ nocte. Aliqñ pro die artificia
li: qui eſt latio ſolis ſuper terram. Loquen
do ergo de die artificiali: ſic xp̄s fuit mor-
tuus vna die integra. ſ. die ſabbati: ⁊ duabꝰ
noctibus integris. ſ. precedente die ſabbati
⁊ ſequẽte: ⁊ adhuc plus. ſ. per quandã par
tẽ ferie ſexte. Sic loquitur Augu. ĩ. ⁊ glo.
Ro. vi. que dicit. Quieuit ĩ ſepulchro vna
die: ⁊ duabus noctibus: quia noſtrã dupli
cem vetuſtatẽ: ſua ſimpla cõſumpſit. Si ve
ro loquimur de die naturali: ſic accipiendo
partem p̄ toto: fuit mortuus tribus diebus
⁊ tribus noctibus: ſicut dicitur Math. xij.
Illa enĩ pars diei paſſionis xp̄i: a nona: et
deinceps: cõputatur p̄ vna tota die natura
li: cuius eſt pars. Vñ computatur pro vno
die artificiali: ⁊ p̄ vna nocte. Similr̄. Nox
poſt ſabbatum cõputatur pro tota die natu
rali ſequẽti: ⁊ ſic computatur p̄ vna die ⁊
pro vna nocte artificiali. Quibus ſi cõiun
gatur vna dies integra. ſ. dies ſabbati: ⁊ vna
nox integra. ſ. nox precedẽs: inuenit̄: q xp̄s
fuit mortuus tribus diebus: ⁊ tribus nocti
bus. ¶ Ad quartã r̄ndet: q patꝫ ex dictis.
¶ Ad quintã r̄ndetur: q xp̄s dicitur reſur
rexiſſe in crepuſculo: qñ adhuc eſt lux tene
bris permixta. Et ideo aliqñ dicitur: q re-
ſurrexit in die. aliqñ in nocte. Dicitur autẽ
in euãgelio p̄nti: orto iã ſole nõ eſt ſic acci-
piẽdum: tanqꝫ ſol ipſe videretur ſuper ter
ram: ſed tanqꝫ eo proximo veniẽte: in has
partes: vt dicit ſanctus Thomas.

AD tertiã. q. in qua queritur:
vtrũ totus ſanguis xp̄i: q in
paſſiõe eius effuſus ẽ p̄ hu-
mana redẽptiõe: ad corpꝰ eiꝰ
redierit: in reſurrectione. Et
videtur q nõ. Primo ſic. In aliquibus ec
cleſijs ſanguis xp̄i dicitur adhuc hodie cõ-
ſeruari: Ergo nõ totus ſanguis xp̄i: in eius
reſurrectiõe: ad corpus rediuit. Cõſequen
tia videtur nota. ¶ Secũdo. cõfirmãdo ar
guitur. Si totus redierit: ſequit̄ error in ec
cleſia: quia in aliquibus eccleſijs: in quibus
eſſe dicitur: adorat̄. Nõ eſſet error: ſi totꝰ
ſanguis effuſus: in eius paſſiõe: in eius re-
ſurrectiõe rediſſet: Ergo ⁊c̄. ¶ Tertio ſic
Sanguis xp̄i eſt vnus de quattuor humori
bus. Si ergo ſanguis xp̄i effuſus in paſſio
ne: totus in reſurrectiõe redijt: pari ratiõe:
alij humores: ex quibus cauſatur corruptio
in corporibus animaliũ: ⁊ tũc ſequeretur: q
corpus xp̄i: poſt reſurrectionẽ fuiſſet corru
ruptibile: qđ eſt erroneum: Ergo ⁊c̄. ¶ In
oppoſi. arguitur. Quicquid fuit in xp̄o de
veritate nature aſſumpte: redijt ad xp̄m in
reſurrectione. Aliter nõ fuiſſet perfecta re
ſurrectio: ſi nõ fuiſſet reintegratum: quicqđ
per mortem ceciderat. Vñ ⁊ dñs fidelibus
ſuis p̄miſit dicens. Mat. x. Oẽs capilli ca
pitis veſtri numerati ſunt. Et Lu. xxi. Ca-
pillus de capite veſtro nõ peribit: Sed to-
tus ſanguis xp̄i: qui fuit in paſſione chriſti:
pertinebat ad naturam corporis chriſti: q̄a
ſi pars fuit de veritate humane nature: ⁊ to
tum. Quia eadem eſt ratio de toto: ⁊ de p̄-
te: Ergo totus ſanguis xp̄i in paſſione effu

# In die reſurrectionis dñi.

ſuos in reſurrectione fuit reaſſumptus. Rñdeo: dicendum circa hanc .q. ꝙ duo ſunt modi dicendi. Quidam volũt dicere: ꝙ nõ eſt neceſſe dicere: ꝙ totus ſanguis chriſti i paſſiõe effuſus: ſit reaſſumptus in reſurrectione. Unde Franciſcus de Mayronis: in quodã ſermone ſuo huiuſmodi videtur opinionis. Ad quam fundandã premittit quedam: que non videntur nobis bene dicta: vt oſtendemus per ſingula. Primo quidem diſtinguit quatuor ſeparatiões: Et dicit ꝙ ſecunda ſeparatio fuit humanitatis a diuinitate: prout humanitas dicit aliud reſultãs ex vnione anime ⁊ corporis: ꝑpter hoc dicit in cruce clamare xp̃s: Deus meus: vt quid dereliquiſti me Math. xxvi. Iſtud in pñ. nõ videtur nobis bñ dictũ: ꝙ humanitas fuerit ſeparata a diuinitate. Pro quo notãdum ꝙ differt ceſſatio vniõis ⁊ ſeparatio vniẽtium. Ceſſat enim vnio aliquorum per deciſionem alicuius extremorum: Sed ſeparatio nõ eſt: niſi eorum: que manẽt: poſtq̃ ſoluta eſt eorum vnio. Unde forme naturales: alie ab anima rationali: quãdo fit corruptio cõpoſiti: nõ dicuntur ſeparari a materia: ſed ſola anima ratiõalis dicitur ſeparari: quia remanet: ſoluta vnione eius a corpore. Et ideo cum in morte xp̃i: humanitas prout dicit aliud reſultans ex vnione anime ⁊ corporis: nõ maneat: diſſoluta vnione anime ⁊ corporis: ſed deſinat eſſe: nõ eſt ꝓprie dicẽda ſeparari a diuinitate. Preterea quõ dicit: ꝙ de tali ſeparatiõe loq̃tur illud euãgeliũ Mat. xxvi. Deus deus meus quare me dereliquiſti: nõ dicit verum: quia Augu. ⁊ Magiſter ſniarum: ſanctus Tho. ⁊ magiſter Alexãder de ales: ⁊ Nicolaus de lira: omnes exponunt de ſubtractione protectionis. Dicitur enim xp̃s derelictus: quia expoſitus manibus impiorum: nõ aũt dictum ẽ rõne ſeparatiõis facte. Poſt hoc: quia vt tã Magiſter ſniarum: q̃z Alexãder de ales: hec ṽba dixit xp̃s adhuc viuẽs in cruce. Preterea dicit idem Frãciſcus: ꝙ quarta ſeparatio fuit ſãguinis a diuinitate: quia vt inquit ꝓ ſigno: Non enim poſſumus dicere: ꝙ xp̃s remanſit effuſus in triduo illo ſuper terrã: propter ſanguinem ibi exiſtẽtem. Hoc etiã non videtur bene dictum: tum primo: quia ipſe chriſtus ait per ꝓphetam Pñ. xxi. Ego autẽ ſicut aqua effuſus ſum: ⁊ diſperſa ſunt omnia oſſa mea. Quod glo. que eſt Auguſtini exponit de chriſto. Sicut ergo ratione corporis dicitur iacuiſſe in ſepulchro: ita vt modo ratione ſanguinis effuſi de corpore: rat dici: effuſus ſuper terram. Tum ſecundo: quia non ſtat illud: quod timuit Franciſcus ſequi: quia non oportet: ꝙ omne: quod predicatur de eo quod eſt vnitum verbo: predicetur de verbo: omnibus modis. Unde licet anima ſemper manſerit vnita verbo: non dicitur: ꝙ verbum ſit anima: aut ſit forma corporis: aut ꝙ fuiſſet ſeparata a corpore: ſicut erat anima: aut ꝙ eſſet corpus: ⁊ ſeparatum ab anima. Et ita licet ſanguis eẽt vnitus diuinitati: non ſequitur: ꝙ diuinitas eſſet ſanguis: aut ꝙ fuiſſet effuſa ſuper terram: ſed bene ſequitur: ꝙ erat habens ſanguinem effuſum ſuper terram. Quod autẽ ſanguis chriſti: qui in paſſione chriſti fuit effuſus: ſemper manſit diuinitati vnitus: infra oſtendemus. Secundus modus dicendi ẽ: ꝙ totus ſanguis chriſti in eius paſſione: ꝓ redemptione humani generis effuſus: fuerit: in reſurrectione reaſſumptus. Iſte modus dicendi: eſt beati Tho. tam in tertia parte. q. liiij. ⁊ tertio: q̃z quolibeto. v. Ubi ad hoc probandum: triplici ratione vtit̃. Quarum vna accipitur ex etate chriſti patiẽtis. Paſſus eſt enim in perfectiſſima etate: in qua maxime ea: que in homine inueniũtur ad veritatem humane nature pertinere: videntur ad maximam perfectionem adducta: quia nihil ſuperfluum continere: ſꝫ oĩa eſſe de integritate nature. Scd̃a rõ ſumit̃ ex merito paſſiõis xp̃i. Sicut enim ſanctorum martirum ille partes: in quibus ꝓ xp̃o paſſionẽ ſuſtinuerũt: quẽdam ꝓuilegiatum fulgorem ha

bebunt vt dicit August. de ciuitate. ij. libro:
multo perfectius sanguis xp̄i: quē ꝓpter
salutem humani generis effudit: ad glorio-
sā resurrectionē totus reparatus eſt. Ter-
tia ratio pōt ſumi ex ipſa v̄tute paſſionis
xp̄i. Sanguis enī in paſſione effuſus: hu-
manū genus ſanctificauit: ſcḋm illud ad He
bre. vltimo. Jeſus vt ſanctificaret per ſan-
guinē ſuum: paululū: extra portā paſſus eſt
Humanitas autem xp̄i ſalutiferā habuit v̄
tutē ex virtute verbi ſibi vniti: vt dicit Da
maſ. iij. libro. Vñ manifeſtū ē: ꝙ ſanguis in
paſſiōe effuſus: qui ē maxime ſalubris: fuit
diuinitati vnitus. Et ideo oportuit: ꝙ in re-
ſurrectione iungeretur aliis humanitatis ꝑ
tibus. Hec oīa ſanctus Tho. Item quarto
iuxta eiuſdē ſniām: pōt eadē cōcluſio ſic ꝓ-
bari. Reſurrectio noſtra cōformis ē reſur
rectiōi xp̄i: ſcḋm illud Phi. iij. Reformabit
corpus humilitatis noſtre: cōfiguratū cor-
pori claritatis eius. Sed ad corpus noſtrū
in reſurrectione redibit totū: quod fuit de
veritate humane nature: Ergo ſanguis xp̄i
effuſus: cū fuerit de integritate humane na
ture: i reſurrectione eius ad corpus rediuit
Nec videtur ſuſtinēdū: ꝙ xp̄i ſanguis in
paſſione effuſus: pro redēptiōe humani ge
neris: nō fuerit de veritate humane nature
in chriſto: tum quia ex hoc ſequeret̄: ꝙ xp̄s
dederit in p̄cium redēptiōis humani gene
ris id: quod nō fuit de veritate humane na
ture aſſumptū: ſꝫ alienū: Et ita ipſe nō fuiſ
ſet p̄cium noſtre redēptionis: cum nihil de
ſuo dederit: quod ē abſurdum: cum ꝯtradi
cat illi: ꝙ beatus Petrus inquit in Petri.
i. Redēpti eſtis p̄cioſo ſanguine agni icōta
minati: ⁊ īmaculati Jeſu xp̄i. Plane: ſi ſan
guis effuſus in paſſiōe pro redēptione hu
mani generis nō pertinebat ad veritatē hu
mane nature eius: nō diceret̄ ſanguis agni
incontaminati: nec dictus fuiſſet precioſus.
Preterea: ꝙ taliter dicētes male dicere vi
dentur. Pro quo notādum: ꝙ aliquid dici
tur d̄ v̄itate humane nature dupliciť. Uno
modo id quod formā humanā actu parti-
cipat: ſicut caro ⁊ oſſa. Alio modo dicit̄ de
veritate humane nature: id ſine quo natu-
ra remanere: ⁊ durare: ⁊ ſuare: non poſſet
ſicut ſanguis. Vñ de ſanguine dicitur Le-
ui. xvij. aīa. i. vita carnis in ſanguine. Ubi
glo. Nicolai de lira dicit. Uita in ſanguine
principaliter ꝯſiſtit. Vñ a Philis ⁊ medicis
dicitur ſanguis ſedes anime: ꝙ ſanct⁹ Tho.
in. iiij. di. xi. dicit: ꝙ pōt intelligi dupliciter
vno⁹ modo ꝙ ſedes anime dicatur. i. conſer
uatio vite: que ē per ſanguinē. Alio mō: qꝛ
ſanguis ē potētia ad totum: quia ꝑ actū nu
tritiue virtutis: in membra cōuertitur. Ter
tio: quia ꝑ ſanguinē in corde generatū: vita
lis operatio in oīa membra diffunditur: vt
Philūs dicit libro de aīalibus. Hec ille. Ex
quibus manifeſte pꝫ: ꝙ negātes ſimpliciter
ſanguinē nō ꝑtinere ad v̄itatē humane na-
ture: maxime i xp̄o: nō bene dicūt: ſꝫ errāt.
Itē hūc modum dicēdi ſancti Tho. ſꝫ ꝙ to-
tus ſanguis xp̄i effuſus i ſua paſſiōe: in re-
ſurrectiōe ſua fuerit reaſſumptus: ſequitur
magiſter Jo. de poliaco. iiij. quolibeto ſuo:
vbi oſtēdit: ꝙ hora paſſionis nō erat in xp̄o
aliqs ſanguis ſuꝑfluus. Et ſic tot⁹ ſanguis:
quē tūc habuit: ad veritatē: ⁊ perfectionē
humane nature ꝑtinebat: ⁊ per ꝯſequēs to
tus: qui effuſus ē in paſſiōe: in reſurrectio
ne fuit reaſſumptus. Hūc autē modum di
cēdi proſequētes: ponemus duas cōcluſio-
nes. Prima ē: ꝙ ſanguis effuſus i paſſiōe
ꝓ redēptiōe generis humani nō fuit ſepat⁹
a diuinitate. Iſta ꝯcluſio: q̄ videt̄ eē funda
mētum huius materie: probatur multiplici
ter vt probauimus corā papa Pio: cum
fuit iſta materia diſputata corā ſanctitate
eius: ⁊ dominis Cardinalibus. Primo ſic
Ex illo Mat. xxvi. Hoc ē corpus meū: qḋ
pro vobis tradetur: ⁊ hic ē ſanguis: qui ꝓ
vobis effundetur. Ex quibus verbis Chri
ſti eadē videtur eē vnitas inter ſanguinē
effuſum: ⁊ ſanguinē viuum: q̄ fuit inter cor
pus viuum xp̄i: ⁊ corpus mortuum: Sꝫ cor
pus mortuum: ⁊ corpus viuum chriſti: fuit
vnum ⁊ idem vnitate ſuppoſiti: Ergo ſan-

Ad primā.q.ſic ꝓceditur. Et videtur ꝙ bonus paſtor xp̄s nō poſuit animā in pretium redemptionis ꝓ ouibus ſuis. ¶ Primo ſic. Nihil corporale:eſt equale rei ſpūali. Sed vita xp̄i quā xp̄s per paſſionē dedit:fuit vita corporalis:Ergo nō fuit ſufficiens pretium ad recōpenſandum ſalutem omnium ouiū xp̄i. ¶ Secundo ſic. Null⁹ emit:vel redemit:quod ſuum eē nō deſijt: Sed homines nunq̄z deſierūt eſſe filij dei ꝫm illud Ps̄. Domini eſt terra:⁊ plenitudo eius:orbis terrarū:⁊ vniuerſi:qui habitant in eo. Ergo nō dedit animam pro redēptione hominū. ¶ Tertio ſic. Dicit Augu. ꝫ. de trini. Diabolus a chr̄o iſto iuſticia ſuperandus fuit: Sed hoc exigit iuſticia:vt ille qui inuaſit doloſe rem alienam:debeat priuari:quia fraus ⁊ dolus nemini patrocinari debent:vt etiam iura humana dicūt. Cū ergo diabolus hoīes rapax:oues xp̄i doloſe deceperat:⁊ ſibi ſubiugauerat: videt̄: ꝙ xp̄s bonus paſtor non debuit per viam redemptionis oues ſuas ab eius poteſtate eripere. ¶ Quarto ſic. Quicūq̄z emit:vel redimit aliquid:pretio:pretium ſoluit ei:q poſſidebat. Sed xp̄s non dedit animam ſuam que dicitur eſſe pretium redemptionis noſtre diabolo:qui nos captiuos tenebat. Ergo xp̄s non dedit animam ſuam in pretiū redemptionis ouium ſuarū. ¶ In oppoſitum eſt euangelium preſens. Rn̄deo dicendum ſub tribus cōcluſionibus. Prima eſt: ꝙ xp̄s fuit verus paſtor omnium fidelium. Patet concluſio. Nā paſtor eſt:q gregem ſuū gubernat:⁊ paſcit:ſic aūt facit chriſtus. Nam ipſe regit ſuos fideles:⁊ cibo ſpūali multiplici:⁊ etiam ſacramētali.ſ.corpore et ſanguine ſuo fideles ſuos paſcit:⁊ reficit: ꝫm illud. Pſal. Dominus regit me:⁊ nihil mihi deerit: in loco paſcue ibi me collocauit. Et yſa.xl. Sicut paſtor gregem ſuū paſcet: in brachio ſuo: ꝯgregabit agnos:⁊ in ſinu ſuo leuabit: fetas ipſe portabit. Et prime Petri.ij. ſcribitur. Eratis aliq̄n ſicut oues errantes:ſed cōuerſi eſtis nūc ad paſtorem:⁊ epiſcopū animarum veſtrarū. Secūda cōcluſio. Chriſtus fuit bonus paſtor. patet concluſio:quia ipſe poſuit animam ſuam pro ouibus ſuis:⁊ ita impleuit officium boni paſtoris:ſicut miles dicitur bonus:q officium militis implet. Tertia concluſio. Chriſtus paſtor bonus poſuit animam ſuam in redemptionis pretiū pro ouibus ſuis. Iſta cōcluſio patet ex illo Mathei ſecūdo. Filius hominis venit dare animā ſuā in redēptionē pro multis. Pro cuius concluſiōis declaratione:eſt ſciendum:ꝙ per peccatum primi parentis totum humanū genus alienatū erat a deo:vt dicitur ad Hebre. ⁊ nō quidem a poteſtate dei:ſed a viſione faciei eius:ad quam filij:⁊ domeſtici admittūtur. Et iterum in poteſtate diaboli vſurpantis deuenerāmus:cui ꝯſentiendo homo ſe ſubdiderat:quantum in ipſo erat:quāuis de iure non poſſet:quia ſuus non erat:ſed alterius. Et ideo per paſſionem ſuam chriſtus fecit. Liberauit enim nos a poteſtate hoſtis ipſum vincendo:per contraria eorum:quibus hominem vicerat.ſ.humilitatē ⁊ obedientiam:⁊ auſteritatem pene. Que delectationi cibi vetiti opponit̄. Et iterum ſatiſfaciendo pro culpa:deo coniunxit nos:⁊ domeſticos dei:⁊ filios fecit. Unde iſta liberatio duas rationes habuit emptionis. Inquātum enim a poteſtate eripuit nos:dicit̄ nos

redemiſſe: ſicut rex regnū occupatum ab aduerſario per laborē certaminis. Inquantum vero deus nobis placauit: dicitur nos redemiſſe. ſicut precium ſoluens ſue ſatiſfactionis pro nobis. vt a pena et peccato liberaremur: Et ſic patet concluſio. ſ. ꝙ paſtor noſter chriſtus animam ſuam dedit in pretium redemptiōis pro ouibus ſuis. Alij vero preclari paſtores boni non ponunt aias ſuas in precium: ſed vt dicit Albertus in exēplum: et fidei argumentum. Et ita pro nomine chriſti anima ponitur ſm̄ illud Jo. 13. ꝙ dicebat. Petrus chriſto. Animam meā ponam pro te. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur: ꝙ vita corporalis xp̄i habebat quendā inſignitum valorem ex diuinitate coniuncta: inquantum non erat vita puri hominis: ſed dei et hominis. Et ideo poterat eſſe ſufficiens recompenſatio vite ſpūalis omniū ſuarum: et precipue ratione caritatis eximie: ex qua offerebatur. ¶ Ad ſecundam rñdetur: ꝙ homo dicitur eſſe dei dupliciter. Uno modo inquantum ſubijcitur poteſtati eius. Et hoc modo hō nunqꝫ deſijt eſſe dei. Alio modo per vnionem caritatis ad eū: ſm̄ quod dicitur Ro. viij. Si quis ſpiritū dei nō habet: hic nō eſt eius: Et hoc mō homo deſijt eē dei: per peccatū. Et ideo inquātū fuit liberatus a peccato: ideo paſſo ſatiſfaciēte: dicitur per paſſionē chriſti eſſe redēptus. ¶ Ad tertiā reſpōdetur negando cōſequētiā. Et rō eſt: q quāuis diabolus iniuſte nos vſurpauerit: et ſua fraude deceptionis ſub ſua ſeruitute teneret nos: tamē iuſte in eius poteſtate deuenimus: ex quo ab eo victi ſumus. Et ideo oportuit etiam: vt ipſe vinceretur per ꝯtraria eorū: quibus vicit nos. Nō enim violēter vicit: ſed ad peccatum fraudulenter inducens. Et ideo per reſpectū ad deum: iuſticia exigebat: ꝙ homo redimeretur: non autem per reſpectum ad diabolum. ¶ Ad quartam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt: quia redemptio requirēbatur ad hominis liberationem: per reſpectum ad deum: cui homo propter peccatum ad penam erat obligatus: ſicut ſummo iudici: non autem requirebatur redemptio per reſpectum ad diabolum. Et ideo pretiū nō erat ſoluendum diabolo: ſed deo. Et ideo chriſtus animam ſuam: que erat pretiū noſtre redemptionis: non dicitur obtuliſſe diabolo: ſed deo. A diabolo autem per victoriam ſue paſſionis nos eripuit.

Ad tertiam. q. ſic procedit. Et videtur ꝙ paſtor nō teneatur ponere animā ſuam pro ouibus ſuis. ¶ Primo ſic. Homo tenetur amare plus ſe: qꝫ proximū. Ergo videtur: ꝙ nō tenetur dare animā ſuam pro ouibus ſuis. Cōſequētia pꝫ qꝛ magis amabile eſt preferendū ei: ꝙ minus tenetur quis amare. Aſſumptū etiam pꝫ ex illo. Mathei. xxij. Diliges proximum ſicut teipſum. Ubi videtur: ꝙ dilectio hominis ſit exemplar dilectionis proximi. Sꝫ exemplar eſt potius exemplato. Ergo nō tenetur ſe plus diligere: qꝫ proximū. ¶ Secundo ſic. Quanto quis amat ſalutē alicuius: tanto vitat peccatum eius: Sed magis debet vitare peccatum ſuum: qꝫ peccatum alterius: Ergo paſtor magis debet diligere vitam ſuam: qꝫ ſalutem ouium ſuarum: Ergo et cetera. ¶ Tertio ſic. Quoniam dicitur: ꝙ paſtor teneatur ponere animam ſuā pro ouibus ſuis: aut itelligitur in temporalibꝰ: et hoc non: quia paſtor non tenetur pati diſpendium vite temporalis: pro vita temporalis gregis: aut in ſpiritualibus: et hoc etiā non: quia nullus tenetur pati diſpendium in ſpiritualibus: pro bono ſpirituali omnium ſuarum: Ergo. etc. ¶ In oppoſitum eſt euāgelium preſens. Reſpondeo dicendū ſub certis concluſionibus. Prima eſt. Bonus paſtor non debet animam ſuam ponere pro vita ouium brutorum animalium. Patet concluſio. Res melior non eſt exponenda periculo pro minus bona: Sed magis ecōuerſo: Sed vita hominis eſt melior ſimpliciter: qꝫ vita ouium brutorū animalium

Ergo licet paſtor brutorum animalium debeat aliquem laborem pro ſalute gregis ſuſtinere. Unde dicebat Iacob. Gen. xxj. Nocte ac die gelu vrebar ⁊ eſtu: non tamẽ dz ſe mori exponere pro eo. Secũda concluſio. Bonꝰ paſtor nõ tenetur ponere animam ſuam. i. vitam corporalem pro ſalute corporali ouiũ ſuarum. Patet: quia vita paſtoris eſt preferẽda ſaluti corporali: ſiue vite corporali ouium ſuarum: Ergo non tenetur paſtor vitam ſuam exponere periculo mortis pro ſalute corporali ouium ſuarum. Confirmatur: quia ex ordine caritatis homo plus tenetur diligere corpus propriũ: q̃z corpus ꝓximi ſui ergo ⁊c̃. Tertia concluſio. Paſtor bonus animarum: tenetur animam ſuam ponere. i. vitam corporalem exponere pro ſalute ſpirituali ouium ſuarum Iſta concluſio patet ex dicto ſaluatoris in preſenti euangelio. Patet etiam ratione: quia anima humana eſt nobilior corpore: ⁊ ita ſalus eius preferenda ẽ ſaluti corporis: Ergo cum periculum imminet de ſalute gregis: quiſq; bonus paſtor debz corporalis vite ſue ſuſtinere diſpendium: ꝓ gregis ſalute. Quod ↄfirmatur ex eo: ꝙ plus debemus diligere proximi: quo ad animã q̃z corpus proprium noſtrum: vt dicit Auguſti. in primo de doctrina xp̃iana. ¶ Ad rõnes in oppoſitum. Ad primã reſpondetur: ꝙ aſſumptum eſt verum. Sed notandũ ꝙ in homine ſunt duo. ſ. natura ſpũalis: et corporalis. Per hoc autẽ dicitur homo. diligere ſeipſum: ꝙ diligit ſe: ſecundũ naturã ſpũalem. Et ſecundum hoc debet homo magis ſe diligere poſt deum: q̃z quẽcũq; aliũ. Secundum autem naturam corporalem: debet plus diligere naturam ſpũalem proximi ſui. Et ita eſt explanatum in cõcluſionibus poſitis. ¶ Ad ſecundam patet rñſio ex dictis: quia arguit: ꝙ homo ſecundum naturam ſpiritualem debet ſe plus diligere poſt deum: q̃z quẽcũq; alium. ¶ Ad tertiam reſpõdetur negando cõſequentiam. Et ratio eſt: quia argumentum illud claudicat: nõ ſufficienter diuidẽdo: quia deficit in tertio mẽbro. ſ. ꝙ paſtor in temporalibus patiatur diſpendium pro ſalute ſpirituali ſuarum ouiũ. Et ita vt dictum eſt: intelligit̃ cõcluſio.

Ad tertium. q. ſic ꝓceditur. Et videtur ꝙ nõ ſit licitum paſtori tempore perſecutionis gregẽ ſuũ relinquere. ¶ Primo ſic ex preſenti euangelio: vbi xp̃s dicit: ꝙ ille eſt mercenarius: ⁊ non verus paſtor: q̃ videt lupum venientẽ: ⁊ dimittit oues: ⁊ fugit. ¶ Secundo ſic. Dicit Grego. Ille q̃ fugit tempore perſecutionis merito perdit meritum paſtoris. Quod non eſſet verũ: ſi fugere ⁊ derelinquere gregem tali tp̃e eſſet licitum. ¶ Tertio ſic. Dicitur. Prouer. vj. Fili mi: ſi ſpoponderis ꝓ amico tuo: apud extraneũ manum defixiſti: ⁊ poſtea ſubdit: diſcurre: feſtina: ſuſcita amicum tuum: Sz hoc nõ pt̃ facere paſtor: ſi corporaliter deſerit gregem: Ergo videtur. ꝙ nõ ſit licitũ tp̃e perſecutiõis deſerere gregem. ¶ In oppoſitum videt̃ illud: ꝙ dñs diſcipulis ſuis: quorum ſucceſſores ſunt ep̃i: ⁊ paſtores: in eccleſia mandauit: ſi vos perſecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam. Rñdeo dicendum: ꝙ triplex tẽpus ꝑſecutiõis põt diſtingui: ſcd̃m ꝙ diſtinguit̃ triplex lupus. Aliqñ dicit̃ diabolus ꝑ tẽptationes: fideles infeſtans. De quo dicitur. i. Petri. i. Fratres ſobrij eſtote: ⁊ vigilate: q: aduerſarius veſter circuit querẽs quẽ deuoret. Aliqñ dicitur lupus hereticus: per falſam doctrinam corrumpens. Math. vi. Attendite a falſis prophetis: qui veniunt ad vos i veſtimẽtis ouiũ: intrinſecus ſunt aũt lupi rapaces. Aliquãdo lupus dicitur tyrãnus violẽtia armorum ſeuiens ſiue ꝑſequẽs. Ezech. xxxi. Principes. n. in medio tui q̃ſi lupi ⁊c̃. Iſta diſtinctiõe habita ſit iſta ꝑma cõcluſio. Tp̃e ꝑſecutiõis tam lupi. i. diaboli: q̃z lupi. i. heretici. nõ eſt licitũ paſtori relinquere gregem ſuũ. Pz cõcluſio: q: in qualibet obligatiõe ꝑcipue attenditur obligationis finis. Obligant autem ſe ep̃i ad exequendum paſtoralem officium: ꝓpter ſubditorum ſalutem. Et ideo

vbi ſubditorum ſalus exigit: perſone paſto
ris preſentiam: nõ debꝫ paſtor perſonaliter
ſuum gregem deſerere: nec ꝑpter aliquod
cõmodum temporale: nec etiã ꝑpter aliqđ
perſonale periculum imminens: cũ bonus
paſtor debeat animam ſuam pro oĩb⁹ ſuis
ponere. Exigit autem ſubditorum ſalus: vt
perſona paſtoris ſit pñs cum ouibus ſuis:
ad reſiſtendum predictis lupis: quibus nõ
eſt reſiſtendum corporaliter: ſꝫ magis ſpũa
liter: per deuotam orationem: ⁊ ſanctam ꝑ
dicationem: ⁊ doctrinam. Et ideo per talia
eſt eis ſtatim reſiſtendũ. Aliter enim ſi da-
retur ingreſſus eis nõ reſiſtendo: accideret
maius periculũ. Propter quod dicit bea
tus Jacobus. c. iiij. Reſiſtite diabolo: ⁊ ip-
ſe fugiet a vobis. Et idem poteſt dici de he
reticis: quia fugabit illum cum per ſanã do
ctrinam tetigerit eius falſitatem. Propter
quod Symon magus fugiebat beatũ Pe
trum de ciuitate in ciuitatem: vt dicitur in
itinerario Clementis. Debet ergo bonus
paſtor tueri ſubditos ſuos orationibus: ⁊ ſa
na doctrina: cum viderit predictos lupos.
ſ. diabolicam temptationem: ⁊ hereticã de
ceptionem. Unde de malo paſtore: q fugit:
⁊ derelinquit oues: dicitur zacha. xi. O pa-
ſtor ⁊ ydolum: derelinquens gregẽ. Quaſi
diceret. Non es paſtor ſed ſimilitudinem: ⁊
ydolum geris paſtoris. Si vero loquamur
de tertio lupo. ſ. tiranno perſequente: eſt di-
ſtinguendum: quia aut perſecutio eſt perſo
nalis: aut cõmunis. Si perſonalis: ita quod
cõtra paſtorem tantum: ⁊ nõ cõtra gregeꝫ ſi
bi cõmiſſum: tunc eſt concluſio: ꝙ quando
ſubditorũ ſaluti in abſentia paſtoris ꝑ aliũ
ꝓuideri poſſet: ꝙ licitum eſt paſtori: vel ꝓ
pter aliquod eccleſie cõmodũ: vel propter
perſone periculum: corporaliter gregeꝫ de
ſerere. Que cõcluſio ꝓbatur ſic: auctoritate
beati Auguſt. in epiſtola ad Honoratũ. Fu
giant de ciuitate in ciuitatem ſerui xpi: quã
do eorum quiſqꝫ ſpecialiter a perſecutori-
bus queritur: vt ab alijs: qui nõ ita querun
tur: nõ deſeratur eccleſia. Hec Augu. Nec
in iſto caſu proprie: eſt dicendus dimittere
gregem in perſecutiõe: quia perſecutio nõ
eſt contra gregem: vt dictũ eſt. Et hoc mo
do. Paulus fugit ð Damaſco: vt habetur
Act. ix. Et aliqui alij ſancti leguntur fugiſſe
vt Tho. canturieñ. fugit de anglia. ſ. contra
gregem: ⁊ cõtra paſtorem. Adhuc diſtinguẽ
dum eſt: quia aut eſt vnus ſolus paſtor: aut
multi. Si eſt vnus tantum: tunc eſt alia con
cluſio. Non eſt licitum tunc fugere: ⁊ gre-
gem dimittere: quia ſic eſſet mercenarius
⁊ nõ paſtor: ſm ꝙ dicit ſaluator. Si enim ꝑ
nitioſum eſt: nautam in tranquillitate nauẽ
deſerere: quanto magis in fluctibus: vt di
cit Nicolaus papa. Et habetur. vij. q. ij. Si
autem ſint multi paſtores: quibus eccleſia
alibi indigeat: tunc eſt alia concluſio: ꝙ ali-
qui poſſunt fugere: ⁊ aliq debent remane-
re: vt ſic grex remanens in illa eccleſia ſuffi
cienter cuſtodiatur: ⁊ vtiliter prouideat. Et
ſi non poſſit determinari de communi con
cordia: vel alia conuenienti via: q remaneãt:
⁊ qui fugiãt: poſſunt ſuper hoc inuocata ſpi
ritus ſancti gratia: ſortes mitti: ſm ꝙ dicit
Auguſt. in epiſtola ad Honoratum. ¶ Ad
rationes in oppoſitum. ¶ Ad pͥmam rñde
tur negando conſequẽtiam. Et ratio eſt: q
ille tanqꝫ mercennarius fugit: q cõmodum
temporale: vel ſalutem corporalem ſpũali ſa
luti proximorum preponit. Ille autem q ad
euitandum periculum receſſit: abſqꝫ detri-
mento gregis: nõ mercennarius fuit. Et ita
in caſibus licitis: licitum eſt paſtoribus cor
poraliter derelinquere gregeꝫ. ¶ Ad ſecũ
dam rñdetur per idem: ꝙ talis q fugit ĩ ca
ſibus nõ licitis: non eſt dignus nomine pa
ſtoris. ¶ Ad tertiam rñdetur negando cõ
ſequentiam. Et ratio eſt: qa ille: qui ſpõdet
pro aliquo: ſi per ſe implere non poſſet: ſuf
ficit: ꝙ impleat per alium. Unde prelatus
ſi habeat impedimentum: propter quod nõ
poſſit perſonaliter cure ſubditorum inten-
dere: ſue ſponſioni ſatiſfecit: ſi per alium ꝓ
uideat.

¶ In dominica ſecunda eſt euangeliũ. In

illo tēpoꝛe dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Modicum ⁊c. Jo. vi. Circa qḋ poſſunt diſputari ſequentes queſtiones.

¶ Prima: vtrum apoſtoli de moꝛte chꝛiſti debuerunt dolere ⁊ triſtari.

¶ Secunda: vtrū gaudiū de viſione xpi in eterna beatitudine ſit auferibile ab apoſtolis.

Ad primā .q. ſic pꝛoceditur. Et videt̄: ꝙ apoſtoli nō debuerūt de moꝛte xpi dolere: ⁊ triſtari. ¶ Pꝛimo ſic. Dicitur Zach. ix. Exulta ſatis filia ſyon: ecce rex tuus venit tibi: Ergo tota eccleſia debuit letari: ⁊ nō triſtari de aduentu xpi ad moꝛtem ſubeundum: pꝛo humano genere. ¶ Secundo ſic. Dicit Augu. in libꝛo de ciuitate dei. Triſtia ē de his: que nobis nolentibus acciderunt: Sed ſi apoſtoli fuerunt triſtes: ⁊ dolentes de moꝛte xpi: ſequitur: ꝙ nolebant chꝛiſtum pati: deus aūt hoc volebat: ꝫ tota rectitudo humane voluntatis eſt confoꝛmare ſe diuine voluntati: vt dicit glo. ſuper pſ. Rectos decet collaudatio. Ergo apoſtoli triſtes ⁊ dolentes i moꝛte xpi peccabāt: voluntati diuine ſe nō confoꝛmantes. ¶ Tertio ſic. Moꝛs chꝛiſti fuit ſalutifera toti humano generi: vtpote per quā redemptū eſt de captiuitate diaboli: ⁊ deo patri reconciliatum: Sed de bono tam vtili non eſt contriſtandum: ſed ſumme gaudendum. Ergo apoſtoli incōuenienter triſtati ſunt in moꝛte xpi. ¶ In oppoſitū ē euangeliū pꝛeſens: ⁊ illud triſtes erant apoſtoli de nece ſui dñi: quem pena moꝛtis crudeli ſerui dānarunt impij. Reſpondeo dicendum: ꝙ paſſio chꝛiſti dupliciter cōſideri poterit. Unomodo per ſe. ſ. inquantum erat quedam afflictio moꝛientis. Alio modo ſꝫ oꝛdinē ad fructū: ad quem eā dominꝰ oꝛdinabat: ⁊ ſic erat adeo volita: nō aūt pꝛimo modo. Apoſtoli aūt diſſentiebant a paſſione chꝛiſti: ⁊ triſtabantur de ea in ſe conſiderata. ſ. pꝛo vt erat afflictio agni innocentiſſimi domini ⁊ magiſtri eoꝝ: volebant tamē fructū ſalutis: q ex paſſione chꝛiſti ſequebatur. Et ita diuine voluntati quantū ad hoc ꝙ volebat confoꝛmabantur. Et hoc ē idem ꝙ alijs verbis dicimus: ꝙ beata virgo: ⁊ quilibet ſanctus voluntate rōnis deliberata volebat paſſionē chꝛiſti: licet voluntas eorum naturalis diſſentiret. ¶ Ad rationes in oppoſitum. Ad pꝛimam reſpondetur ꝙ ꝓpheta exultandū eſſe dicebat de aduentu ſaluatoꝛis: in quantū oꝛdinabatur ad redemptionē generis humani. ¶ Ad ſecūdaꝫ patet reſponſio: ꝙ confoꝛmabantur voluntati diuine: quātum ad hoc ꝙ paſſio chꝛiſti a deo erat volita. ¶ Ad tertiā reſpondet̄: vt patet ex dictis.

Ad ſecundam ſic pꝛoceditur. Et videtur ꝙ gaudiuꝫ de viſione xpi in eterna beatitudine ſit auferibile ab apoſtolis ⁊ alijs beatis. ¶ Pꝛimo ſic Beatitudo eſt perfectio quedā: ſed omnis perfectio ineſt perfectibili ſꝫm modū ipſiꝰ: Sed ois homo per ſuaꝫ naturaꝫ eſt moꝛtalis: Ergo tam beatitudo ipſa: quā gaudiuꝫ de ea: eſt aufferibile ab eo. ¶ Secūdo ſic. Beatitudo conſiſtit in actione intellectꝰ q ſubiacet voluntati: Sed voluntas ſe habet ad oppoſita: Ergo videtur ꝙ poſſet deſiſtere ab operatione: qua homo beatificatur: ⁊ repletur gaudio. Et ita deſinet eſſe beatus: ⁊ deſinet per conſequens gaudiū eius: quod ex viſione beata pꝛocedit. Tertio ſic. Pꝛincipio reſpondet finis: Sed gaudium illud apoſtoloꝝ: ſiue alioꝝ ſanctoꝝ habuit pꝛincipiū: quia nō ſemper fuerunt beati: Ergo videtur: ꝙ debeat habere finē. ¶ In oppoſitū eſt euangeliū pꝛeſens. Item illud Iſa. xxxvj. Leticia ſempiterna ſuper capita eoꝝ. Reſpondeo dicendum: ſub duabꝰ concluſionibꝰ. Pꝛima ꝙ gaudiū: quod habuerunt apoſtoli in reſurrectione viſo domino: nō eſt auferibile ab eis. Patet cōcluſio: quia vita chꝛiſti que fuit materia huiꝰ gaudij i moꝛtalis effecta erat: nō ampliꝰ auferenda per moꝛtē. Maria xpo reſurgens a

mortuis: iam non moritur: ⁊ mors illi vltra nõ dominabitur: Ergo concluſio vera. Secunda concluſio. Gaudium: quod habituri erant apoſtoli de viſione diuinitatis chriſti in celeſti gloria: nunq̃ etiam erat auferibile ab eis: nec ab aliquibus beatis perfecta beatitudine p̄me. De qua dicitur in pś. Replebis me leticia cū vultu tuo: delectatiões in dextera tua vſq; in finē. Circa quā cõcluſionē notandū: q̄ Origeñ. quorundam Platonicorū errorē ſequēs: poſuit q̄ poſt vltimā beatitudinē: homo ⁊ etiam angelus poteſt fieri miſer: Sȝ hoc manifeſte falſum eſt: ⁊ error. Quod ſic oſtenditur: ⁊ veritas cõcluſionis roboratur. Primo ſic ex ipſa ratione beatitudinis: Quum enim beatitudo ſit perfectū bonū: ⁊ ſufficiēs oportet q̄ deſiderium hōis quietet: ⁊ omne malum excludat. Naturaliter aūt homo deſiderat retinere bonū: quod habet: ⁊ q̄ illud retinēdi ſecuritatem obtineat: alioquin neceſſe ē: q̄ timore amittendi: vel dolore de certitudine amiſſionis affligatur. Relinquitur ergo q̄ ad veram beatitudinē pertinet: q̄ hō certam opinionē habeat: q̄ bonū quod habȝ nunq̃ ſit amiſſurum. Que quidem opinio ſi vera ſit conſequens eſt: q̄ beatitudinē nunq̃ amittet. Si autē falſa ſit: hoc ipſum eſt quoddam malū: falſam opinionē habere. Nam vtra falſum eſt malum intellectus: ſicut verū ē bonum ipſius vt dicitur. v. Ethi. Nõ igitur iam erit beatus: ſi aliqd malum ei ineſt. Secundo. Idē apparet: ſi cõſideret ratio beatitudinis in ſpāli. Perfecta autē beatitudo hōis cõſiſtit in viſione diuine eēntie. Eſt aūt impoſſibile: q̄ videns diuinam eſſentiā vellet eā non videre: q̄ omne bonum habitū: quo quis carere vult: aut eſt inſufficiens: ⁊ queritur aliud ſufficientius loco eius: aut habet aliquod incõmodum annexū. ꝓpter quod in faſtidium venit. Viſio aūt diuine eſſentie replet aīam oībus bonis: cum coniungat fonti totius bonitatis. Unde dicitur in pś. Saciabor: cum apparuerit gloria tua. Et Sapientie. viij. dr. Venerunt mihi aūt oīa bona pariter cum illa .ſ. cum contēplatione ſapientie: Similiter eſſet nõ habet aliquod incõmodum annexum: q̄ de ipſa cõtemplatione ſapientie: dicitur ſapie. viij. Nõ habet amaritudinē cõuerſatio eius: nec tediū cõuictus illius. Sic ergo patet. q̄ propria voluntate beatus nõ poteſt beatitudinem deſerere. Similiter ēt non poteſt eam perdere deo ſubtrahente: q̄ cū ſubtractio beatitudinis ſit quedā pena: nõ poteſt talis ſubtractio a deo iuſto iudice ꝓuenire: niſi pro aliqua culpa: in quā cadere non poteſt: quia dei eſſentiā videt cum ad hanc viſionē de neceſſitate ſequatur rectitudo voluntatis: etiā nec aliquod aliud agens poteſt eā ſubtrahere: q̄ mēs deo coniuncta ſuper omnia alia eleuatur. Et ſic ad huiuſmodi cõiunctionē nullū aliud agens põt ipſam excludere: Ergo gaudiū q̄ ex viſione diuine eſſentie ſurgit: nõ eſt auferibile ablatio. Ad rõnes in oppoſitum. Ad primā reſpondetur negando conſequentiam. Et rõ eſt: q̄ beatitudo ē perfectio cõſummata: que oēm defectū excludit a beato: Et iõ abſq; mutabilitate aduenit habenti faciente hoc virtute diuina: que hominem ſubleuat in participationē eternitatis: tranſcendētis oēm mutationem. ¶ Ad ſecundā reſpondetur: negādo ꝯſequentiā. Et rõ eſt: q̄ voluntas ad oppoſita ſe habȝ i his que ad finē ordinatur: Sed ad vltimū finē naturali neceſſitate ordinātur: quod patet ex hoc: q̄ hō nõ poteſt nõ velle eſſe beat᷒. ¶ Ad tertiam reſpõdetur negando conſequentiā. Et ratio eſt quia q̄ beatitudo habeat principium ex conditione participantis eſt: Sed q̄ caret fine: eſt propter conditionem boni: cuius participatio facit beatum. Unde ab alio eſt meritum: alias initium beatitudinis: ⁊ ab alio eſt: q̄ careat fine.

¶ In dominica tertia eſt euangelium. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis. vado ad eum q. ⁊c. Jo. xvj. Circa quod poſſunt hec diſputari.

¶ Prima: vtruz expediebat diſcipulis: vt xp̄s ſubtraheret pn̄tiaz corporalē ab eis.
¶ Secunda: vtrū ſpūs ſanctus erit arguturus mundum de peccato: ⁊ de iuſticia: ⁊ de iudicio.
¶ Tertia: vtrum plenitudo ſpūs ſancti debuit dari ante aſcenſionem.

Ad primam ſic pceditur. Et videtur: q̄ nō expediebat diſcipulis: vt xp̄us ſubtraheret pn̄tiam corporalem ab eis. ¶ Primo ſic. quia preſentia corporalis: ſalutaris erat: ⁊ aduentus ſpiritus ſancti non erat contraria: nec impeditiua conſolationis ſpiritus ſancti: Ergo non expediebat a diſcipulis xp̄z ſubtrahi. ¶ Secundo ſic. Eque potuit xp̄s dare ſpiritū ſanctum viuens in carne: ſicut poſt aſcenſionē ⁊ ſubtractionem preſentie ſue: Ergo videtur q̄ nō expediebat ſubtrahē ⁊c̄. ¶ Tertio. Pn̄tia corporalis xp̄i: ſiue eius familiaritas ad diuinitatis fidē ſemper profuit: et ita a caritate eius ⁊ dulcedine non impediebatur: Ergo videt̄ q̄ nullomodo expediebat diſcipulis ſubtractio pn̄tie eius. ¶ In oppoſitum eſt euangelium pn̄s. Rn̄deo dicendum ſub iſta concluſiōe. Expediebat diſcipulis: vt xp̄s ſubtraheret eis preſentiam corporalē. Patet concluſio: tum primo: q̄ corporalis delectatio diſcipulorum in chriſto: ſm carnem impediebat eleuationē mentis eorum: in deſiderium diuinitatis. Unde Beda in omelia huius euangelij ait. Expedit vt forma ſui veſtris ſubtrahatur aſpectibus: quatenus amor diuinitatis apri' veſtris infigatur mentibus. Tum ſecundo: q̄ plenitudo ſpiritus ſancti non erat danda: niſi poſt aſcenſionem xp̄i. Unde ait. Expedit vobis vt ego vadam. Si enim nō abiero: paraclitus .i. ſpiritus ſanctus non veniet ad vos. ſ. in tanta plenitudine. ¶ Ad rationes in oppoſitū. ¶ Ad primam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio ē: iuxta Albertum: quia pn̄tia corporalis xp̄i licz ſalutaris eſſet: ⁊ nō eſſet cōtraria aduentui ſpiritus ſancti: nec impeditiua conſolatiōis ſpūs ſancti. ⁊c̄. eſt tamen alia ⁊ minor: ⁊ circa aliud: quia illa hominem tenet. Et iō animus q̄zdiu circa talia occupatur: nō poteſt ſurgere ad altiora: quia animus intenſione deuotionis circa duo ſimul non eſt: cum ſit indiuiſibilis. ſ. circa amicitiam: que eſt amicitia pn̄tie carnalis: ⁊ circa eam: que eſt circa altitudinem diuinitatis: q̄a vna eſt humana: ⁊ alia diuina. ¶ Ad ſecūdam rn̄detur: negādo pn̄āz. Et ratio eſt: quia licz xp̄s potuerit dare ſpiritum ſanctum viuens in carne hic: vnde ſpiritus ſanctus deſcēdit: ſuper eum baptizatum in ſpecie colūbe: ⁊ nū q̄z receſſit ab eo: quem ab inſtanti cōceptionis recepit: nō ad menſuram: ſ3 noluit eum dare diſcipulis cum eis exiſtēs. Et hoc multiplici ratione ſm ſanctum Tho. ſuper Jo. Primo ppter eorum indiſpoſitionē: quaz ſpiritui ſancto: cuz ſit amor ſpūalis cōtrariatur amor carnalis. Diſcipuli autem quodā modo carnali amore afficiebantur ad xp̄i humanitatem: nec dum eleuati erant ſpūali amore ad eius diuinitatem. Et ideo nōduz capaces erant ſpūs ſancti. Secundo ppter diuini auxilij conditionem: quod maxime adeſt ſuis: cum ſuis neceſſitatibus: quādiu autem xp̄s cuz diſcipulis erat: ſufficiēs adiutorium erat eis: ſ3 eo recedente. quia multis tribulationibus exponebantur: ideo ſtatim datus eſt eis alius conſolator: ⁊ adiutor: vnde ſignanter: dicit. Alium paraclitum dabit vobis. Tertio propter dignitatis chriſti conſiderationem. Nam vt Auguſt. dicit i libro de trini. Chriſtus inquantum homo non habet: q̄ det ſpiritum ſanctum: ſ3 inquantum deus. Quando autem cum apoſtolis erat: videbat̄ eſſe quaſi vnus homo ex eis. Ne ergo videretur q̄ homo eſſet: qui dat ſpm̄ ſanctum: ideo ante aſcenſionem nō dedit ſpm̄ ſanctum. Jo. ix. Nonduz ſpūs erat datus: q̄a nondum ieſus erat glorificatus. Quarto propter vnitatem eccleſie conſeruandam. Nam vt Jo. iiij. dicitur. Joannes nullum ſignum fecit quod ideo fuit ne po-

pulus diuideretur a xpo: ⁊ vt euidētior appareret eminētia eius ad Jo. Diſcipuli aūt xpi iſta a xpo replendi erant gratia ſpiritus ſancti: vt etiaȝ maiora opera facerēt: q̄ȝ xps fecit. Jo.xiiij. Et maiora hoꝝ faciet. Et ideo ſi ante paſſionē fuiſſet eis datus ſpiritus ſanctus: potuiſſet verti in dubiuȝ apud populum: quis eſſet xps. Et ſic fuiſſet in ea diuiſio. Pō. aſcendēs xps in altū: ſequitur dedit dona hominibus. ℂ Ad vltimaȝ rōnem rñdetur negando cōſequētiā. Et ratio eſt: quia vt dicit Albertus magnus: verum eſt: ꝙ q̄n xps ſuā corporalē pñtiaȝ exhibuit ſtatiȝ ad caritatē ſue diuinitatis verbis erexit: ⁊ ideo corporalē ſuā ſocietateȝ exhibuit: vt eſſet ſicut via: vt dicit Grego. Diuinam autē ꝓmiſit: ſicut vie terminū. ⁊ ideo ꝑmanens in eo: quod eſt via: impeditur a termino: ⁊ hoc quod debet et vti fruitur. ſicut fine. Et ideo eſt peruerſus. Et hoc eſt qḋ dicūt ſancti: ꝙ corporalis delectatio in xpo ſ꞉ȝ carnē: impediuit cōſolationeȝ ſpiritus ſancti. Et hec eſt veritas huius ꝯcluſiōis. Hec Albertus magnus.

AD ſecundā.q.ſic ꝓcedit̄. Et videtur: ꝙ nō cōueniēter dicat̄: ꝙ ſpiritus arguet mūdū de peccatis. ⁊c̄. ℂ Primo: ꝙ ſpiritus ſanctus nō erat incarnādus: ⁊ viſibiliter ꝑdicans mundūȝ argueret. ℂ Secūdo. Chriſtus ſufficiēter arguit mūduȝ de peccato. Unde Jo.viij. arguēs iudeos dicebat. Uos ex diabolo eſtis. Et Mat.xxi. multa cōtra ſcribas ⁊ phariſeos arguendo dixit. Non ergo videbatur aduentus ſpiritus ſancti neceſſari⁹. ℂ Ad hoc in oppoſitū eſt euāgeliū pñs. ℂ Ad rationes in oppoſituȝ. ℂ Ad primā dicendū: ꝙ ſpiritus ſanctus ſuper diſcipulos venturus: arguturus dicebat̄ mūdū de pctō. ⁊c̄. nō eſt intelligenduȝ: ꝙ eſſet ſicut dei fili⁹ in carnē aſſumpturus: ⁊ in ea viſibiliter predicaturus mūdo: ⁊ eū redarguturus: S꞉ȝ q꞉ inuiſibiliter penetrans corda diſcipulorum diffunderet in eis tantaȝ caritatē: q timore depulſo arguendi haberēt poteſtatē. Quā diu enīȝ diſcipuli carnaliter ad xpm afficiebātur: ſpiritus ſanctus nō erat in eis: modo quo poſtea fuit: ⁊ ideo nō erant ita audaces: ſicut poſt eius aduētū fuerūt. Pō. Spiritu oris eius omnis virtus coꝝ. ſ. apoſtolorū. Et ſic patet ſolutio ad primam: arguēdo ergo ⁊ cōdēnando oſtendet mūdū. i. mundialiter viuentes de tribus. ſ. de peccato. infidelitatis in xpm: vñ ait de peccato: quia nō crediderūt in me: nō dicit mihi: vel me quia etiaȝ demones credunt xpm eſſe ⁊ cōtremiſcunt Jacobi.ij. Sed dicit in me per fideȝ caritate formataȝ: ſine qua fide mediatoris: nō dimittitur aliquod peccatū. Secundo de iuſticia. ſ. xpi: quā nō acceperunt nec imitati ſunt homines mūdani. De cuius iuſticie declaratiōe ſubdit dicens: q꞉ vado ad patrē. Per hoc enim: ꝙ xps ad patrem rediens reſurrexit: ⁊ ad celum aſcendit: declarata eſt iuſticia eius: ſ꞉m ꝙ arguit Petr⁹. Actu.ij. Jeſum nazarenuȝ viruȝ approbatū a deo. Et ſequitur. Hunc ieſum reſuſcitauit deus: nos omnes teſtes ſumus. Dextera ergo dei exaltatus ē. ⁊c̄. Et huius iuſticie xpi declaratio: erat perſecutoꝝ eius manifeſta arguitio: vel condemnatio. Tertio arguendus erat mundus de iudicio: quia princeps ſ. diabolus: qui eſt princeps mundi. i. mūdanorum nō creatiōne ſed imitatiōe. Job.xli. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie. hic princeps iaȝ iudicatus eſt. i. condemnatus diuina ſententia: tanq̄ȝ obſtinatus. Et ꝑ conſequens omnes ei adherentes: eodeȝ iudicio oſtenduntur cōdemnabiles. ℂ Ad ſecundā rationeȝ reſpōdetur: ꝙ nō ideo dicitur: ꝙ ſpiritus ſanctus arguet mundum de peccato ⁊c̄. quaſi xps non arguebat: ſ꞉ȝ xps viſibiliter: ſpiritus autem ſanctus inuiſibiliter: ſicut dictum eſt.

AD tertiaȝ.q.ſic ꝓceditur. Et videtur: ꝙ plenitudo ſpirit⁹ ſancti debuit dari ante aſcenſionem. ℂ Primo ſic. Plenitudo gratie debuit dari in

temporis plenitudine: Sed plenitudo tēporis īcepit a chriſti natiuitate: ſm̄ ꝙ dicit ad Gala. iiij. Ergo ⁊c. ¶ Secūdo etiā arguitur: ꝙ plenitudo gratie non ſit adhuc data ſic. Sicut filius eſt a patre: ita ſpiritus ſanctus eſt ab vtroq̄: Status autem veteris teſtamenti correſpondet patri: in quo intendebant patres generationi. Similiter ſtatus noue legis: correſpondet filio: in quo clerici intendentes ſapiētie filio appropriate: habēt populū regere: Ergo videtur: ꝙ futurus ſit alius ſtatus ſpiritui ſancto correſpondēs: tēpore aūt ſpiritui ſancto correſpōdenti debet plenitudo gratie dari: Ergo ⁊c. ¶ In oppoſitum arguitur ex euāgelio preſenti: vbi ait ſaluator: Si nō abiero paraclitus nō veniet ad vos. Rñdeo: dicendū ꝙ circa hāc q. errauerūt Manichei: occaſione verborū xp̄i: ſm̄ ꝙ dicit Auguſt. li. ij. contra Fauſtū. Chriſtus enim in hoc capi. loquens de aduentu ſpiritus ſancti dixit apoſtolis: Cum autē venerit ille ſpiritus: docebit vos omnē veritatem. Apoſtoli autem omnē veritatem nō cognouerūt: ſecūdū ꝙ dicit Apoſtolus p̄me ad Cor. xiij. Ex p̄te cognoſcimus ⁊ ex parte prophetamus. Ideo dixerunt aliqui: ꝙ promiſſio ſpiritus ſancti nō fuit impleta in apoſtolis: ſed in ipſo Manicheo: qui fuit poſterior ipſis: ⁊ ſm̄ eos cognouit plenitudinem veritatis. Propter qđ Manichei nō recipiūt librum actuum apoſtolorū: quia ibi expreſſe ponitur miſſio plenitudinis ſpiritus ſancti ſuper apoſtolos: vt patet Actu. ij. Sed dictum iſtorū Manicheorum manifeſte patet falſum: quia Manicheus: quē dicunt omnem veritatē cognouiſſe: nō ſolūmodo multa falſa: ſed etiā abſurdiſſima dixit: vt patet intuenti eius errorem. Et nos in libello quem contra manicheos ſcripſimus: ponendo quinquaginta veritates contra .l. Errores eorum: manifeſte oſtendimus. Propter quod dicendū ē: ꝙ plenitudo ſpiritus ſancti: ſm̄ ꝙ xp̄s promiſerat: fuit completa in apoſtolis: qui fuerunt ipſi xp̄o ꝓpinquiſſimi: in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis: veruntamē nō fuit data iſta plenitudo apoſtolis ante aſcēſionem xp̄i. Cuius ratio triplex eſt: quia ad hoc datur gratia ſpiritus ſancti hominibus: vt corda eorum trahantur ſurſum per appetitum celeſtiū. Appetitus autem hominis non tendit efficaciter ad aliquid: niſi illud apprehendatur poſſibile. Et ideo poſſibilitas perueniendi ad celeſtia debuit prius huiuſmodi declarari: q̄ daretur plenitudo ſpiritus ſancti. Iſta autem poſſibilitas fuit declarata in xp̄i aſcēſione: ſm̄ quod dicitur Michee. ij. Aſcendit ante eos pandēs iter. Et ideo plenitudo ſpiritus ſancti nō debuit dari ante aſcenſionē xp̄i. Propter quod dicit Io. vij. c. Nondū erat ſpiritus ſanctus datus: quia nōdū fuerat ieſus glorificatus. Secūda ratio eſt ad hoc: quia ſpiritus ē amor ſpiritualis. Et ideo apoſtoli prius debuerūt diſponi per aliquem ſpiritualem amorē ad chriſtum: antequam reciperēt plenitudinē ſpiritus ſancti. Talis autem diſpoſitio facta eſt ſubtractio amore carnali ad xp̄m: qui cauſabatur ex preſentia corporali ipſius xp̄i cū apoſtolis: Que quidē preſentia ſubtracta eſt in eius aſcenſiōe: Ergo ⁊c. Tertia ratio ad hoc: quia xp̄s non dat ſpiritum ſanctū inquantum homo: ſed inquantum deus. Et ideo prius debuit declarari eius diuinitas per aſcenſionem ad patris equalitatem: q̄ daret ſpiritus ſancti plenitudinem. Itē nō debuit retardari talis plenitudo per magnū tempus: quia ſicut iam dictum eſt: decens erat vt illi: qui erant primi fundatores eccleſie poſt xp̄m: in maiori plenitudine haberent ſpiritum ſanctum: quibus ſtatim imminebat tempus predicandi veritatem euangelij per orbem vniuerſum: tamen de plenitudine poteſtatis diuine poteſt dari plenitudo ſpiritus ſancti indifferenter in quolibet tempore. ¶ Ad primum dicendum: ꝙ plenitudo gratie incepit a chriſti conceptione: quia eius anima ex tūc plenitudine gratie fuit repleta. Veruntamen illa plenitudo non erat tunc ad alios deriuanda: ſed poſt

# In dñica quarta post octauas pasce.

ascensionem: et glorificationem christi: vt patet per predicta. Non enim oportet q a principio plenitudinis temporis detur omnis plenitudo gratie: sed secundum ordinatum processum dispositionis diuine. ¶ Secundum dicendum: q lex noua successit veteri: sicut perfectum imperfecto: Sed non est alius status expectandus perfectior statu noue legis: cum noua lex vltimam perfectionem possibilem in via contineat: Et ideo non est expectanda alia lex: vel alius status: magis correspondens spiritui sancto: quam status noue legis: potissime quia lex noua est amoris. Amor autem appropriatur spiritui sancto sicut etiam filio. Propter quod dicit Apostolus. Ro. viij. Lex spiritus vite in christo iesu. etc. Eodem modo lex vetus non solum correspondet patri: sed etiam filio: inquantum fuit ibidem prenunciatus: et prefiguratus. Propter quod dicit saluator Jo. v. Si crederetis moysi: crederetis forsitan et mihi. De me. n. ille scripsit. Illud autem q adducebant Manichei pro se: cum venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem: respondetur: q cognouerunt omnem veritatem eorum statum decentem. Quod autem dicit Apostolus. i. ad Corin. xiij. ex parte cognoscimus etc. dicimus: q loquitur de cognitione vie: respectu cognitionis patrie. Et ideo non valet argumentum Manicheorum: q apostoli cognouerunt ea que decuit eos scire pro statu vie: vt dictum est.

¶ In dominica quarta est euangelium. In illo tempore dixit iesus discipulis suis. Amen amen dico. etc. Jo. xvi. Circa quod sponunt disputari sequentes questiones.

¶ Prima: vtrum omnis qui petit a patre celesti in nomine christi: accipit quod petit.

¶ Secunda: vtrum sit verum: quod apostoli ante resurrectionem christi nihil petierunt in nomine xpi.

¶ Tertia: vtrum gaudium spirituale possit in hac vita impleri.

Ad primum sic proceditur. Et videtur: q non omnis qui petit a patre celesti: accipiat quod petit. ¶ Primo sic. Ipsemet christus a patre suo petit amoueri calicem: et tamen non fuit exauditus: Ergo. etc. ¶ Secundo: paulus vas electionis petijt a deo patre stimulum carnis sibi amoueri: Et non accepit quod petijt: Ergo. etc. ¶ Tertio sic. Idem arguitur de multis alijs: qui multa petunt a patre celesti in nomine christi: et tamen non accipiunt quod petunt: Ergo. etc. ¶ In oppositum est euangelium presens: verbum christi. Respondeo dicendum: q omnis q petit a patre celesti in nomine christi: accipiet quod petit. dum tamen interueniant quinque conditiones: que continentur in verbis propositis. Prima conditio est: q petatur spirituale. Quod notatur cum dicitur: si quid i. aliquid: quia malum nihil est. Item temporale comparatum ad spirituale nihil est. vnde August. Quicquid aliud quam q ad vitam eternam accedit petitur: nihil petitur: non quia res omnino nihil sit: sed tante rei comparatione: quicquid aliud concupiscitur: nihil est. i. Corin. x. Qui se existimat aliquid esse: cum nihil sit: sed numquid non sanitatem petimus: vt cum infirmi inungimur? Item prosperitatem temporalem. Item temporalia: vt ibi panem nostrum quotidianum. Respondetur: q temporale relatum ad spirituale: i. aliquid est. Unde nota: q oratio nihil aliud est: q explicatio desiderij. Eo ergo modo aliquid orandum est: quo desiderandum: Sed aliquid desideratur dupliciter scilicet propter se: vt finis: sicut solum regnum celorum Math. vi. Querite primum regnum dei. Et Psalmista. Unam petij a domino et cetera. sic in euangelio presenti. Petite vt gaudium vestrum plenum sit. ¶ Aliquid desideratur propter aliud vt temporalia: que sunt materia virtutum: et sine quibus hanc vi-

tam ducere nõ poſſumus. Sic Mat. v. panē noſtrū quotidianū. ⁊c̄. Item prouer. iij. Mendicitatē nec diuitias ne dederis mihi: ſꝫ tm̄ victui meo tribue neceſſaria. Virtutes aūt ⁊ gratia petuntur tanq̄ꝫ per ſe ad finem ducentia. Secunda cōditio in oratione eſt: vt fiat cū pſeuerantia. Luc. xv. Opꝫ ſemp orare: ⁊ nō deficere. Et. i. Thi. v. Sine intermiſſione orate. Et hoc notat̄ in verbo illo: petieritis: quaſi perſeuerando: ⁊ cōtinuando. Tertia cōditio orationis ē: vt fiat ⁊ procedat ex filiali affectu: cū dicit patrem Qui eni ex timore petit: nō patrē ſed dominū petit: vel hoſtē. Et hoc eſt ꝙ pie petat. Quarta cōditio orationis eſt: vt ſit de ijs: q̄ pertinent ad ſalutē: cum dicitur in nomine meo: quod eſt nomen ſaluatoris. In quo nomine petit: qui pertinētia ad ſalutē petit: ꝙ ieſus quod eſt nomē ſaluatoris: ſolus interpretatur. Quinta conditio orationis eſt: vt fiat ſiue vt petat pro ſe. Unde dicit vobis: quia ꝓ alijs nō exaudit̄: ſemp cōtrariantibus eoꝝ demeritis: ꝓ quibus fit petitio. vt pro peccatoribus: aut indiſpoſitis. Hie. vij. Noli orare pro populo iſto. Et. xv. Si ſteterit Moyſes ⁊ Samuel. ⁊c̄. ¶ Ad rōnes in oppoſitū. ¶ Ad primā rn̄detur: ꝙ xp̄s fuit exauditus in omni ſua oratiōe: ſ꜄m deliberationē. Rn̄detur: ꝙ xp̄s petēs calicem paſſiōis a ſe transferri: nō expreſſit voluntatē ſuā ſimpliciter. ſ. quod ſimpliciter volebat: ſed motū ſenſualitatis: aut cuiuſdā voluntatis rōnis: vt natura eſt. Pro quo notandū: ꝙ oratio eſt quodāmodo interpretatiua voluntatis humane. Tūc ergo alicuiꝰ oratio exauditur oratio: qū eiꝰ volūtas adimplet̄. Volūtas aūt ſimpliciter hois ē voluntas rōnis. Hoc aūt abſolute volumꝰ: qḋ ſecūdū deliberatā rōnem volumus. Aliud aūt quod volumus ſ꜄m motū ſenſualitatis: vel etiā ſ꜄m motū voluntatis ſimplicis: que cōſideratur vt natura: nō ſimpliciter volumus: ſed ſ꜄m quid. ſ. ſi aliud non obſiſtat: qḋ per deliberationē rationis inuenitur. Unde talis voluntas magis eſt dicenda vellei

tas: q̄ꝫ abſoluta voluntas: quia. ſ. hō hoc vellet: ſi aliud nō obſiſteret. Secūdū autem volūtatē rōnis: xp̄s nihil aliud voluit: niſi quod ſciuit deū velle. Et ideo omnis abſoluta voluntas xp̄i: etiā humana: fuit impleta: quia fuit deo cōformis. Et per cōſequēs omnis eius oratio fuit exaudita. ¶ Ad ſecūdam rn̄detur: ꝙ paulus: qḋ orauit: nō obtinuit: quia nō ſibi expediens. ij. Corin. xij. ¶ Ad tertiā rn̄detur: ꝙ aliqui nō exaudiūtur: eſt ꝓpter effectum aliquaꝝ predictarū conditionū requiſitaꝝ ad hoc: ꝙ orō ſit exaudibilis Mat. ij. Neſcitis qd̄ petatis.

D ſecūdā. q. ſic proceditur. Et videtur: ꝙ nō ſit verū: ꝙ apoſtoli nō petierūt aliqd̄ p̄mo: in nomine xp̄i. ¶ Primo ſic Mat. x. dicit̄: ꝙ ꝓuocatis. xij. apoſtolis dedit eis poteſtatem ſpirituum immundorum. Sed hec orando faciebant: Ergo aliquid petierunt in nomine chriſti. ¶ Secūdo ſic. Luc. x. dicitur: A diſcipulis. Domine in nomine tuo etiam demonia ſubijciūtur nobis. ¶ Tertio: videt̄ contra illud Jo: xxi. In verbo autē tuo laxabimus rete: Ergo videtur: ꝙ in nomine chriſti aliqd̄ a deo apoſtoli petierunt. ¶ In oppoſitum eſt euangeliū p̄ſens: vbi dicitur. Uſq; modo nō petiſtis quicq̄ꝫ in nomine meo. Reſpondeo dicendum: ꝙ verum eſt ꝙ chriſtus ait in preſenti euangelio. Nam apoſtoli ante reſurrectionem chriſti nō ita cognouerunt virtutē nominis chriſti: ſicut poſt: Et ideo adhuc ignorabant: ꝙ ōis eorum petitio eēt exaudibilis in nomine xp̄i: tum etiam quia omnia bona habebant in xp̄o: bonum vtile: quia in eo erant omnes theſauri ſciētie ſapientie dei: bonum delectabile: quia erat ſpecioſus forma pre filijs hominum. Pſal. bonum honeſtum. pſal. Nimis honorati ſunt amici tui deus. ¶ Ad rōnes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpōdetur negando conſequentiam. Et ratio ē: quia licet haberent poteſtatē a xp̄o ſuper demonia: non tamen ſequitur: ꝙ orādo pe

terent in nomine xpi: ſicut nunc eccleſia in omnibus: quaſi orationibus: in xpi nomine finiendo dicit per dominũ noſtrũ ieſuʒ xpʒ. ꝛc. Uel aliud ſimile. ¶ Et ita reſpondet ad ſecũdaʒ: quia ibi in nomine tuo intelligitur. i. in virtute tua poteſtate a te nobis cõceſſa. ¶ Ad tertiam ſimiliter reſpõdetur: ꝙ non eſt ad propoſitum: quia aliud eſt petere in noie xpi aliquid a patre: ꝛ aliud in verbo xpi laxare retia.

Ad tertiam. q. ſic proceditur. Et videtur: ꝙ gaudium ſpũale: quod ex caritate cauſatur non poſſit i nobis ipleri. ¶ Primo ſic. Quãto magis gaudium de deo habemus: tãto gaudiũ eius in nobis magis impletur: Sed nunq̃ʒ poſſumus de deo tãtũ gaudere: quãtum dignũ eſt: vt de eo gaudeatur: quia ſemper bonitas eius que infinita eſt: excedit gaudiũ creature qḋ eſt finitum: Ergo gaudiũ de eo nunq̃ʒ poteſt impleri. ¶ Secundo ſic. Illud quod ẽ completum nõ poteſt eſſe maius: Sed gaudiuʒ etiaʒ beatorum poteſt eſſe maius: quia vnius gaudiuʒ ẽ maius q̃ʒ alterius: Ergo gaudiũ de deo nõ poteſt in creatura impleri. ¶ Tertio ſic. Nihil aliud eſſe videtur cõprehenſio q̃ʒ cognitionis plenitudo: ſed ſicut vis cognitiua creature ẽ finita: ita ꝛ vis appetitiua eiuſdeʒ. Quom ergo deus non poſſit ab aliqua creatura cõprehendi: videtur: ꝙ nõ poſſit alicuius creature gaudium de deo impleri. ¶ In oppoſitum eſt pſens euangelium vbi dicitur. Petite vt gaudiũ veſtrũ plenum ſit. Rñdeo dicendũ: ꝙ plenitudo gaudij põt intelligi dupliciter. Uno modo ex parte rei: de qua gaudetur: vt. ſ. tantuʒ gaudeatur de ea: quantum dignũ eſt de ea gaudere. Et ſic eſt cõcluſio prima: ꝙ ſolũ dei gaudium eſt plenũ de ſe ipſo. Patet cõcluſio: quia gaudiũ eius eſt infinitũ. Et hoc eſt cõdignum infinite bonitati dei. Cuiuſlibet autem creature gaudiũ oportet eſſe finitũ. Alio modo põt intelligi plenitudo gaudij ex parte gaudentis: ꝛ ſic ponitur ſecunda cõcluſio: ꝙ gaudium ſpirituale põt impleri in futura beatitudine. Iſta cõcluſio declaratur ſic. Gaudium comparatur ad deſiderium: ſicut quies ad motum. Eſt autẽ quies plena: quãdo nihil reſtat de motu. Ita tũc eſt gaudium plenum: quãdo iam nihil deſiderandum reſtat. Quãdiu autem in hoc mũdo ſumus: nõ quieſcit i nobis deſiderij motus: quia adhuc reſtat: ꝙ deo magis appropinquemus per gratiam: Sed quãdo iam ad beatitudinem perfectam peruentuʒ fuerit: nihil deſiderandum reſtabit: quia erit plena fruitio: in qua homo obtinebit quicq̄d etiam circa alia bona deſiderabit: ſm illud Pŝ. Qui replet in bonis deſideriuʒ tuuʒ. Et ideo quieſcet nõ ſolum quo deſideramus deum: ſed etiam omniũ deſideriorũ quies. Unde gaudium beatorum eſt perfecte plenum ꝛ etiam ſuper plenum: quia plus obtinebũt q̃ʒ deſiderare ſuffecerit. Nõ eniʒ in cor hominis aſcendit: que preparauit deus diligentibus ſe: vt dicitur. i. Cor. ij. Et hinc eſt quod dicitur. Luc. vi. Menſuram bonã ꝛ ſuperfluentem dabunt in ſinus veſtros. Quia tamẽ nulla creatura eſt capax gaudij de deo ei condigni: inde eſt ꝙ illud gaudiũ nõ cadit in hominem: ſed potius homo intrat in ipſum ſm illud Mat. xxv. Intra in gaudiuʒ domini tui. ¶ Ad rõnes in oppoſitũ. ¶ Ad primaʒ reſpõdetur: ꝙ ratio illa procedit de plenitudine gaudij ex parte rei: de q̄ gaudetur. ¶ Ad ſecundaʒ reſpondetur negando minorem. Et ratio eſt: quia cum peruentum fuerit ad beatitudinem: vnuſquiſq; attinget terminum ſibi prefixum: ex predeſtinatiõe diuina nec reſtabit vlterius aliq̄d quo tendatur: quãuis in illa terminatione vnus perueniat ad maiorem propinquitatẽ dei: alius ad minorem. Et ideo vniuſcuiuſq; gaudium erit plenum ex parte gaudẽtis quia vniuſcuiuſq; deſiderium plene quietabitur: erit tamen gaudiũ vnius maius: q̃ʒ alterius: propter pleniorem participationẽ diuine bonitatis. ¶ Ad tertiaʒ rñdetur negando conſequentiam. Et ratio eſt: quia om

plex eſt plenitudo cognitionis. ſ. quedam ex parte rei cognite: vt. ſ. tantum cognoſcatur res: quantū cognoſci poteſt. Et iſta bene poteſt dici comprehenſio: et ſoli deo proprie reſpectat ſui ipſius: qui tantū cognoſcit ſe: quantum cognoſcibilis eſt. Alia dicitur plenitudo ex parte cognoſcentis: ſicut et de gaudio dictum eſt. Et de tali plenitudine bene pōt dici: q̄ beatus plene cognoſcet deum. Unde Apoſtol⁹ ad colo. i. Implebimini i agnitione voluntatis eius: in omni ſapientia: et intellectu ſpirituali.

℄ In rogationibus euangelium eſt. In illo tempore dixit ieſus diſcipulis ſuis. Quis veſtrum habebit amicum: et cē. Luc. xi. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes. q.

℄ Prima: vtrum in iſtis rogationib⁹ de⁹ ſolus ſit orandus: an etiā alij ſancti.

℄ Secunda: vtrum in oratione noſtra temporalia ſint petenda.

℄ Tertia: vtrum ſit ſperandū q̄ peccatores orando impetrēt aliquid a deo.

AD primam queſtionem ſic ꝓceditur. Et videtur q̄ i iſtis rogationibus ſolus deus ſit orandus: et nō alius ſanctus. ℄ Primo ſic. Per diffinitionem orationis: Dicit Damaſce. q̄ oratio eſt aſcenſus mētis in deum: Ergo ſolus deus videtur orādus. ℄ Secūdo ſic. Oratio eſt actus religionis: Sed ſolus deus eſt religiōe colendus: Ergo. et cē. ℄ Tertio ſic. Uirtus orationis plus in affectu ꝯſiſtit: quā in voce: quia hoc negociū vt Auguſti. dicit plus gemitibus: quā vocibus agitur: Sꝫ ſolius dei eſt cogitationes cordium et affect⁹ percipere: Ergo nō niſi ſoli deo eſt porrigēda oratio. ℄ Quarto ſic. Si aliquibus ſanctis orationem porrigimus: hoc nō eſt niſi inquātum ſunt deo coniuncti: Sed quidam etiam in hoc mūdo viuentes: vel etiam in purgatorio exiſtentes ſunt deo ꝯiuncti: ſimul tum per gratiam. Ad eos autem nō porrigitur oratio: Ergo nec ad ſanctos: qui ſunt in paradiſo debemus orationem porrigere.

℄ Quinto ſic. Sancti exiſtentes in paradiſo nō orant ꝓ nobis: Ergo ad ipſos non eſt oratio porrigenda. Cōſequētia patet. Antecedens ꝓbatur: quia ſi ſancti qui ſunt in patria pro nobis orarent: ſuperiorum ſanctorū oratio eſſet efficatior. Nō ergo deberet implorari ſuffragiū orationum inferiorū ſanctorū: ſed ſolum ſuperiorꝫ. ℄ Sexto ſic. Anima petri nō eſt Petrus: Si ergo anime ſanctorum pro nobis orarēt: quādiu ſunt a corpore ſeparate: nō deberemus interpellare ſanctum Petrum ad orādum ꝓ nobis: ſed animam eius. Cuius cōtrariū facit eccleſia dicendo. Sancte Petre ora ꝓ nobis. Nō ergo ſancti ad minus ante reſurrectionem ꝓ nobis orāt. ℄ In oppoſitū eſt Job. v. Uoca ſi eſt: qui tibi reſpondeat. Et ad aliquem ſanctorum cōuertere: Ergo oratio pōt fieri ad ſanctos: nō ſoli ad deū. Secūdo hoc oſtē dit vſus eccleſie: que letanijs vtitur: in quibus nō ſolū deus ſed etiam ſancti inuocitur. Rñdeo: dicendum q̄ oratio porrigitur alicui dupliciter. Uno modo quaſi per ipſum implēda. Alio modo ſicut per ipſū impetrāda. Qua diſtinctiōe habita: ſit iſta cōcluſio prima: Solus deus ē orādus: ſiue ſoli deo oratio eſt porrigēda: ſicut illi: per quē eſt adimplendum: quod petimus. Patꝫ cōcluſio: quia omnes oratiōes noſtre ordinari debēt ad gratiam et gloriam cōſequendam que ſolus deus dat: ſm illud. Ps. Gratiā et gloriam dabit dominus. Secūda cōcluſio eſt. Angeli ſancti et alij beati: orandi ſunt: et illis porriguntur orationes: ſicut quorꝫ auxilio impetramus: quod a deo expectamus ſ. quorum precibus et meritis noſtre orationes ſortiantur effectum. Et ideo dicit. Apoca. viij. q̄ aſcendit fumus aromatum. i. orationes ſanctorum de manu angeli coram domino. Et hoc etiā patet ex ipſo modo: quo eccleſia vtitur in orando. Nam a ſancta trinitate petim⁹: vt noſtri miſereatur: ab alijs autem ſanctis: quibuſcūqꝫ petimus: vt orēt pro nobis. ℄ Ad rationes in oppoſitum.

℄ Ad primam reſpondetur: q̄ verum eſt:

ꝙ oratio primo ⁊ principaliter ſit aſcenſus mentis in deum. Unde Caſſiodorus dicit: ꝙ oratio proprie fit ad deum: deprecatio vero ad ſanctos. Sanctus Tho. quaſi conformiter dicit: ꝙ in diffinitione debet poni ea: que ſunt per ſe: quãuis autem aliquo modo ad ſanctos oratio fieri poſſit: ſicut ad interceſſores pro nobis: tamen proprie ⁊ per ſe oratio in deum fertur. ¶ Ad ſecundam reſpondetur: ꝙ illi ſoli impendimus orãdo cultum religionis: a quo querimus obtinere quod oramus: quia in hoc proteſtamur eum eſſe omnium bonorum noſtrorum auctorẽ non autem eos quos querimus: quaſi interpellatores noſtros apud deum. ¶ Ad tertiam reſpõdetur negando cõſequentiã. Et ratio eſt: quia ſancti cognoſcũt omnia in verbo: que ad eorum gloriam pertinent. Et quia ad magnam gloriam eorum eſt pertinens: ꝙ alios iuuare poſſunt: quaſi dei cooperatores exiſtentes: Et ideo ſtatim in verbo vident petitiões ad eos factas: vel voce: vel corde. Et ideo petitiones: quas ad eos dirigimus: deo manifeſtante cognoſcũt. ¶ Ad quartam reſpondetur negãdo cõſequentiã. Et ratio eſt: quia licet ij qui ſunt in hoc mũdo: aut in purgatorio: ſint coniuncti deo per gratiam: nondum tamẽ fruuntur actu viſione verbi: vt poſſint cognoſcere ea: que nos cogitamus: vel dicimus. Et ideo ſuffragia nõ imploramus ab eis orando: ſed a viuis. Poteſt tamẽ ſupplicatio aliqua vel petitio fieri. ¶ Ad quintam reſpõdetur negando aſſumptum. Et ad probationẽ rñdetur: ꝙ deus vult inferiora omnia per ſuperiora iuuari. Et ideo oportet non ſolũ ſuperiores: ſꝫ etiã inferiores ſanctos implorare: alioquin eſſet ſolius dei miſericordia imploranda. Cõtingit tamẽ quãdoqꝫ ꝙ imploratio inferioris ſancti efficatior eſt: vel quia deuotius imploratur: vel quia deus vult eorum ſanctitatẽ declarare. ¶ Ad vltimã dicendũ negãdo cõſequẽtiam. Et ratio eſt: quia ſancti viuẽtes intenerunt vt pro nobis orarẽt. Et iõ eos inuocamus nominibus: quibus hic vocabantur: quibus etiam nobis innoteſcunt. Et iterum propter fidem reſurrectionis inſinuandam: ſicut legitur. Exo. iij. Ego ſum deus Abraam.

a D ſecũdã. q. ſic proceditur. Et videtur ꝙ in oratione temporalia nõ ſint petenda. ¶ Primo ſic. Que enim orando petimus querimus: Sed temporalia nõ debemus querere. Dicitur enim Mat. vi. Primũ querite regnum dei ⁊ iuſticiam eius: ⁊ hec omnia adijcientur vobis. ſ. temporalia: que nõ querenda dicit: ſed adijcienda queſitis: Ergo temporalia non ſunt in oratiõe a deo petenda. ¶ Secũdo ſic. Quicunqꝫ orat pro aliquo: ſollicitus eſt pro illo: Sed pro temporalibus etiam neceſſarijs ſolliciti eſſe nõ debemus: vt patet Mat. vi. Nolite ſolliciti eſſe anime veſtre: quid manducetis. ⁊c. Ergo tẽporalia nõ ſunt petẽda in oratione. ¶ Tertio ſic. Non debet homo petere a deo niſi bona ⁊ vtilia: Sed quandoqꝫ temporalia habita ſunt nociua non ſolum ſpiritualiter: ſed etiam corporaliter: Ergo temporalia in oratione non ſunt petenda. ¶ In oppoſitum eſt illud: quod in oratione dominica cõtinetur. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. In qua oratione non ſolũ ſpiritualis: ſed corporalis panis petitur: vt patet per glo. Luc. xi. Reſpondeo dicendum ꝙ temporalia ſunt petẽda in oratiõe: quãtũ neceſſitas petit: ſiue exigit. Iſta cõcluſio probatur. Prouer. iij. Tribue tñ victui meo neceſſaria. Pro qua cõcluſiõe notãdum: ꝙ ſicut dicit Aug. ad Probã: de orãdo deũ: Hoc eſt orare: quod eſt deſiderare. Tẽporalia autẽ eſt deſiderare nõ quidẽ principaliter: vt in eis finẽ cõſtituamus: ſꝫ ſicut quedam adminicula: quibus adiuuamur ad tendendũ in beatitudinẽ: inquantũ. ſ. per ea vita corporalis ſubuenitur: ⁊ inquantũ nobis organice deſeruiũt ad actus virtutũ. Et vt Philoſophus dicit. i. Ethi. Et iõ pro temporalibus eſt orare eo modo: quo licet ea deſiderare. In illis autẽ: que deſiderantur: eſt duplex diſtinctio attendenda. ſ. quod quedam ſunt:

que deſideramur propter ſeipa: quedam ppter aliud. Secūda eſt: q̄ quedam nō habent ſuperfluitatē deſiderij: ſicut virtutes: quedā aūt habent ſicut voluptates: diuitie: ⁊ hmōi. Bona aūt temporalia ppter aliō deſiderāda ſunt: ⁊ cum quadā menſura. ſ. ſcḋm q̄ vere ſunt neceſſaria ad vitā pñtem agentē: ſicut ſ. piens. Prouer. xxx. Diuitias ⁊ mendicitatē ne dederis mihi: ſed victui meo tm̄ tribue neceſſaria. Et ideo hoc modo orare pro eis quis pōt: ſicut modo in rogatōibus fit. ¶ Ad rōes in oppoſitū. Ad primam rn̄detur negādo conſequentiā. Et ad pbationem rn̄detur: q̄ temporalia nec primo nec ſecūdo debent queri: quaſi principaliter intenta. Poſſunt aūt queri: vt ppter aliud deſiderata. Unde Aug. libro de ſmone dn̄i in monte: cum dixit illud: pmo querendū eſt regnū dei: deſignauit: q: hoc ſ. temporale bonū poſterius querendū eſt nō tpe ſed dignitate: illud tanq̄ʒ bonū nrm̄ hoc tanq̄ʒ neceſſariū noſtrum. ¶ Ad ſecūdam rn̄detur ēt negando conſequentiā. Et ad pbationem rn̄detur: q̄ in illis verbis. Mat. vj. non pĥibetur quelibet ſollicitudo rerū tpaliū: niſi ſuperflua ⁊ inordinata: non aūt pĥibetur ſollicitudo neceſſaria ¶ Ad tertiā rn̄detur negando pn̄am. Et rō eſt: quia ex quo nō petimus tpalia tanq̄ʒ principaliter queſita: ſed in ordine ad aliud Et ſic recipiūt rōnem boni vtilis. Unde eo tempore a deo petimus tpa: vt nobis pcedantur ſcḋm qḋ expediunt ad ſalutem.

Ad tertiā. q. ſic pceditur. Et videtur: q̄ nō ſit ſperandum q̄ peccatores orando impetrent aliquid a deo. ¶ Primo ſic. Dicitur Jo. ix. Scimus q: peccatores deus nō exaudit. Item. Prouer. xxviij. Qui declinat aurem ſuā ne audiat legē: oratio ſua erit execrabilis. Oratio aūt execrabilis nō ipetrat aliquid a deo. Ergo peccatores nō impetrant aliquid a deo. ¶ Secundo ſic. Juſti impetrant a deo illud qḋ merentur. Sed peccatores nihil poſſunt mereri: q: gratia carent: ⁊ caritate: que virtus pietatis eſt: vt dicit glo. in Thi. iij. ſuper illo verbo habentes quidem ſpēm pietatis: virtutem aūt eius abnegantes. Et ita non pie orant: qḋ requirit ad hoc: q̄ oratio ipetret. Ergo peccatores nō impetrant aliquid orando ad deum. ¶ Tertio ſic. Dicit Criſo. ſuper Mat. Pater nō libēter exaudit orationē: quā filius nō dictauit. Sed in oratiōe: quā xp̄s filius dei dictauit: dicitur: dimitte nobis debita noſtra ⁊c. qḋ peccatores nō faciunt. Ergo vel mentiūtur hoc dicēdo. Et ſic nō ſunt exauditione digne. Uel ſi non dicunt: nō exaudiūtur: q: forma orandi a xp̄o inſtituta nō ſuatur. Ergo ⁊c. ¶ In oppoſitum eſt qḋ Aug. dicit ſuper Jo. Si peccatores nō exaudiſſet deus: fruſtra publicanus dixiſſet. Deus ppitius eſto mihi peccatori. Item eſt illud quod dicit Criſo. ſup Mar. Omnis qui petit acc pit. ſ. ſiue iuſtus ſiue ſit peccator. Rn̄deo dicēdū ſub iſta pcluſione: q̄ ſperandum eſt ⁊ tenēdū pcerto: q̄ peccatores ſepe exaudiuntur a deo in petitiōibus ſuis ⁊ impetrāt multa q̄ petunt ex pura dei miſicordia. Pro quo notādū: q̄ in peccatore duo conſiderātur ſ. natura: quā diligit deus: ⁊ culpa: quā odit. Si ergo peccator orando aliquid petit: inquātum eſt peccator. i. ſcḋm deſideriū peccati: hoc a deo non exauditur ex miſico dia: ſed quādoq̄ʒ auditur ad vindictā: dum deus permittit peccatorem adhuc amplius ruere in peccata. Deus. n. quedam negat propitius: que cōcedit iratus: vt Auguſt. dicit. Oratio autē peccatoris ex bono deſiderio nature pcedens: a deo exauditur: nō quaſi ex iuſtitia: q: peccator hoc nō meretur: ſed ex pura miſicordia: obſuatis tamē pmiſſis cōditiōibus: vt. ſ. p ſe petat neceſſaria ad ſalutem pie ⁊ perſeuerāter. ¶ Ad rationes in oppoſitum. Ad primam rn̄detur: q̄ dictum illud. Jo. ix. fuit dictum ceci: nō perfecte illuminati. Et ideo nō eſt ratum: quātūs poſſit verificari: vt intelligatur: vt pecca-

to:: vel ex condigno ad illud. Prouer. xx-
viij. rñdetur: q̄ uia o:atio peccato:is ē exe
crabilis: que eſt o:atio eius: in quātum eſt
peccato:. ¶ Ad ſecundā rñdetur negādo
ꝯñam. Et rō eſt: q: licet peccato: nō poſſit
pie o:are: quaſi eius o:atio ex habitu virtu
tis info:metur: poteſt tñ eius o:atio eē pia:
quātum ad hoc: q̄ illud: qḋ petit: ſit ad pie
tatem pertinēs: ſicut ille: qui nō habet ha-
bitum iuſtitie: pōt aliquid iuſtum velle. Et
quāuis eius o:atio nō ſit merito:ia: pōt ta-
mē eſſe impetratiua: q: meritum innititur
iuſtitie: ſed impetratio gratie. ¶ Ad tertiā
rñdetur negādo ꝯſequentiam. Et ratio eſt
q: o:atio dñica p:ofertur ex perſona. Et
totius eccleſie. Et ideo ſi aliquis nolens di
mittere debita ꝓprium dicat o:ationē domi-
nicam: nō mentitur: quāuis hoc quod dicit
nō ſit verum: quo ad ſuam perſonam: eſt
tamē verū quātum ad perſonam eccleſie:
extra quā: ille eſt: merito fructu o:atiōis ca
ret. Aliqui tñ peccato:es q̄ñq3 parati ſunt
debito:ibus ſuis remittere: & ideo ipſi o:ā
tes exaudiūtur. ſm illud Ecc. xxviij. Relin
que ꝓximo nocēti: & tūc dep:ecāti tibi pec
cata ſoluentur.

¶ In die aſcēſionis dñi eſt euangelium.
In illo tp̄e recumbentibus vndecim diſci-
pulis &c. Marci. xvi. Circa quod poſſunt
diſputari. ſe. q.

¶ Prima: vtrū conueniens fuit: xp̄m aſcē
dere in celum.

¶ Secunda: vtrum aſcēſio xp̄i fuerit no-
bis vtilis: & noſtre ſal' ut fructifera.

¶ Tertia: vtrum conueniat xp̄o: ſedere ad
dexteram dei.

A primā. q. ſic p:oceditur. Et
videtur q̄ nō fuerit conue-
niens xp̄m aſcendere in ce
lum. ¶ Primo ſic. In xp̄o
nō eſt niſi duplex natura. ſ3
diuina & humana. Sed ſm diuinam natu-
ram xp̄o nō conuenit aſcēdere localiter:
cum ipſe ſm q̄ deus ſit: vbiq3. Nec ſm di
gnitatem: cū diuinitas ꝓficere non poſſit:
nec iterū ſm humanam ſm locū: q: ipſa de
celo nō deſcendit. Dicitur aūt Jo. iij. Ne-
mo aſcendit in celum: niſi qui deſcendit de
celo. Nec ſm dignitatē: q: glo:ia ſua poſt
reſurrectionem glo:ioſam nō creuit. Ergo
videtur: q̄ xp̄s non debuit aſcendere in ce
lum. ¶ Secūdo ſic. Omne quod mouetur
mouetur ꝓpter aliquid melius. S3 in xp̄o
non fuit melius eſſe in celo: q̄3 in terra. Ni
hil. n. accreuit ſibi per hoc: q̄ fuit in celo:
nec quātum ad animam: nec quātū ad co:-
pus. Ergo videtur: q̄ non fuit conueniens
xp̄m aſcendere. ¶ Tertio ſic. Chriſtus fili
us dei humanam naturam aſſumpſit: p:o-
pter noſtram ſalutem. Sed magis fuiſſet
ſalutaris hominibus: q̄ ſemper conuerſa-
retur nobiſcum in terris: q̄3 eius abſentia:
Ergo videtur: q̄ nō fuerit cōueniens xp̄m
aſcendere in celu3. ¶ Quarto ſic. Si xp̄s
aſcendere debuit. Uidetur q̄ ſtatim poſt
reſurrectionem aſcendere debuit: q: aſcen
ſio ſua eſt exemplar alio:um ſancto:um. S3
alij ſancti poſt reſurrectionem ſtatim futu-
ram co:po:um aſcendet. Ergo Chriſtus ſi
aſcendere debuit: debuit ſtatim poſt reſur-
rectionem aſcendere & nō differre vſq3 ad
xl. dies. ¶ In oppoſitum eſt euāgeliū p̄ns
vbi dr̄. Dominus quidem ieſus aſſumpt9
eſt in celum. Rñdeo dicēdu3 ſub certis cō
cluſionibus. Prima concluſio. Cōueniens
fuit xp̄m in celum aſcendere. Iſta ꝯcluſio ē
in ſimbolo: vbi dicitur. Aſcendit ad celos.
Et Jo. ij. dicit. Aſcendo ad patrem meum
& patrem veſtrum. Secundo ſic. Locus d3
eſſe p:opo:tionatus locato. Chriſtus aute3
per ſuam reſurrectionem: vitam immo:ta
lem & inco:ruptibilem inchoauit. Loc9 au
tem in quo nos habitamus: eſt locus gene
rationis & co:ruptionis. Sed locus celeſtis
eſt locus inco:ruptibilis. Non fuit ergo cō
ueniens: q̄ xp̄s poſt reſurrectionem mane
ret in terris: ſed conueniens fuit q̄ aſcēde-
ret in celum. Ubi nota: q̄ aſcendere in ce-
lum fuit cōgruum ipſi xp̄o: & nobis. Chri-
ſto quidem: q: omne id quod ad glo:ia3 p

tuici: debebatur ei. Unde cum celum em-
pireum ſit locus congruus glorie: conueni
ens fuit vt ad illuȝ locum aſcēderet. Nobiſ
aūt congruum fuit quantum ad tria. Pri
mo: vt nos quaſi incorruptibileȝ poſſeſſio
nem induceret celi: quā nobis precio ſui ſā
guinis emerat. Secundo vt ipe ſpem no
ſtram ad celum erigere t: q: dum humanā
cōditionē ſideribus impoſuit. credētibuſ
celum poſſe patere mōſtrauit: vt dicit Leo
papa. ij. vt iam Chriſtum nō ſm carnē co
gnoſcentes: ſpūaliter tm̄ ei cōiungamur: vt
ſic idonei efficiamur ad dona ſpūs ſancti
accipienda: ſm illud. Ps. Aſcēdens xp̄us
in altū: dedit dona hoībus. Secūda ꝯclu-
ſio. Chriſtus aſcēdit ſuper oēs celos. Iſta
cōcluſio habetur ad Ephe. iiij. Aſcēdit ſu-
per oēs celos: vt adimpleret omnia. Iſta
cōcluſio rōne ſic pbat. Quāto aliqua cor-
pora perfectius participant diuinaȝ boni
tatem: tanto ſunt ſuperiora corporali ordine:
qui eſt ordo localis: Sed inter oīa corpora
etiam glorioſa: corpus xp̄i maiori reſulget
gloria. Ergo ꝯuenientiſſimū fuit: q ſit ſup
omnia corpora ꝯſtitutū in alto. Et ideo ſup
illud ad Ephe. iiij Aſcendens xp̄s in altuȝ:
dico loco: ꝛ dignitate. Attēde tamen: q nō
dicitur aſcēdiſſe ſuper oēs celos: q extra
celū empireū ſit: ſed q: in altiſſima parte ce
li empirei aſcēdit: nec in aſcenſu ſuo ſunt ali
qua diuiſio facta celorū: q: quātis de natu
ra corporis nō ſit: q poſſit eſſe in eodeȝ lo
co ſimul cū alio corpore: pōt tamē deus hoc
facere per miraculū: q in eodem loco poſ
ſent eſſe ſimul: ſicut fecit vt corpus xp̄i clau
ſo vtero beate virginis exiret: ꝛ q intraue
rit ianuis clauſis ad diſcipulos: vt dicit bea
tus Gregorius. Tertia ꝯcluſio. Chriſtꝰ aſcē
dit ppria virtute in celū. Iſta ꝯcluſio patȝ
ex illo Iſa. lxiij. Iſte formoſus in ſtola ſua:
gradiens in multitudine fortitudinis ſue.
Pro cuius ꝯcluſionis vera intelligētia: eſt
notādum: q in xp̄o eſt duplex natura. ſ. di-
uina ꝛ humana. Unde ſm vtranq; naturaȝ
pōt accipi duplex virtus eius. Sed ſm hu
manā naturā pōt accipi duplex virtus xp̄i.
Una quidē naturalis: que pcedit ex princi
pijs nature. Et tali virtute manifeſtū ē: q
xp̄s non aſcēdit. Alia aūt virtus in huma-
na natura: eſt virtus glorie: ſm quā xp̄s in
celum aſcēdit. Cuius quidē virtutis rō ex
parte anime glorificate aſſignat: ex cuiꝰ rē
dundantia glorificat corpus: vt dicit Aug.
ad Dioſcorū. Erit namq; obediētia corpo
ris glorifi ad aīam beatā: vt ſicut Aug. di-
cit. xxij. de ciuitate dei: vbi volet ſpūs ibi
erit ptinus corpus. Decet aūt corpus glo-
rioſum ꝛ imortale eſſe in loco celeſti: vt di-
ctum eſt. Et ideo ex virtute aīe volētis: cor
pus xp̄i aſcendit in celum. Sic ergo xp̄us
aſcēdit ppria virtute. Primo quidē virtu
te diuina. Secūdo aīe glorificate mouentis
corpus: pro vt vult. Nec obuiat huic ꝯclu
ſioni: q aſſumptus dicitur in euāgelio: q: ſi
cut xp̄s dicitur ppria virtute ſurrexiſſe: ꝛ
tm̄ eſt ſuſcitatus a patre: eo q eſt eadē vir-
tus patris ꝛ filij: ita xp̄s ppria virtute aſcē
dit in celū: ꝛ tm̄ a patre eſt eleuatus: ꝛ aſſū
ptus. ¶ Ad rōnes in oppoſitū. ¶ Ad pri-
mā rīdetur: q aſcēdere: ꝛ deſcēdere: poſ-
ſunt dici pprie. Et ſic ſignāt equiuocalem.
Unde nō ꝯueniūt xp̄o ſm diuinā naturaȝ:
ſed ſm humanā: ſecundū quā deſcēdit ad
inferos: hic deſcenſus fuit ſm aīam: ꝛ aſcē-
dit localiter ad celos ſm aīam ꝛ corpus ſi-
mul. Dicitur eī Metha. Aſcēdere ꝛ de-
ſcendere. Et ſic xp̄s dicitur deſcēdiſſe ſm
diuinā naturā: inquātum ſe exinaniuit: for-
mā ſerui accipiēs. Phi. ij. Et inquātū per
nouū effectū fuit ibi in aīa ſm quē ante nō
fuerat. Aſcēdiſſe aūt quātū ad notitiā alio-
rū: ſimiliter quātū ad humanā naturā aſcē
dit: ſm q exaltatus eſt ad gloriā reſurrecti
onis: ꝛ notitiā populoꝝ: deſcendit aūt ſm
paſſionis ignominiā. Qḋ aūt dicit ꝑ nemo
aſcēdit: niſi qui deſcēdit: ad perſonā referē
dum eſt: cui ſm vnā naturā ꝯuenit deſcen
dere de celo. i. ſm diuinā: inquātuȝ ſibi car
nem in pſona copulauit: ꝛ ſm aliam. ſ. hu
manā aſcendere. ¶ Ad ſecundā rīdetur:

q̄ fuit decentius: corpus xp̄i in celo q̄z in terra. Pro quo notã q̄ licet per hoc: q̄ xp̄s aſcendit in celum: nihil ei accreuit: quãtum ad ea: que ſunt de eſſentia glorie ſiue ſm corpus: ſiue ſm aiaz: tamen accreuit ei aliquid: quantũ ad loci decẽtiam: qḋ eſt ad bene eſſe glorie: nõ q̄ corpori eius aliquid aut perfectiõis: aut ↄſummationis acquireretur ex corpore celeſti: ſed ſolum modo propter quandã decẽtiam. Hoc aũt aliquo modo pertinebat ad eius gloriã. Et de hac decentia: gaudium quoddã habuit: non quidem: q̄ tũc de nouo: de hoc gaudere inciperet: quãdo in celũ aſcendit: ſed q: nouo modo: de hoc gauiſus eſt: ſicut de re impleta. Unde ſuper illud. Ps. Delectatiões in dextera tua vſq3 in finem dicit glo. Delectatio ⁊ letitia erit mihi in conſenſu tuo: humanis obtuſiõibus ſubtractis. Unde Alexander de ales in .iij. dicit: q̄ nouum gaudium poteſt dici quo ad nouã ſpẽm gaudij ⁊ quo ad numerum gaudiorũ: põt dici nouum gaudiũ: q: eſt nouus modus gaudendi: vel gaudij. Primo modo non accreuit xp̄o nouum gaudium: q: de nullo gauiſus eſt in aſcenſione: de quo prius non gauderet: ſed ſcḋo modo ſic: ſicut dicimus: q̄ cuz fit deſcenſus a theorica practice ad practicã experientiã: non fit deſcẽſus a noto ad ignotum: ſed ad notũ: alio modo. ¶ Ad tertiaz rñdetur negando minorẽ. Et ratio eſt: q: licet pñtia corporalis xp̄i fuerit ſubtracta fidelibus per aſcẽſionẽ: pñtia tamen diuinitatis ipſius ſemper adeſt fidelibus: ſm q̄ ipſe dicit Mat. vltimo. Ego aũt vobiſcum ſum: vſq3 ad conſummationem ſeculi. Qui enim aſcẽdit in celos: non deſerit adoptatos: vt dicit Leo papa. Sed ipſa aſcenſio xp̄i in celum: q̄a corporalẽ ſui pñtiam nobis ſubtraxit: magis fuit vtilis nobis: quã pñtia corporalis fuiſſet vt dicit ſctũs Tho. Primo quidẽ ꝓpter fidei argumentum: que eſt de non viſis. Unde ipſe dñs dixit Jo. iij. q̄ ſpũs ſanctus adueniens: arguet mundum de iuſtitia .ſ. eoꝝ: qui non credũt vt dicit Aug. ſuper Jo. Ipſa quippe fidelium comparatio infidelium eſt vituperatio. Unde ſubdit: q: ad patrem vado: ⁊ iaz nõ videbitis me. Beati enim qui nõ vident ⁊ crediderũt. Erit itaq3 veſtra iuſtitia: q: de qua mundus arguitur: q̄ñ in me: quẽ nõ videtis creditis. Secundo ad ſpei ſubleuationẽ. Unde ipſe dicit Jo. xiiij. Si abiero ⁊ pparauero vobis locũ: iterũ veniam ⁊ accipiam vos ad me ipſum: vt vbi ego ſuz ⁊ vos ſitis. Per hoc enim q̄ humanã naturã in celo collocauit: dedit nobis ſpem illuc perueniendi: q: vbi fuerit corpus: ibi congregabuntur ⁊ aquile: vt dicitur Mat. xxiiij. Unde ⁊ Michee. ij. dicitur. Aſcendit iter pandens ante eos. Tertio ad erigendũ caritatis affectuz in celeſtia. Unde dicit Apoſtolus. Colo. iij. Que ſurſum ſunt ſapite: non que ſuper terrã. Et q: ſpũs ſanctus amor eſt: nos in celeſtia rapiens: ideo dominus dixit diſcipulis Jo. xvj. Expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero: paraclitus non veniet ad vos. Quod exponens Aug. ſuper Jo. dicit. Non poteſtis capere ſpiritum: quandiu ſm carnem noſſe perſiſtitis: chriſtum. Chriſto autem aſcendente corporaliter: non ſolum ſpiritus ſanctus: ſ3 pater ⁊ filius illis affuit ſpiritualiter. ¶ Ad quartam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt: quia licet chriſto reſurgenti in vitam immortalem congrueret locus celeſtis: tamen vſq3 ad aſcenſionem diſtulit: vt veritas reſurrectionis comprobaretur. Ad quã oſtendendaz oportuit: q̄ nõ ſtatim poſt reſurrectionem aſcenderet: ſed diu cum apoſtolis conuerſaretur: vt ex magna familiaritate omnis dubitatio tolleretur: quia ſi tm̃ apparuiſſet ſemel: potuiſſet videri aliqua illuſio. Et ideo pluries in illis .xl. diebus illis apparuit. Fuit etiam dilatata aſcenſio ad conſolationem diſcipulorum: qui de morte chriſti contriſtati fuerant. Et ideo dicit glo. Act. j. ſicut .xl. hore

fuerũt mortis xpi:ſ.a.xl.dico cũ eis cõuerſatus eſt poſt reſurrectionem:quia conſolatio diuina excedit triſticiam humanã vt magis extendat tempus cõſolationis: q̃ꝫ tribulationis. Quod aũt arguitur de alijs ſanctis: nõ valet:quia aliorũ ſanctorum nõ oportebit reſurrectionem probari:quia omnibus manifeſta erit. Et ideo nõ oportet ꝙ differatur aſcenſio eorum.

AD ſecũdam.q.ſic ꝑcedit. Et videtur ꝙ aſcẽſio xpi nõ fuit nobis vtilis:⁊ fructuoſa noſtre ſaluti. ¶ Primo ſic. Per paſſionem ⁊ deſcẽſum ad inferos:omne impedimentum remotũ eſt:et ianua paradiſi per paſſionem aperta eſt:et ſimiliter per baptiſmũ:quãdo celi apti ſunt Ergo per aſcẽſionẽ nihil nobis vtilitatis accreuit. ¶ Secũdo ſic. Chriſtus fuit cã noſtre ſalutis:inquãtuꝫ ſalutẽ noſtraꝫ meruit: Sed per aſcẽſioneꝫ nihil nobis meruit:qꝛ aſcẽſio pertinet ad premiũ exaltationis: nõ ẽ autẽ ideꝫ premiũ ⁊ meritum:ſicut nec via ⁊ terminus:Ergo.⁊c̃. ¶ In oppoſitum eſt illud Jo.xvj. Expedit vobis:vt ego vadam.i.recedã a vobis:per aſcẽſionem. Rñdeo: dicendũ ꝙ aſcẽſio xpi fuit fructuoſa:quia cauſa quodammodo noſtre ſalutis. Et hoc dupliciter. Uno modo ex pte noſtra. Alio modo ex parte ipſius. Ex parte quideꝫ noſtra:inquãtũ per xpi aſcẽſionẽ mens noſtra mouetur in ipm:qꝛ per eius aſcẽſiõem:vt in precedenti.q.diximus:datur locus fidei.ij.ſpei.iij.caritati.iiij.etiam vt reuerẽtia noſtra augeretur ad ipſuꝫ:dũ iam exiſtimamus eũ:nõ ſicut hominẽ terrenũ:ſed ſicut deum celeſtẽ:ſicut Apoſtolus dicit.ij.Cor.v. Et ſi cognouimus ſm carnẽ xpm mortalem:per quod putauimus euꝫ tñ hominem:vt glo. exponit:ſed nũc iam nõ nouimus. Ex parte autem ſua fuit cauſa noſtre ſalutis:quãtũ ad ea:que ipſe fecit aſcẽdens ꝓpter noſtrã ſalutẽ:⁊ pmo qdeꝫ viam nobis preparauit aſcẽdendi in celũ:ſm ꝙ ipſe dicit Jo.xiiij. Uado parare vobis locum ⁊ Michee.ij. Aſcẽdit pandẽs iter ante eos: Quia enim ipſe eſt caput noſtruꝫ:opꝫ ⁊ illuc ſequi mẽbra:quo caput preceſſit. Uñ dicit Jo.xiij. vt vbi ego ſum:⁊ vos ſitis. Et in huiꝰ ſignum aĩas ſanctorũ:quas de inferno deduxerat in celũ tranſduxit ſm illud. Ps. Aſcẽdens in altũ:captiuã duxit captiuitatẽ. Secũdo:quia ſicut põtifex in veteri teſtamẽto intrabat ſanctuariũ:vt aſſiſteret deo pro populo:ita xps intrauit in celũ ad interpellandũ pro nobis:vt dicitur ad Hebre.vij. Ipſa enim repreſentatio ſui ex natura humana:quã celo intulit:ẽ quedã interpellatio ꝓ nobis:vt ex quo deus humanã naturaꝫ ſic exaltauit:in xpo:etiaꝫ eorũ miſereat:pro quibus filius dei dicit humanaꝫ natura aſſumpſiſſe. Tertio vt in celorũ ſede:quaſi deus ⁊ dominus cõſtitutus:exinde diuina dona hominibus mitteret:ſm illud Ephe.iiij. Aſcẽdit ſuper omnes celos:vt adimpleret oia.ſ.donis ſuis ſm glo. ¶ Ad rõnes in oppoſitum. ¶ Ad primaꝫ rñdetur negando conſequẽtiã. Et rõ eſt:qꝛ lꝫ per paſſionẽ xpi oia impedimẽta fuerũt a nobis amota: ⁊ oia bona data:quãtũ ad meritũ:qꝛ.ſ.per paſſionẽ xps nobis meruit predicta:oportuit tamẽ:vt per effectũ iam illa bona introduceremur:quaſi in corporalẽ poſſeſſionẽ eorũ:q̃ iam nobis meruerat. Bona aũt glorie in tribus cõſiſtit. Primo in diuina viſiõe:que ẽ beatitudo anime:⁊ hoc per effectũ cõtulit: deſcẽdendo ad inferos. Secũdũ eſt gloria corporis. Et hoc inchoauit in ſua reſurrectione. Tertium eſt locus congruus. Et hoc preſtitit in ſua aſcenſione. In baptiſmo autem celi aperti ſunt in ſignum:ꝙ per baptiſmuꝫ quem tunc inchoabat:in quo eius paſſio operatur:plenarie celi aditus pateret nobis. ¶ Ad ſecũdam reſpondetur negando cõſequẽtiam. Et ratio: eſt:quia licet aſcẽſio chriſti nõ ſit cauſa noſtre ſalutis per modũ meriti:fuit tamen per modum efficiẽtie:inquantum humanitatis:ſm quã aſcẽdit:eſt quodãmodo inſtrumẽtũ diuinitatis:⁊ operatur in virtute eius.

a Ad tertiã ſic proceditur. Et videtur: q̄ nõ cõueniat xp̃o ſedere ad dexterã patris. ¶ Primo ſic. Dextera ⁊ ſiniſtra ſunt differentie poſitionũ corporaliũ. Sꝫ nihil corporale cõuenit deo: quia deus ſpiritus ẽ Io. iiij. Ergo videtur: q̄ xp̃o nõ conueniat ſedere a dextris patris. ¶ Secundo ſic. Si quis ſedet ad dexterã alicuius: ille ſedet ad ſiniſtrã eius. Si ergo xp̃s ſedeat ad dexterã patris: ſeqtur q̄ pater ſedeat ad ſiniſtrã filij: q̄ eſt inconueniens. ¶ Tertio ſic. Vel cõuenit xp̃o ſedere ad dexterã patris ſm̃ q̄ deus: vel ſm̃ q̄ hõ: Sed nec ſic: nec ſic: Ergo ⁊c̃. Aſſumptũ pbatur: q̄ nõ ſm̃ q̄ deus: quia xp̃s ſm̃ q̄ deus: dicit̃ dextera dei patris: Sed nõ videt̃ idem eſſe dextera alicuius: ⁊ ille qui ſedet ad dexterã ei⁹. Ergo xp̃s ſm̃ q̄ deus: nõ ſedet ad dexterã patris. Sꝫ nec etiã nõ ſm̃ q̄ homo: pbat̃ ſic. Dicit Damaſ. Dexterã patris dicimus gloriã ⁊ honorẽ diuinitatis: Sed honor et gloria diuinitatis nõ cõuenit xp̃o: ſm̃ q̄ homo: Ergo videt̃: q̄ xp̃o ſm̃ q̄ homo: nõ cõueniat ſedere ad dexterã patris. ¶ In oppoſitũ ẽ euangeliũ preſens. Rñdeo dicendum: q̄ xp̃o cõuenit ſedere a dexteris patris: vt dicitur in ſimbolo. Patet cõcluſio. Ad Heb. c. i. dicitur de xp̃o. Sedet ad dexterã maieſtatis in excelſis. Pro qua cõcluſione notãduꝫ pmo q̄ dextera eſt pars nobilior corporis. Unde qui alteri ad dexterã ſedet: nobiliſſimo modo ei coniungitur. Modus autẽ ſm̃ queꝫ aliquis ꝑatri coniungitur: vel eſt nobiliſſimus ſimpliciter: ⁊ ſic eſt eſſe equalẽ ſibi: ⁊ hoc cõuenit xp̃o ſꝫ diuinaꝫ naturã: vel eſt nobiliſſimus: quãtũ poſſibile eſt creature: ⁊ hoc ẽ cõiungi ei in vnione perſone filij eius: ⁊ ſic cõuenit ſedere ad dexteraꝫ xp̃o: ſm̃ humanã naturam. Signat enim ſeſſio firmitatẽ illius coniunctionis: Et ita in glo. ad. Ro. viij. exponitur de xp̃o: vbi dicitur. Qui eſt ad dexteraꝫ dei. ſ. patris. i. equalis patri: vel in potioribus bonis patris. vbi dextera patris eſt: vel equalitas patris: vel potioritas bonorũ patris.

¶ Ad rationes in oppoſitũ. ¶ Ad primã rñdetur negando ꝯñam. Et ratio eſt: qa ibi dextera nõ ꝓprie dicit̃: ſed metaforice. Unde Damaſ. dicit. iiij. libro nõ localẽ dexteraꝫ patris dicimus: ſed per dexteram patris dicimus gloriaꝫ ⁊ honoreꝫ diuinitatis. ¶ Ad ſecũdã reſpondetur: q̄ rõ illa procedit: ſm̃ q̄ ſedere ad dexterã: intelligit̃ corporaliter. Unde Auguſt. dicit in quodã ſermone de ſimbolo. Si carnaliter accepim⁹: q̄ xp̃s ſedet ad dexterã patris: ille erit ad ſiniſtrã. Ibi aũt. i. in eterna beatitudine omnis dextera eſt: quia ibi nulla eſt miſeria. Ad tertiam reſpondetur: q̄ xp̃o conuenit ſedere ad dexteraꝫ patris: ⁊ ſm̃ q̄ deus: et ſm̃ q̄ hõ: alio ⁊ alio mõ. Pro quo notãdũ: q̄ nomine dextere tria intelligi pñt. Uno modo ſm̃ Damaſ. gloria diuinitatis. Alio mõ ſm̃ Auguſt. beatitudo patris. Tertio ſecundum eundem iudiciaria poteſtas. Sedere ad dexteram patris: nihil aliud eſt q̄ꝫ ſimul cum patre habere gloriã diuinitatis: ⁊ beatitudinẽ: ⁊ iudiciariaꝫ poteſtatem. Sꝫ hoc incõmutabiliter ꝯuenit xp̃o: ſm̃ q̄ dõ. Unde manifeſtũ eſt: q̄ xp̃s ſm̃ q̄ deus: ſedet ad dexteraꝫ dei patris: ita tamẽ: q̄ hec ꝓpoſitio: ad: que tranſitiua eſt: ſolum diuiſionẽ pſonalẽ importet: ⁊ originis ordinẽ: non aũt gradũ nature: vel dignitatis: qui nullus eſt in diuinis perſonis. Et ita ſm̃ primã expoſitionẽ: que eſt q̄ dextera patris dicatur equalitas eius. Chriſto: ſecũdũ q̄ deus eſt: cõuenit ſedere ad dexterã patris. Et ad rationẽ in oppoſitũ reſpondet̃: q̄ nõ eſt incõueniens: q̄ filius dicatur dextera: ⁊ ſedere ad dexteraꝫ: ſm̃ diuerſas ſimilitudines: qa mathematice: vtrumqꝫ dicitur. Dextera. n. dicitur. ſ. q̄ per ipſum pater operatur. Sꝫ ſedere ad dexteraꝫ ratione predicta. Quod autem etiam ſm̃ q̄ homo: xp̃o cõueniat ſedere ad dexteram patris: patet ſm̃ ſecũdã expoſitionem ſuperius dictaꝫ: que eſt ſedere in potioribus bonis patris. Pꝫ q̄ xp̃s ſm̃ q̄ hõ ſedet ad dexterã patris in bonis

paternis: potioribus ꝑteriis: in maiori bea-
titudine ⁊ habens iudiciariã poteſtatẽ. Ad
rõnem in contrarium videtur ꝙ nõ ꝓcedit
q2 non conuenit xp̄o. ſm ꝙ homo: ſm pri-
mam expoſitionem: que eſt eẽ equalem pa-
tri: ſed bene ſcõo modo: vt dictum eſt.

¶ Dominica infra octauas eſt euangeliũ.
In illo tp̄e dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cũ
venerit paraclitus ⁊c̄. Jo. xv. Circa ꝙ poſ-
ſunt diſputari ſequentes queſtiones.

¶ Primo: vtrum ſp̄us ſanctus procedat a
patre ⁊ filio.

¶ Secundo: vtrum ſp̄us ſanctus ſufficien-
ter perhibuit teſtimonium de xp̄o.

Ad primã ſic procedit. Et
videtur ꝙ ſp̄us ſanctus nõ
procedit a filio ſed a patre
ſolo. ¶ Primo ſic: ex pre-
ſenti euãgelio ⁊ Dio. Ni-
hil eſt audẽdum dicere de
ſubſtantiali diuinitate preter ea: que diuini-
tus nobis ex ſacris eloquijs ſunt expreſſa.
Sed in ſcriptura ſacra non exprimit: ꝙ ſpi-
ritus ſanctus procedat a filio: ſed ſolũ ꝙ ꝓ-
cedat a patre: vt patet in euãgelio p̄ñti. Jo.
xv. vbi dicitur: ſp̄m veritatis: qui a patre
procedit. Ergo ſp̄us ſp̄us non ꝓcedit a fi-
lio. ¶ Secũdo ſic. Dio. Pater quidẽ ẽ fõ-
talis deitas: filius ⁊ ſp̄us ſanctus deigene
deitatis. Si ita oportet dicere: pullulatiões
ſunt dĩe nature: ⁊ ſicut flores: ⁊ diuina lu-
a ſanctis eloquijs accepimus: Sed pullula-
tio nõ eſt a pullulatiõe: nec flos a flore: Er-
go nec ſp̄us ſcũs a filio ¶ Tertio. In legẽ-
da beati Andree dicit. Par vobis: ⁊ vni-
uerſis: qui credũt in vnũ deũ patrem: ⁊ in
vnũ filium eius: dñm noſtrum ieſuꝫ xp̄m: ⁊
in vnum ſp̄m ſcũm: ꝓcedentẽ a patre: ⁊ i
filio ꝑmanẽtẽ. Sed autẽ ꝑmanet in aliquo:
nõ ꝓcedit ab eo: Ergo ſp̄us ſcũs non ꝓce-
dit a filio. ¶ Quarto ſic. Dicit Dama.
Sp̄m ſanctuꝫ ex patre dicim⁹: ⁊ ſp̄m pa-
tris nominam⁹. Ex filio autẽ ſp̄m non di-
cimus: ſp̄m autẽ filij nominamus: Ergo

ſp̄us ſanctus non ꝓcedit a filio. ¶ Quīto
ſic. Filius ꝓcedit vt verbũ: Sed ſp̄us no-
ſter in nobis nõ ꝓcedit a verbo nr̄o. Er-
go nec ſp̄us ſanctus ꝓcedit a filio. ¶ In oppo-
ſitum eſt illud. Athanaſij. Sp̄us ſanctus a
patre ⁊ filio nõ factus: nec creatus: nec ge-
nitus: ſed ꝓcedens. Secundo ſic. Aīa nr̄a
eſt imago trinitatis: Sed amor in aīa: que
repñtat ſp̄ꝫ ſcm̄: ꝓcedit a notitia: que re-
preſentat filiũ: Ergo ⁊ in diuinis ſp̄us ſcũs
ꝓcedit a filio. Tertio ſic. Omnis amor ꝓ-
cedit ab amãte: Sed ſp̄us ſanctus ẽ amor
patris ⁊ filij: ſm Aug. ⁊ Dama. Et amor
amborũ: Ergo ꝓcedit ab vtroqꝫ. Quarto
ſic. Sp̄us ſanctus ẽ tertia pſona in trinitate
filius ſecũda: pr̄ prima: Sed ternarius ꝓce-
dit ab vnitate mediante binario: Ergo ſpi-
ritus ſanctus ꝓcedit a patre mediãte filio.
Reſpõdeo dicendũ: ꝙ q2 textus p̄ñtis euã-
gelij dicit: qui a patre ꝓcedit: ⁊ non addit
a patre ⁊ filio: dicunt greci: ꝙ ſp̄us ſanctus
nõ procedit a filio: ſed ſolũ a patre: in quo
grauiter errãt. Vnde ponitur cõtra eos: ta-
lis cõcluſio: ꝙ ſuppoſita trinitate perſona-
rũ: eſt neceſſariũ confiteri ſp̄m ſanctum ꝓ-
cedere a filio. Iſta cõcluſio oſtendit ſic: qm̄
hoc remoto: ineuitabiliter remouet diſtin-
ctio perſonalis: ſp̄us ſancti: a filio. Pꝫ hoc
Non enim diuine perſone ſecundũ nihil
abſolutum diſtinguunt: q2 quicquid abſo-
lute in diuinis dicitur: ad vnitateꝫ eſſentie
pertinet: opꝫ ꝙ ipſarum diſtinctio ſit ſm re-
lationes oppoſitas. oppoſitas dico: q2 rela-
tiões diſtinguere nõ poſſunt perſonas: niſi
ſm ꝙ ſunt oppoſite. Sed ex hoc patet: q2
pater hꝫ duas relatiões: quarũ vna refer-
tur ad filiũ: alia ad ſp̄m ſanctum: que tñ: q2
non ſunt oppoſite: nõ conſtituunt duas pſo-
nas: ſed ad vnam perſonã patris tm̄ perti-
nent. Si igitur in filio: ⁊ in ſp̄u ſancto non
eſſet inuenire niſi duas relatiões: quibus
vterqꝫ refertur ad patrẽ: ille relatiões non
eſſent adinuicem oppoſite: ſicut nec due re-
lationes: quibus pater refertur ad illos. vñ

de ſicut perſona patris eſt vniaritã ſequere
tur: ꝙ perſona filij ⁊ ſpũs ſancti eſſet vna:
habens duas relationes oppoſitas duab⁹
relationibus patris. Hoc autẽ eſt hereticũ
cũ tollat fide; trinitatis. Oportet igitur ꝙ
filius ⁊ ſpũs ſanctus ad inuicem referantur
oppoſitis relationibus: non poſſunt in diui
nis eſſe alie relationes oppoſite: niſi rela-
tiones originis. Oppoſite autem relatiões
originis accipiuntur ſm principium: ⁊ ꝙ
eſt a principio. Relinquitur igitur: ꝙ ne-
ceſſe eſt dicere: vel filium eſſe a ſpiritu ſan
cto: quod nullus dicit: vel ſpiritum ſanctum
eſſe a filio: quod nos confitemur: ⁊ ꝙ fuit
concluſio ſuperius poſita: que concluſio eti
am patet ex ratione proceſſionis vtriuſqꝫ.
Dicitur enim filius procedere ꝑ modũ in
tellectus: vt verbum: ſpiritus autem ſanct⁹
per modum voluntatis vt amor. Neceſſe
eſt autem: ꝙ amor a verbo procedat. Non
enim aliquid amamus: niſi ꝙ conceptione
mentis apprehendimus. Unde hoc mani-
feſtum eſt: ꝙ ſpiritus ſanctus procedat a fi
lio. ¶ Ad rationes in oppoſitum. Ad pri-
mam reſpondetur ꝙ de deo dicere non
debemus: ꝙ in ſacra ſcriptura nõ inuenia
tur: vel per verba: vel per ſenſu;. Licet au
tem per verba expreſſe non inueniatur in
ſacra ſcriptura: ꝙ ſpiritus ſanctus proce-
dat a filio: inuenitur tamen quantum ad ſẽ
ſum: ⁊ precipue: vt dicit filius. Jo. xv. De
ſpiritu ſancto loquens: ille me clarificabit:
quia de meo accipiet. Regulariter etiam
in ſacra ſcriptura tenendum eſt: ꝙ id quod
de patre dicitur: oportet de filio intelligi: eti
am ſi dictio excluſiua addatur: niſi ſolum il
lis: in quibus pater ⁊ filius ſm oppoſitas
relationes diſtinguuntur. Quom eni; do-
minus. Mat. xj. dicit: Nemo nouit filium
niſi pater: non excluditur: quin filius ſeipſũ
cognoſcat. Sic ergo cum dicitur: ꝙ ſpirit⁹
ſanctus a patre procedit: nõ excluditur in-
de filius: etiam ſi a ſolo pater adderetur:
quia quantum ad hoc: quod eſt eſſe princi-
pium ſpiritus ſancti: non opponuntur pa-
ter ⁊ filius: ſed tantum ad hoc: ꝙ hic eſt
pater ⁊ ille filius. ¶ Ad ſecundam reſpon
detur negando conſequentiam. Et ratio ẽ
quia rationes ille ſunt ſimbolice: ⁊ ideo ex
eis non procedit argumentatio: ſicut idem
Dio. dicit in epiſtola ad Titum. ꝙ ſimboli
ca theologia non eſt argumentatiua: eſt ſi-
militudo quantum ad aliud. ſ. ꝙ flores ſũt
ab vno: tamen non eſt ſimilitudo: quantum
ad omnia. ¶ Ad tertiam reſpondetur ne-
gando conſequentiam. Et ratio eſt: ſpirit⁹
eni; ſanctus poteſt dicere quieſcere in filio
tripliciter. Primo ſm humanam naturam
ſm illud Ja. xj. Egredietur virga de radi
ce Jeſſe: ⁊ flos de radice eius aſcendet: ⁊
requieſcet ſuper eum ſpiritus domini: ꝙ
in eo nihil contrarium vnquã reperijt gra
tie. Alio modo intelligitur ſpiritus ſanctus
in filio requieſcere: quia virtus ſeparatiua
a patre: datur filio: ⁊ vltra non procedit.
Tertio ſm ꝙ amor dicitur quieſcere in a-
mato: ⁊ in quo quietatur amantis affectus
per nullum autem iſtorum modorum ex-
cluditur: proceſſio ſpiritus ſancti a filio.
¶ Ad quartã reſpondetur: ꝙ in hac par
te non creditur Damaſceno: quia dicitur
fuiſſe illo tempore: quo cepit iſta contro-
uerſia ſuper hac queſtione inter grecos ⁊
latinos: tamen non negat quin ſit ex filio:
ſed dicit ſe non credere: ꝙ ſit a filio: quia
adhuc inter eos in dubio vertebatur.
¶ Ad quintam reſpondetur: ꝙ duplex ẽ
verbum. ſ. vocale: ⁊ verbum mentis: ⁊ du
plici verbo reſpõdet duplex ſpiritus. Ver
bo enim vocali reſpondet ſpiritus corpora
lis: ⁊ verbo mentali ſpiritus amoris inti-
mi. Unde dicimus: ꝙ verbum ſm genera
tionem eternam eſt ſimile verbo mentali.
Jo. j. In principio erat verbum. Et ideo a
verbo ꝓcedit ſpiritus ſanctus: ſicut a ver
bo mentali: ſed filius ſ; ꝙ carnẽ aſſumpſit:
h; ſilitudinẽ vbi vocalis. Et ſic̃ formatio vo
cis fit ꝑ aerẽ reſpiratũ: ita icarnatio vbi fa

ma eſt per operationē ſpiritus ſancti. Et ita
rō nō ꝓcedit: quia verbū in diuinis nō acci
pitur ſm ſimilitudinē verbi vocalis: a quo
non ꝓcedit ſpūs: ſed ſm ſimilitudinē verbi
mētalis: a quo amor procedit.

a Ad ſecūdam q. ſic proceditur. Et
videtur ꝙ ſpiritus ſanctus non
ſufficienter teſtimoniū reddide
rit de xpo. ¶ Primo ſic. Quom
dicitur in Pſ. Teſtimonium fidele illumi
nās oculos: ſapientiam preſtans paruulis: vi
detur ꝙ poſt ſufficiēs teſtimoniū de aliqua
re omnis eſt ablata dubitatio: de illa: et erro
res ceſſant: Sed poſt teſtimoniū ſpiritꝰ ſan
cti de xpo nō ceſſarunt dubitationes de eo:
nec errores: inimo creuerunt: qm̄ multi ſur
rexerunt errores circa paſſionē xpi: vt patz
Ergo videtur ꝙ teſtimoniū ſpūs ſancti fa
ctū de xpo: nō fuerit ſufficiens. ¶ In op-
poſitū eſt euangeliū pñs: vbi ſpūs ſanctus
vocat ſpūs veritatis: qui vt Jo. xvi. dicitur
docet omnē veritatē. Et Job. xiij. dicit. In-
ſpiratio omnipotentis dat intelligentiam: Er
go teſtimoniū ſpiritus ſancti: quantum ē ex
parte ſui: fuit ſufficientiſſimū teſtimonium.
Rūdeo: dicendū ꝙ teſtimoniū ſpūs ſancti
fuit ſufficiens apud bene diſpoſitos: apud
habētes deſiderium ſciēdi veritatem. Notā
dum autem: ꝙ ſpūs ſanctus tripliciter perhi
buit teſtimoniū de xpo. Primo inſtruendo
diſcipulos: et fiduciam eis prebendo ad teſti
ficandum Mat. x. Nō enim vos eſtis: q lo-
quimini: ſ; ſpūs ſanctus: qui loquitur in vo
bis. Secundo ſua dona cōmunicādo credē
tibus in xpm: ad Heb. c. ij. Cōteſtante deo
ſignis et ꝓdigijs et varijs ſpiritus ſancti di
ſtributionibus. Tertio emolliendo audien-
tiū corda. Pſ. Emitte ſpiritū tuū et creabū
tur: et renouabis faciem terre. Secūdo: no
tādum: ꝙ a multis xpus habuit teſtimonium
ſue diuinitatis. Primo a patre ſuo celeſti i
baptiſmo: et in transfiguratiōe: qui ait. Hic
eſt filius meus dilectus et c. Secūdo: a ſpiri-
tu ſancto: ſicut dictū eſt. Tertio: teſtimonium
perhibuerunt opera miraculorum: que nemo
alius fecit. Unde Jo. vi. Opera que ego
facio in nomine patris mei: teſtimoniū per
hibent de me. Quarto: Moyſes in lege.
Unde Jo. vi. Si crederetis Moyſi: cre-
deretis forſitan et mihi. De me enim ille ſcri
pſit. Deut. xviij. Prophetam de gente tua:
et de fratribus tuis: ſicut me: ſuſcitabit tibi
dñs deus tuus. Quinto: ſcriptura ꝓpheta
rum totius veteris teſtamenti. Unde Apo.
xix. Teſtimoniū ieſu eſt ſpūs ꝓphetie. Sex
to. Jo. baptiſta. Unde Jo. vi. Uos miſiſtis
ad Jo. et teſtimoniū perhibuit veritati: cum
ait. Jo. Ecce agnus dei ecce qui tollit pec-
cata mūdi. Septimo: turba clamantium in
die palmarū. Benedictus qui venit in no
mine domini. Octauo: apoſtoli: de quibus
dicitur in preſenti euāgelio. Et vos teſtimo
niū perhibebitis. quia ab initio. ſ. predica-
tionis: et operationis miraculorum: mecum
eſtis. Unde Act. iiij. dicitur. Uirtute ma-
gna reddebant apoſtoli teſtimoniū ieſu xpi
domini noſtri. ¶ Ad rationem in oppoſi-
tum reſpondetur negando cōſequentiam.
Et ratio eſt: quia ꝙ poſt teſtimonium perhi
bitum a ſpū ſancto: et ab omnibus iam dictis:
nō fuerint omnino ablati errores: et dubita
tiones ab hominibus: nō fuit ex inſufficien
tia teſtimonij: ſ; ex indiſpoſitione: et malitia
hominum nolentium accipere doctrinam ve
ritatis. Unde bene dicitur i Pſ. Teſtimo
nium domini ſapientiam preſtans paruulis.
i. humilibus: et nō ſuperbis: et rebellibꝰ lu-
mini veritatis.

¶ In die penthecoſten euangelium eſt. In
illo tempore dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si
quis diligit me: ſermonē: et cetera. Jo. xiiij.
Circa qđ poſſunt diſputari ſequentes. q. ſ.
¶ Primo: vtrum ſpiritui ſancto conueniat
viſibiliter mitti.
¶ Secundo: vtrum conſequēter miſſus ſit
in linguis igneis.
¶ Tertio: vtrum verū ſit: ꝙ ſpūs ſanctus
docuerit apoſtolos omnia.

a. Ad primam ſic proceditur. Et vi
detur ꝙ ſpiritui ſancto nō cō-

# In die penthecoſtes.

ueniat mitti viſibiliter. ¶ Primo ſic. Filiꝰ enim ſecũdum ꝙ viſibiliter miſſus eſt ĩ mũdum: dicitur eſſe minor patre: Sed nunq̃ȝ legitur ſpũs ſctũs minor patre. Ergo ſpiritui ſancto nõ cõuenit viſibiliter mitti. ¶ Secũdo ſic. Miſſio viſibilis eſt ſcḋm ꝙ diuina perſona aliquo modo ẽ in aliquo: quo prius nõ fuerit: Sȝ nulla creatura viſibili põt eſſe aliquo modo: quo prius nõ fuerit. Eſt enim in oibus creaturis eſſentialiter: potẽtialiter pñtialiter: ⁊ inter hec in ſanctis mẽtibus ꝑ gratiã: quo modo in aliquo viſibili corpore eſſe nõ põt: Ergo videt̃: ꝙ miſſio viſibilis ſpiritui ſancto nõ conueniat. ¶ Tertio ſic. Si dicatur: ꝙ eſt in illis creaturis viſibilibus alio modo: q: ſicut in ſignũ cõtra rationẽ ſacramẽti eſt: ꝙ in ipſo ſit deus: ſicut ĩ ſigno viſibili. Si ergo ꝓpter hoc dicit̃ viſibiliter mitti: q: in rebus viſibilibus ẽ: ſicut in ſignis: tũc ille res erũt ſacramẽta: ⁊ in oĩbus ſacramentis eẽt miſſio viſibilis: quod eſt falſum. ¶ Quarto arguitur ſic. Quoniã ois effectus ſit demonſtratiuus ſue cãe: eſt ſignum illius: Sȝ oẽs creature repreſentant ipſum deum: tanquã cãm per imaginẽ: vel veſtigium: Ergo ſcḋm hoc in alijs creaturis viſibilibus mittetur viſibiliter: Sȝ hoc eſt falſum: Ergo ⁊c̃. ¶ In oppoſitum eſt euangeliũ pñs: vbi inquit xp̃s. Paraclitus autẽ ſpũs ſanctus: quem pater mittet in nomine meo. ⁊c̃. Rñdeo dicendũ: ꝙ ſpũi ſancto cõuenit viſibiliter mitti. Pȝ concluſio. Unde Mathei. iij. Spũs ſanctus deſcẽdit ſuper xp̃m cum baptizaretur in ſpecie columbe: ⁊ hodie ſuper apoſtolos in ſpecie ignis. Pro quo notandũ: ꝙ deus vt dicit Dionyſ. ꝓuidet oibus: ſcḋm vniuſcuiuſqȝ modũ. Eſt autẽ modus naturalis hominis: vt per viſibilia ad inuiſibilia manuducatur. Et iõ viſibilia dei oportuit homini per viſibilia manifeſtari. Sicut ergo deus ſeipſum: ⁊ ꝓceſſiones eternas perſonarũ per creaturas viſibiles: ſcḋm aliqua indicia: quodãmõ hoibus demõſtrauit. ita cõueniẽs fuit vt inuiſi [illegible]

quas viſibiles creaturas manifeſtarentur. ¶ Ad rõnes in oppo. dicendũ. ¶ Ad primaȝ rñdetur negando ꝯñam. Et rõ eſt: q: filius creaturã viſibilẽ: in qua apparuit: ĩ vnitatẽ perſone aſſumpſit: ſicut ꝙ de illa creatura dicitur: de filio dei dici poſſit. Et ſic ratiõe nature aſſumpte: filius dicit̃ minor patre: Sed ſpũs ſanctus nõ aſſumpſit: creaturã viſibilẽ: in qua apparuit in vnitatẽ perſone: vt ꝙ illi cõuenit: de illo predicet̃. Unñ nõ põt dici minor patre ꝓpter creaturã viſibilẽ. ¶ Ad ſecũdaȝ reſpondetur negãdo ꝯñaȝ. Et rõ eſt: q: minor eſt falſa. Dicimus enĩ: ꝙ ſpũs ſanctus in illa creatura viſibili in qua apparet: eſt nouo mõ. ſ. ſicut ĩ ſigno. ¶ Ad tertiaȝ rñdetur negando conſequẽtiã. Et rõ eſt: q: nõ eſt ſimile de ſacramẽtis: ⁊ de rebus: in quibus fit miſſio viſibilis. q: ſacramẽta veteris legis ſignificabant quidem gratiã affuturã: nõ pñtem: eo ꝙ in eis gratia nõ ꝯferebatur. Sacramẽta vero noue legis nõ tñ ſunt ſigna: ſȝ etiaȝ eẽ quodãmõ: ⁊ ipſam gratiã nõ ſignificãt: vt iã habitã. ſed vt per ſacramẽta inducendã. Sed ille ſpẽs ſunt tñ ſigna preſentis gratie: ⁊ cauſe. ſicut pȝ: ꝙ circa xp̃m ad quẽ viſibilis miſſio facta eſt: nihil gratie inuiſibilis effectũ ẽ. Unñ etiam oẽs ad quos viſibilis miſſio facta ẽ: gratiã hñt. Nõ aũt oĩa: quibus ſacramenta cõferunt̃: gratiam ſuſcipiũt: q: cauſalitas ſacramẽtũ impedit. Significat enim gratiaȝ: nõ vt exiſtentẽ: ſed vt cauſandam quodam mõ per ipſũ. ¶ Ad quartã rñdetur negando ꝯñam. Et rõ eſt: q: non eſt ſimile de his ſpeciebus: ⁊ de creaturis: q: q̃uis ois creatura ſignificet deũ eẽ: ⁊ bonitatẽ illius: non tñ ſignificat ipſum eſſe per gratiã in aliquo niſi ad hoc ſpecialit̃ inſtituat̃: ſicut ille creature viſibiles ad hoc ſpecialiter facte ſunt: vt in eis pñtia ſpũs ſancti inſigneatur.

Ad ſecũdam. q. ſic ꝓcedit̃. Et videt̃ ꝙ nõ cõuenienter ſpiritus ſanctus miſſus ẽ ſuper apoſtolos ĩ linguis igneis. ¶ Primo ſic. Quãto aliqd nobiliꝰ

eſt tāto nobilior ꝯ ꝓprietates h;. Sʒ melio
ribus ꝓprietatibus creatura nobilius diui
nā bonitatē repn̄tat. Ergo cū miſſio viſibi
lis ſit ad manifeſtanduʒ diuinas perſonas:
videtur: ꝙ ſemper per creaturas nobiliſſi
mas fieri dʒ: vt per ſtellaʒ vel aliqd hmōi: ⁊
nō p ignē: aut colūbā. ¶ Secūdo ſic. Spiri
tui veritatis nō decet aliqua fictio: Sʒ ſpūs
ſanctus eſt ſpūs veritatis: vt dicit Jo. xv.
Ergo nō decet ꝙ per aliqs ſpēs: qbus nō
ſubſit: rei veritas apparere. Et ita videt: ꝙ
lingue ignis vere lingue ⁊ verus ignis fue
rit. qḋ nō ē verū. q: nō cōburebat peracto
illo officio. Et idē arguitur de columba: in
qua apparuit ſuper xp̄m: ꝙ verū aial fuerit
⁊ tn̄ nō fuit: Ergo. ⁊c̄. ¶ Tertio ſic. Spūs
ſcūs vnus eſt. Sed ſignū dʒ rn̄dere ſigna-
to. Ergo videtur: ꝙ in vno tm̄ ſigno ſpirit⁹
ſcūs apparere debuit. ſ. in ſpecie colūbe ſi-
cut prius: ⁊ nō in linguis igneis. ¶ In op-
poſitū eſt epiſtola pn̄tis diei. vbi dicitur de
ſpiritu ſancto. Apparuerunt illis diſpartite
lingue tanqʒ ignis: ſeditqʒ ſuper ſingulos
eoꝝ. Rn̄deo dicendū: ꝙ cōuenientiſſime ſpi
ritus ſcūs miſſus eſt ſuper apoſtolos in lin
guis igneis. Pro quo notādū: ꝙ miſſio vi
ſibilis fit ad ſignificādum plenitudinē gra-
tie redundātis in multos: ꝓpter qḋ manife
ſtatio talis alijs etiam fit. Redūdat aūt gra
tia dupliciter. ſ. per inſtructionē: ⁊ per ope
rationē. ſcd̄m ꝙ ſe hʒ aliquo mō ille: in quo
eſt gratie plenitudo efficienter ad gratiam.
Vterqʒ aūt modus redundātie fuit in xp̄o
Ille eni per doctrinaʒ ſuam in dei cognitio
nē adduxit: ipſe etiā gratiā dedit: inquātum
deus effectiue ⁊ inquātum hō per modum
meriti. Vn̄ ad ſignificandū redūdātiā gra
tie ipſius in nos: per modū operatiōis: fa-
cta eſt miſſio viſibilis ad ipſum in baptiſ-
mo. q: ſicut ipſe nihil recipiēs a baptiſmo:
tactu ſue mūdiſſime carnis: vim regenerati
uaʒ cōtulit aquis efficiēter: vt deus: ⁊ meri
torie: vt homo. Et in ſpecie colūbe eſt facta
ad ipſum miſſio ſpūs ſancti ad ſignificāduʒ
ſpūalem fecūditatem. q: colūba eſt aial fecūdiſ

ſimuʒ eſt. Propter qḋ etiā pater apparuit
in ſono vocis: naturalem filiationē ipſius ꝓ
teſtans: dicens. Hic eſt filius meus dilectus
⁊c̄. Ad cuius filiatiōis ſimilitudinē per ba
ptiſmalem gratiam in filios adoptionis re-
generamur. vt dicitur ad Ro. viij. Ad ſi-
gnificādum vero redundātiam gratie: ex ip
ſo in alios per modū doctrine: apparuit ſpi
ritus ſcūs ſuper ipſum in nube lucida: cui⁹
eſt lumen doctrine ſpargere. Job. xxxvij.
Nubes ſpargit lumē: in quo ſignificat effe
ctus doctrine eius per predicationem: ſm
Gregoriū: ⁊ hoc in trāſfiguratione vt dicit
Mat. xvij. ſm glo. Auguſt. Similiter ⁊ in
apoſtolis bis facta eſt miſſio viſibilis ſpūs
ſancti. Primo ad inſinuādaʒ redūdantiam
gratie ex ipſis: per modū operatiōis: in ad-
miniſtrationē ſacramētoꝝ: in ſpecie flatus:
vt legitur. Jo. ij. Vn̄ ibi dicitur. Quoꝝ re
miſeritis peccata: ⁊c̄. vt oſtēderetur: ꝙ ta-
lis auctoritas nō deueniret in eos: niſi ex influē
tia capitis. ſ. xp̄i. In ipſum aūt xp̄m deuenit
immediate ab ipſo patre. Et ꝓpter hoc in ip
ſo ſignificatur hec auctoritas per volatū co
lumbe deſuper aduenientis: in apoſtolis aūt
per ſpēm flatus a xp̄o ꝓcedentis. Secūdo
facta eſt ad eos miſſio viſibilis: ad inſinuan
dū redundātiā per modū doctrine. Et hoc
in pn̄ti die. Vn̄ legitur. Act. ij. Apparuit ſu
per eos in linguis igneis: verbis: vt eēnt ꝓ-
flui: ⁊ caritate feruidi: zelantes proximoꝝ
ſalutem. ¶ Ad ratiōes in oppoſitū. ¶ Ad
primam reſpondetur negādo ꝯn̄am. Et rō
eſt: q: quāuis in nobilioribus creaturis ſimi
litudo diuine perfectiōis: quo ad attributa
eſſentialia magis inueniatur: tn̄ quo ad ꝺi
ſtīctionē vnius perſone ab alia: ⁊ quātū ad modū
proceſſiōis donoꝝ a deo ⁊ effectus ipſoꝝ:
pōt etiā in ignobilioribus creaturis ſimili-
tudo cōuenientior attendi: ſicut fecūditas in
colūba: ⁊ locutio in lingua. Et hoc oportuit
per miſſionē viſibilē ſignificari. ¶ Ad ſe-
cūdaʒ rn̄detur negādo: ꝙ in illa miſſiōe vi
ſibili ſpūs ſcti fuerit aliqua fictio: lʒ dicatur
ꝙ ignis ille nec fuerit verus: nec naturalis:

nec colūba vera: ⁊ naturale aial ſed tm̄ ſimi
litudo columbe viſibiliter oſtēſa in aliqua
materia: ad hoc preparata. Un̄ ⁊ peracto
officio in p̄ſtinam materiā eſt reuerſa. Et ſi
militer de igne: nec fuit ibi aliqua fictio: q2
ille ſimilitudines ignis: aut colūbe nō oſten
debantur ad manifeſtādū alicuius veritatē
in ipſa colūba: ſiue igne: ſ3 ad manifeſtādas
pprietates inuiſibilis miſſiōis. Et ideo nō
fuit ibi fallitas ſigni: q2 ſignatū r̄ndebat ſi-
gno: ⁊ res ſimilitudini. ❡ Ad ternā reſpō
detur negando cōſequentiā. Et rō eſt: q2 l3
ſpūs ſanctus ſit vn⁹ ſubſtācialiter: h3 tamen
multos effectus: d̄ quos dicitur multiplex
Sapiētie. vij. Spēs autē illi: i qbus ſpirit⁹
ſctūs apparuit: ſignificabāt effect⁹. Et ideo
ſecundum plures ſpēs apparuit: ⁊ pluries.
Et ita rō non procedit.

Ad tertiam. q. ſic procedit. Et
videtur: q2 ſpiritus ſanct⁹ nō
docuit in miſſiōe ſua apoſto-
los oīa. ❡ Primo. Ut apo-
ſtoli poſt miſſionē ſpirit⁹ ſan
cti nō ſciuerunt omnia: Ergo ſpiritus ſan-
ctus nō docuit eos oīa. Cōſequētia pa3. Et
antecedēs p3 de multis. Un̄ Mathei. xvij.
dicit. ❡ Scdo ſic. Apoſtolis non eſt datus
ſpiritus ſanctus ſine mēſura ſicut xp̄o. De
quo dr̄. Jo. iij. Datus eſt ſpūs ſanctus non
ad mēſurā: Ergo nō ſciuerūt oīa. Cōſequē
tia eſt bona. ❡ Tertio ſic. Propriū videt
dei: ſcire oīa: cui oīa patēt: Ergo ſpūs ſctūs
nō docuit apoſtolos oīa. Tunc eni videret
eos equaſſe deo. ❡ In oppoſitū eſt textus
euāgelij p̄ntis. R̄ndeo dicēdū: q2 loquēdo
vniuerſaliter abſolute ſpūs ſanctus nō do-
cuit apoſtolos oīa: vt argumēta facta pro-
bant: ſ3 dicitur eos docuiſſe oīa: ſcdm qua-
druplicē intellectū. Primo dicit ſpūs ſctūs
docuiſſe oīa: q2 nullus pōt habere itelligen
tiā de aliquo: niſi per ſpm̄ ſctūm: q2 quamū
cūq3 hō doceat exterius: niſi ſpūs ſctūs in-
terius det itelligentiā: fruſtra laborat. Job.
xxxij. Inſpiratio altiſſimi dat itelligentiam.
Secundo dr̄ docuiſſe oīa: q2 oīa neceſſaria
ad ſalutē: ad impugnationē erroꝝ: ⁊ ad gu
bernationem eccleſie. Tertio dicit docuiſſe
apoſtolos omnia: dando eis intelligentiam
omniū: que audierūt a xp̄o: a quo audierāt
multa: que pro tunc non intellexerūt. Quar
to dicitur docuiſſe omnia: q2 vt infra ſequi
tur ſuggeſſit eis omnia. i. reduxit ad memo
riam omnia: quecūq3 a xp̄o audierāt: quo-
rū multa obliti erant: nec poterant memo
rie commendare. Quomodo enim euangeli
ſta Jo. poſt. lx. annos potuiſſet omniū ver
borum xp̄i: que in euangelio ſcripſit: memo
riam habere: niſi ſpūs ſanctus ei ſuggeſſiſ
ſet? ❡ Ad rationes in oppoſitum patet re
ſponſio ex dictis.

❡ In die ſancte Trinitatis euangeliū eſt.
In illo tēpore erat homo ex phariſeis. ⁊c̄.
Jo. iij. Circa quod diſputatum eſt in feſto
ſancte crucis. Sed circa ipſam feſtiuitatem
poſſunt hec diſputari.

❡ Primo: vtrū ſit ponēdus numerus per
ſonaꝝ in diuinis. ❡ Scdo: vtrū ratiōe na-
turali poſſit cognoſci pluralitas perſonarū
in diuinis. ❡ Tertio: vtrū hoc nomē deus
pluraliter predicetur de tribus perſonis: vt
dicantur tres dij.

Ad primam. q. ſic procedit. Et
videt q2 in diuinis numerus
perſonarum nō ſit ponēdus.
❡ Primo ſic. Dicit Boeci
us libro de trinitate. Hoc ve
re vnū eſt: in quo nullus eſt numer⁹: Sed d̄s
eſt veriſſime vnus: Ergo in eo nō eſt aliqs
numerus. ❡ Scdo ſic. Dicit. y ſido. q2 nu-
merus dr̄ quaſi nudus numeris. i. diuiſiōis
Sed in deo nulla ē diuiſio: Ergo nec aliquis
numerus. ❡ Tertio ſic. Perſona eſt rōna
lis nature indiuidua ſubſtātia. Si ergo i di
uinis ſunt plures pſone: ſeqtur q2 ſint plu-
res ſubſtātie: q2 videt hereticū. ❡ Quar-
to ſic. Pluralitas pprietatū abſolutaꝝ nō fac̄
diſtinctionē pſonaꝝ: neq3 i deo: neq3 i nobis
ergo multo min⁹ pluralitas rōnis: faciet di-
ſtinctiōē3 pſonaꝝ: q̄ nō pōt dici: q2 diſtinctionē
pſonaꝝ neq3 i deo: nec i nob: q̄ multo min⁹

in deo ſint plures perſone. ¶ In oppoſitũ eſt illud: quod habetur .i. Jo. vltimo. Tres ſunt qui teſtimoniũ dant in celo: pater: verbũ: ⁊ ſpiritus ſanctus. Itẽ Athanaſius ait in ſimbolo. Alia eſt perſona patris: alia filij: alia ſpũs ſancti. Rñdeo dicẽdũ: ſub iſta concluſiõe: ꝙ in diuinis ſm fidem catholicã eſt cõtendus numerus perſonarũ: realiter diſtinctarũ. Iſta cõcluſio patet ſic. Ubicunqȝ eſt diſtinctio vel diſcretio: ibi eſt aliquis numerus: Sȝ diuine perſone ſunt diſtincte ad inuicẽ: quĩ alia eſt perſona patris: alia filij: alia ſpũs ſancti: Ergo in diuinis eſt numerus perſonarũ. Pro cuius intelligẽtia ẽ notãdũ iuxta ſcñm Tho. ꝙ ſicut ratio vnitatis cõſiſtit in diuiſiõe: ita etiã ratio numeri vel multitudinis cõſiſtit in diuiſione vel diſtinctiõe aliqua. Unde ea que inuenim⁹ diuerſa ſimpliciter: dicimus eẽ multa ſimpliciter ⁊ que inuenimus diuerſa ſm quid: dicim⁹ eſſe multa ſm qd. Diuiſio aũt ſimplicit' attẽditur vel ſm eſſentiã: ſiue formã: vel ſm quãtitatẽ ſiue materiã. Unũ ea que differũt ſm eſſentiã: dicimus eſſe multa: vt hominẽ ⁊ lapidẽ. Et ſimiliter duas partes linee iã diuiſe: dicimus duas lineas. Diuiſio autem ſm qd: eſt que attendit' ſm ꝓprietates rei: ſicut dicim⁹ hoiem albũ eſſe aliũ: ⁊ diſtinctũ a ſe nigro: ⁊ adhuc magis ſm qd in illis: in qbus attenditur diuerſitas relationum ſm rõnem tm̃: ſicut pũctus: ſi diceretur multiplex ſm quod eſt ꝑncipiũ pluriũ linearum. Sciẽdum eſt igitur: ꝙ in diuinis nõ eſt numerus ſimplex: q eſt per diuiſionẽ eſſentie vel quãtitatis: ſed eſt numerus qdam. ſ. numerus relationũ: nõ tñ exiſtẽtiũ in deo ſm ratiõem tm̃: ſed realiter in ipſo ſubſiſtentiũ. Unũ numerus diuinarum perſonarũ eſt medius inter numerũ: qui eſt numerus ſimpliciter: ⁊ inter numerũ: q eſt in rõne tm̃: ſicut pũctus dicitur multiplex ſm rõem tm̃: eſt enim minus de ratione numeri in numero perſonarũ: quã i numero ſimpliciter: ⁊ plus qȝ in numero: q eſt ſecũdum ratiõem tm̃. Si autem cõparemus numerũ perſonarum ad numerũ ꝓprietatũ abſolutarum q eſt in creaturis: habebũt ſe ſicut excedentia ⁊ exceſſa. Si enim attẽdat' ratio diſtinctiõis: inuenitur maior diſtinctio in ꝓprietatibus abſolutis creaturarũ: quã i diuinis perſonis: q͛ color ⁊ ſapor diſtinguũtur ſecũdũ aliud ⁊ aliud eẽ accidẽtale: ſȝ in diuinis perſonis eſt vnũ ⁊ idem eẽ triũ perſonarũ. Si aũt cõſiderat' perfectio diuinorũ: ſic numerus perſonarũ excedit: q͛ relatiões in diuinis ſunt ſubſiſtẽtes perſone. Unũ ad numerũ relationũ ſeqtur numerus perſonarũ nõ autem ad numerũ ꝓprietatũ in creaturis: quia nõ ſunt ſubſiſtẽtes: ſȝ tm̃ inherẽtes. Nũc dicendũ. ¶ Ad rõnes in oppoſitũ. ¶ Ad primã rñdetur: ꝙ Boetius loquitur de vnitate eſſentiali. Unũ in eſſentia: nullus numerus cadit: ſȝ tm̃ in perſonis: q etiã nõ eſt numerus abſolute ſȝ numerus quidam. ¶ Ad ſecundã rñdetur negãdo ↄñam. Et rõ eſt: q͛ quãuis diuiſio nõ ſit ꝓprie in deo: eſt tm̃ ibi perſonarum diſtinctio: que ſufficit ad rõem talis numeri: qualis ponitur in deo. ¶ Ad tertiã rñdetur negãdo ↄñam. Et rõ eſt: ꝙ ſubſtãtia nõ ponit' in diffinitiõe ꝑſone ſm ꝙ ſignat eſſentiam: ſȝ ſm ꝙ ſignat ſuppoſitũ. Qḋ pȝ ex hoc: qḋ addit' indiuidua. Ad ſignificãdũ aũt ſubſtãtiã ſic dictã habẽt greci nomẽ ypoſtaſis. Unũ ſicut nos dicimus tres perſonas: ita ipſi dicunt tres ypoſtaſes. Nos autẽ nõ cõſueuimus dicere tres ſubſtãtias: ne intelligerent' tres eẽntie propter nominis equiuocationem. ¶ Ad quartã rñdetur negãdo ↄñam. Et rõ eſt: q͛ ꝓprietates abſolute in diuinis vt bonitas ⁊ ſapiẽtia nõ opponunt' ad inuicẽ. Unde nec realit' diſtinguũtur: Quãuis ergo eis cõueniat ſubſiſtere: tñ nõ ſunt plures res ſubſiſtẽtes: qḋ eſt eẽ plures perſonas. Proprietates aũt abſolute in rebus creatis nõ ſubſiſtũt: ſȝ realiter diſtinguũtur: vt albedo ⁊ dulcedo: ſȝ proprietates relatiue i deo ⁊ ſubſiſtũt ⁊ realiter ad inuicẽ diſtinguuntur: Unde pluralitas taliũ ꝓprietatũ ſufficit ad pluralitatẽ perſonarum in diuinis.

AD ſecūdū.q.ſic ꝓceditur. Et
videt̄: ꝙ naturali rōe cogno
ſci poſſit pluralitas perſonaꝝ
in diuinis. ¶ Primo ſic. Di
cit eñi Ariſtoteles in ꝑncipio
celi ⁊ mūdi. Per hūc numeꝝ.ſ.trinarium
adhibuim⁹ nos ipſos magnificare deū: vnū
eminētē ꝓprietatibus eoꝝ: que creata ſunt
Ergo videt̄: ꝙ Ariſtoteles in cognitionem
trinitatis venit. ¶ Secūdo ſic. Dicit Au-
guſt. vij. cōfeſſi ſe legiſſe in libꝛis platonico
ruꝫ: nō qdem his verbis: ſ; hoc idem oīno
multis ⁊ multiplicibus perſuadere rōnib⁹
ꝙ i ꝑncipio erat verbū: ⁊ verbū erat apud
deū: ⁊ deus erat verbū: ⁊ hmōi que ibi ſe-
quūtur. In quibus verbis diſtinctio perſo
naꝝ tradit̄: Ergo videtur: ꝙ phi naturali
rōne cognouerūt trinitatē perſonarū diui-
narū. ¶ Tertio ſic. Dicit glo. Ro. i. ꝙ ma
gi pharaonis defecerūt. iij. ſigno. i. in noti-
cia tertie perſone. ſ. ſpūs ſancti: ⁊ ſic ad mi-
nus duas pſonas cognouerūt. ¶ Quarto
ſic. Dicit Termigiſt⁹: Monas gignit mo-
nadeꝫ ⁊ in ſe ſuū reflectit ardorē: per qḋ vi
det̄ generatio filij ⁊ ſpiritus ſancti ꝓceſſio
intimari: Ergo cognitio diuinaꝝ perſonaꝝ
pōt per rōnem naturalē haberi. ¶ Quin-
to ſic. Phi potuerūt ꝯuenire in cognitiōeꝫ
eoꝝ: que in creaturis relucēt: Sed in aīa
impreſſa eſt ſimilitudo trinitatis perſonarū
Ergo videt̄: ꝙ ꝑ potētias aīe: qs phi mul-
tū cōſiderauerūt: potuerūt in cognitionem
trinitatis deuenire. ¶ In oppoſitū eſt illud
ad Hebꝛ. c. xi. Fides eſt ſubſtātia rerū ſperā
daꝝ: argumētū nō apparentiū: Sꝫ deū eē
trinū ⁊ vnū: eſt articulus fidei: Ergo ē non
apparens rōni. Itē dicit ylarius libꝛo ꝺ tri
nitate. Nō pōt homo ſua intelligentia gene
ratiōis ſecretū cōſequi. Itē Ambꝛoſius di-
cit. Impoſſibile eſt generatiōis ſcire ſecre-
tū: mens deficit: vox ſilet: Sed per originēꝫ
generatiōis ⁊ proceſſionis diſtinguit̄ trini-
tas in diuinis: Ergo homo per rationeꝫ na
turalē nō pōt venire in noticiaꝫ trinitatis.
Rñdeo dicendū: ꝙ impoſſibile eſt per rō

nem naturalē: ad cognitionem trinitatis di
uinaruꝫ perſonaꝝ peruenire. Pꝛobat̄ iſta
cōcluſio. Naturalis rō nō cognoſcit deū: ni
ſi ex creaturis. Creature autē ducūt in dei
cognitioneꝫ: ſicut effectus in cauſam. Hoc
igitur ſolū in rōne naturali de deo cognoſci
pōt: qḋ cōpetere ei neceſſe eſt: ſ;m ꝙ ē oīuꝫ
entiū ꝑncipiū. Virtus aūt creatiua ē dei: et
cōis toti trinitati. Vñ pertinet ad vnitatem
eſſentie: ⁊ nō ad diſtinctionē perſonarum.
Per rōnem ergo naturalem cognoſci pñt
de deo ea: que pertinēt ad vnitatē eſſentie:
nō ad diſtinctionē perſonaꝝ. Qui aūt pro
bare nitit̄ trinitatē perſonaꝝ naturali rōne
fidei: dupliciť derogat: vt dicit ſctūs Tho.
in pꝛima parte. Pꝛimo qdem quātū ad di
gnitateꝫ ipſius fidei: que eſt: vt ſit de rebus
inuiſibilibus: q rationē humanā excedunt:
ad Hebꝛ. c. xi. Fides. ⁊c. allegatū eſt. Secun
do: quantū ad vtilitatem trahendi aliquos
ad fideꝫ. Quom enim aliquis ad ꝓbāduꝫ
fidem inducit rationes: que nō ſunt cogētes
cedit in deriſionē. Credūt enī: ꝙ hmōi ra-
tiōibus innitamur: ⁊ ꝓpter eas credam⁹.
Ea igitur: que fidei ſunt: nō ſunt tētanda ꝓ
bare: niſi per auctoꝛitates: his qui auctoꝛita
tes ſuſcipiunt. Apud alios vero ſufficit de
fendere: nō eſſe impoſſibile: quod pꝛedicat
fides. Vñ Dionyſius dicit ſecūdo capitulo
de di. no. Si aliquis eſt qui totaliter eloqjs
reſiſtat: longe erit a philoſophia noſtra. Si
aūt ad veritatē eloquioꝝ. ſ. factoꝛum reſpi
cit hoc ⁊ nos canone vtemur. ¶ Ad rōnes
in oppo. ¶ Ad pꝛimā rñdet̄ negādo ꝯñaꝫ.
Et rō eſt: q: philoſophi nō cognouerūt mi-
ſteriū pſonaꝝ diuinaꝝ ꝑ ꝓpꝛia: q ſunt pa-
ternitas: filiatio: ⁊ ꝓceſſio: ſ;m illud apoſto-
li. ij. Coꝛ. ij. Loquimur dei ſapiētiā: quā ne-
mo ꝑncipū huius ſeculi cognouit. i. Phio
ruꝫ ſ;m glo. cognouerunt tñ quedā eſſentia
lia attributa: que appꝛopꝛiātur diuinis pſo-
nis: ſicut potētia appꝛopꝛiat̄ pri: ſapiā filio:
bonitas ſpūi ſancto. Qḋ ergo Ariſtoteles
dicit: per hūc numerū trinariū: nō eſt ſic in-
telligendū: ꝙ ipſe poneret trinariū numeꝝ

in diuinis:ſed vult dicere: ꝙ antiqui vtebã tur numero trinario in ſacrificijs: ⁊ orationi bus: ꝓ quãdaꝫ trinarũ numeri perfectionẽ: que in oibus apparet: ſicut in ꝑncipio: me dio: ⁊ fine. ¶ Ad ſcðaꝫ rñdetur negãdo cõ ſequẽtiã. Et rõ eſt: tũ primo: vel ꝙ Plato multa dicit legiſſe in libris diuinis: quos re perit in egypto: ⁊ inde aliqua cognouiſſe: tũ ſcðo ꝙ verbũ nõ inuenitur i libris Pla tonicoꝝ: ſꝫm ꝙ verbũ noiat perſonã genitã in diuinis: ſꝫ ſcðm ꝙ verbũ intelligit ratio ydealis: ꝑ quã deus oia cõdidit: q̃ filio ap propriat: que oſ mũdus archetip⁹. ¶ Ad tertiã rñdetur negãdo ꝯñam. Et rõ eſt: qꝛ phi nõ peruenerunt in cognitionẽ diuina rũ pſonaꝝ: quãtũ ad ꝓpria: ſed ſolũ quãtuꝫ ad ꝓpriata: nõ inquãtũ ad appropriata ſũt: quia: ſic eorum cognitio depẽdet ex ꝓprijs ſed inquãtũ ſunt attributa diuine nature. et ſi obijciat qð ſimiliter deuenerunt in cogni tionẽ bonitatiſ: que appropriat ſpũi ſancto: ſicut in cognitionẽ potẽtie: ⁊ ſapie: q̃ appro priat patri: ⁊ filio: dicendũ ꝙ bonitatẽ non cognouerũt: quãtũ ad potiſſimũ effectũ ip ſius. ſ. incarnationẽ: ⁊ redẽptionẽ: ſꝫ euanue runt in cogitatiõibus ſuis. Vel qꝛ nõ tm̃ in tẽderũt veneratiõi bonitatis diuine: qꝛ etiã nõ imitabanſ: ſicut venerati ſunt potẽtiaꝫ ⁊ ſapiẽtiam. ¶ Ad quartã rñdetur negando ꝯñam. Et ratio eſt: qꝛ dictũ Trimegiſti nõ eſt referendũ ad generationẽ filij: vel pro ceſſionẽ ſpũs ſancti: ſꝫ ad ꝓductionẽ mũdi. Naꝫ vnus deus produxit mũduꝫ vnũ: pro pter ſui ipſius amorẽ. ¶ Ad quintã rñdeſ negãdo ꝯñam. Et rõ eſt: qꝛ ſicut ſimilitudo trinitatis relucens in aia: eſt omnino imper fecta ⁊ deficiens: ſed dicitur expſſa ꝑ cõpa rationẽ ad ſimilitudinẽ veſtigij: ideo nõ po teſt ducere in cognitionẽ perfectaꝫ trinita tis diuinarum perſonarum.

Ad tertiũ. q. ſic ꝓcedit. Et vi detur ꝙ nomẽ deus plurali ter debeat predicari de trib⁹ pſonis: et tres perſone ſunt tres dij. ¶ Primo ſic. Ge ne. i. vbi dicitur. In principio creauit deus celũ ⁊ terrã: ſꝫ veritas hebrayca eloym: qð põt interptari dij: ſiue iudices: Et hoc dicit ꝓpter pluralitatẽ perſonaꝝ: Ergo tres per ſone ſunt plures dij: ⁊ nõ vnus. ¶ Secũdo ſic. Sicut homo ſignificat: vt habẽs huma nitatẽ: ita deus ſignificatur vt hñs deitatẽ: Sed tres perſone ſunt tres habẽtes deita tẽ: Ergo tres perſone ſunt tres dij. ¶ Ter tio ſic. Hoc nomẽ res cũ abſolute dicat: vi detur ad ſubſtãtiã ꝑtinere. Sꝫ hoc nomẽ. ſ. res pluraliter dicitur de trib⁹ perſonis. Di cit eni Aug. libro de doctrina xpiana. Res qbus fruẽdũ eſt: ſunt pater: ⁊ fili⁹: ⁊ ſpiritꝰ ſanctus: Ergo parit hoc nomẽ deus: ⁊ alia noia eſſentialia poterũt pluraliter ꝑdicari de diuinis perſonis: vt dicitur tres dij: aut tres oipotentes: aut tres dñi. ¶ In oppo. eſt illud Exo. ij. Audi iſrael: dñs deus tuus vnus eſt. Rñdeo dicẽdũ ꝙ nomẽ de⁹ nõ pluraliter ſꝫ ſingulariſ dr̃: ⁊ ꝑdicatur de tri bus perſonis: ſꝫm illud Athanaſij: deus pa ter: deus fil⁹: deus ſpiritꝰ ſctũs: nõ tres dij: ſꝫ vnus eſt deus. Pro quo notandũ ꝙ no minũ eſſentialiũ qdaꝫ ſignificant eſſentiam ſubſtãtiue: quedã vero adiectiue. Ea gdem q̃ ſubſtãtiue eſſentiã ſignificãt: nõ predicãt in plurali de tribus perſonis. Cuiꝰ rõ ẽ: qꝛ noia ſubſtãtiua ſignificant aliqd ꝑ modum ſubſtãtie: noia vero adiectiua ſignificãt per modũ accidẽtis: qð inheret ſubſtãtie. Sub ſtãtia aũt ſicut per ſe haꝫ eſſe: ita per ſe haꝫ vnitatẽ: vel multitudinẽ. Vñ ⁊ ſingularitas vel pluralitas noĩs ſubſtãtiui attenditur: ſꝫ formaꝫ ſignificatã per nomẽ. Accidentia au tẽ ſicut hñt eẽ in ſubiecto: ita ⁊ ex ſubiecto recipiũt vnitatẽ: vel multitudinẽ. Et ideo in adiectiuis ſingularitas vel pluralitas atten ditur: ſꝫm ſuppoſita. In creaturis aũt nõ re peritur vna forma in plurib⁹ ſuppoſitis: ni ſi vnitate ordinis: vt forma multitudinis or dinate. Vñ noia ſignificãtia talẽ formam ſi ſunt ſubſtãtiua: ꝑdicantur de plurib⁹. In ſin gulari nõ aũt ſi fuerint adiectiua. Dicimus enim qð plures hoies: ſunt collegiũ: vel ex

ercitus: aut populus. Dicimus tñ qđ plures hoïes ſunt collegiati. In diuinis autem eſſentia diuina ſignificat per modũ forme: que qdem ſimplex eſt: ⁊ maxime vna. Vñ noïa ſignificãtia diuinã eſſentiã ſubſtãtiue: ſingulariter ⁊ nõ pluriter dicũtur de tribus pſonis. Hec ẽ igit rõ quare Sorte ⁊ Platone ⁊ Ciceronẽ dicim⁹ tres hoïes: patrem aũt: ⁊ filiũ: ⁊ ſpm̃ ſctm̃ nõ dicim⁹ tres deos ſʒ vnũ deũ: q: in tribus ſuppoſitis humane nature ſunt tres humanitates. In trib⁹ aũt perſonis eſt vna eſſentia. Que vero ſignificãt diuinã eſſentiã adiectiue pluraliter p̃dicũtur de tribus pſonis: ꝓpter pluralitatẽ ſuppoſitoꝝ. Dicimus eniʒ tres exiſtentes: vel tres ſapiẽtes: aut tres eternos: aut tres increatos: ⁊ immẽſos. ſi adiectiue ſumantur. Si vero ſubſtãtiue ſumãtur: dicimus vnuʒ increatũ: immẽſuʒ: ⁊ eternũ: vt Athanaſius dicit. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad primaʒ reſpondetur negando ꝯñam. Et rõ eſt: q: diuerſe lingue hñt diuerſuʒ modũ loquendi. Vñ ſicut greci ꝓpter pluralitatẽ ſuppoſitorũ: dicũt tres yppoſtaſes: ita ⁊ in hebraico dicitur pluralit̃ heloim: nos aũt non dicimus pluraliter: nec deos: nec ſubſtãtias: ne pluralitas ad eſſentiã referatur. ¶ Ad ſecũdã reſpondetur negãdo ꝯñam. Et rõ eſt: q: lʒ deus ſignificet hñtem deitatẽ: eſt tñ ali⁹ modus ſignificãdi. Nã deus dicitur ſubſtãtiue ſʒ hñs deitatẽ dicitur adiectiue. Vñ lʒ ſint tres hñtes deitatẽ: nõ tñ ſeqtur: q ſint tres dij. ¶ Ad tertiũ rñdetur negãdo ꝯñam. Et rõ eſt: q: hoc nomẽ res: ẽ de traſcẽdẽtibus. Vñ ſm q pertinet ad relationẽ: pluraliter predicatur in diuinis. Si vero ſm q pertinet ad ſubſtãtiã: p̃dicatur ſingularit̃. Unde Augu. ibidem dicit: q eadem trinitas: quedam ſumma res eſt.

¶ Dominica .i. poſt trinitatẽ eſt euãgeliũ. In illo tp̃e dixit ieſus diſcipulis ſuis. Homo quidã erat diues ⁊c̃. Luc. xvi. Circa hũc diuitẽ dãnatuʒ poſſunt diſputari ſequentes queſtiones.

¶ Primo: vtruʒ anima ſeparata poſſit ab igne corporeo cruciari.

¶ Secundo: vtrum anime damnatoꝝ videant gloriam beatorum.

¶ Tertio: vtrum damnati vellent omnes alios eſſe damnatos.

Ad primã ſic ꝓceditur. Et videtur q aĩa ſeparata ñ poſſit ab igne corporeo cruciari. ¶ Primo ſic. Agens ſemꝑ nobilius eſt paſſo: vt Aug. ſuper Gene. ad litterã: ⁊ Ariſtoteles: ſcđo de aĩa: Sʒ impoſſibile eſt eẽ aliqđ corporeũ nobilius aĩa ſeparata: Ergo non pt̃ ab aliquo corpore pati: ſiue cruciari. ¶ Scđo ſic. Scđm philoſophũ primo de generatiõe: ⁊ ſcđm Boetium libro de duabus naturis. Illa ſolum agunt: ⁊ patiũtur ad inuicẽ: q in materia cõmunicãt: Sʒ aĩa: ⁊ ignis corporeus: nõ cõicant in materia q: ſpũaliũ ⁊ corporaliũ nõ eſt materia cõis: Ergo anima ſeparata non poteſt pati: aut cruciari ab igne corporeo. ¶ Tertio ſic. Omne quod patitur: recipit aliquid ab agente: Si ergo anima patiatur ab igne corporeo: aliqđ ab eo recipiet. Sʒ omne quod recipitur in aliquo: eſt in eo ꝑ moduʒ recipiẽtis: Ergo quod recipitur ab igne in aĩa: nõ eſt in eo materialiter: ſʒ ſpiritualiter. Sʒ forme reruʒ in aĩa ſpiritualiter exiſtẽtes ſunt perfectiões ipſius: Ergo etiã ſi ponatur: q anima patiatur ab igne corporeo: hoc non erit in eius penam: ſed magis in eius perfectionem. ¶ Quarto ſic. Omne agens corporeum agit per contactum: Sed nõ poteſt eſſe aliquis contactus anime ⁊ ignis corporei: quia cuʒ contactus fit ſolum inter corpora: que habent vltima ſimul: Ergo anima ab igne corporeo nõ patitur. ¶ Quinto. Agens corporeuʒ nõ agit in remota: niſi per hoc: q agit in media: Sʒ aĩe: ⁊ demones: quãdoqʒ ſunt extra locum inferni: cuʒ qñqʒ in hoc mundo appareant hoibus: nec tamẽ ſunt immunes a pena: et tamen videmus q omnia intermedia ab igne inferni non patiantur: Ergo videtur q anime dãnatoꝝ penas quas ſuſtinẽt: nõ

patiātur ab igne corporeo. ¶ In opppositū ē euāgeliū p̄sens in quo ait Diues dānat⁹. Crucior i hac flāma. ¶ R̄ñdeo dicēdū sub ista ꝯclusione: ꝙ aīa sep̄ata pōt pati ab igne corp̄eo: ⁊ cruciari ab eo. Ista ꝯclusio probat̄ primo sic. Eadē ē rō de aīabus separatis: ⁊ de demonibus: q ab igne corporeo pati possunt. Sed demones patiuntur ab igne corporeo: in quē corpora damnatorū post resurrectionē ꝓijcientur: vt pꝫ ex euāgelio Mat. xxv. Ite in ignē eternū: q paratus est diabolo: ⁊ angelis eius. Ergo ⁊ aīe sep̄ate ab igne corporeo pati possunt. Vn̄ Grego. ij. libro dialogorū dicit. Si diabolus ⁊ eius angeli cū sint incorporei: corporeo igne sūt cruciādi: qd mirū: ⁊ si aīe antēq̄ recipiāt corpora: possint igne corporeo cruciari? Quasi diceret. Nō est mirū. Secundo sic. Pena dꝫ rn̄dere culpe. Sed aīa p̄ culpā corpori se subijcit per prauā cōcupiscētiam. Ergo iustū ē: vt in penam rei corporee subijciatur p̄ passionē. Vn̄ firmiter tenendū est: ꝙ aīa separata pati: affligi: ⁊ cruciari possit ab igne corporeo. Sed circa modū quo pati possit diuersi diuersa dixerūt: que oīa enarrare eēt longū. Et ideo tantūmodo assignabimus modū: quē sanctus Tho. in. iiij. di. xliiij. ponit. Dicit enim sic: ꝙ corpus in spūm naturaliter agere nō pōt: nec ei aliquo modo obesse: vel ip̄m grauare: nisi ſm ꝙ aliquo modo corpori vnit̄. Sic. n. inuenimus ꝙ corpus qd̄ corrūpitur agrauat aīam. Sapiē. ix. Spūs aūt corpori vnit̄ dupliciter. Vno modo vt forma materie: ⁊ vt ex eis fiat vnū simpliciter: ⁊ sic spūs vnitus corpori: ⁊ viuificat corpus: ⁊ a corpore aliq̄liter aggrauat̄. sic aūt spūs demonis vel hoīs igni corp̄eo nō vnit̄. Alio mō ꝯiungitur spūs corpori: sicut mouēs mobili: vel sicut locatū loco: eo mō quo icorporalia sunt in loco: ⁊ ſm hoc spūs icorporei creati loco diffiniūtur: ita in vno loco existētes: ꝙ non in alio. Quātū aūt res corp̄ea ex sua natura hēat: ꝙ spūm icorporalē loco diffiniat: nō tā hꝫ ex sua natura: ꝙ spūm incorporeū loco diffinitū detineat: vt ita alliget illi loco: ꝙ ad alia diuertere nō possit: ⁊ cū spūs nō ita sit in loco naturaliter: ꝙ loco subdat̄. sed hoc superaddit̄ igni corporeo: in quātū est istrumētū diuine iustitie vindicātis: ꝙ sic detineat spūm: ⁊ ita efficit̄ ei penalis: retardās eū ab executiōe ꝓp̄e volūtatis ne. s. possit operari: vbi voluerit: ⁊ ſm qd̄ voluerit. Et hunc modū ponit Grego. in. iiij. dialogorū: exponēs. n. q̄lr aīa icendiū experiēdo patiat̄. sic dicit. Dum veritas pcōres diuitē dānatū in igne p̄hibet. quis nā sapiens reproborū aīas teneri ignibus negēuerit. Et Aug. ē. xxj. de ciuitate dei ꝙ sicut aīa in hoīe ꝯditiōe iungitur corpori: ⁊ dat ei vitā: q̄muis illud sit spūale: ⁊ hoc corpale: ⁊ illa ꝯiunctiōe ꝯcipit amorē ad corpus: sic ligatur igni vt accipiēs ab eo penā. ⁊ ex illa ꝯiunctiōe vehemēter ꝯcipit horrorē: ac ꝓpter hoc ⁊ dolorē. Dicamus ergo sequēdo p̄dictos modos sanctorū: ꝙ ignis ſm suā naturā hꝫ ꝙ spūs icorporeus ei ꝯiūgi possit: vt loco locatū: sed iquātū est instrm̄ diuine iustitie: hꝫ vt ip̄m quodāmodo retineat alligatū. Et in hoc veraciter ignis ille est spūi noxius. ⁊ sic aīa ignē ibi vt noxiū vidēs ab igne cruciat̄. Vn̄ Greg. in. iiij. dialogorū oīa ista p ordinē tigit. ¶ Ad rōes in oppo. ¶ Ad primā rn̄det̄: ꝙ licet aīa sit simpliciter nobilior igne. ignis tn̄ ē ſm qd aīa nobilior: iquātū est instrm̄ diuine iustitie. ¶ Ad scd̄am rn̄det̄ negādo ꝯn̄am. Et ad ꝓbationē rn̄det̄: ꝙ phūs ⁊ Boeti⁹ loquūtur de illa actiōe: p quā patiēs trāsmutat̄ in naturā agētis. Talis aūt actio nō est ignis in aīa. Et ꝓpter hoc rō non ꝓcedit. ¶ Ad tertiā rn̄detur negādo ꝯn̄am. Et rō ē: q: assumptū est verū de eo qd̄ patit̄ ab agēte p modū influētie. Ignis aūt in aīam nō agit per modū influentie: sed p modū detinētis. vt ex dictis pꝫ: Et ideo rō est ad propositū. ¶ Ad quartā rn̄detur negādo consequentiā. Et rō est q: licet nō sit aliquis cōtactus corporalis inter aīam ⁊ corpus: est tamen inter eos aliquis contactus spūalis.

Sicut etiam motor celi cū ſit ſpūalis: ſpūali contactu tangit celum: ipſum mouēs per modicum: quo dr̄ contriſtans tangere: ſicut dicitur in primo de celo: et hic modus ſufficit ad actionē. ¶ Ad qntam r̄ndetur: q̄ ſpūs dānati nunq̄ eſt extra īfernum. niſi ex diſpenſatiōe diuina: vel ad inſtructionem: vel ad exercitium electorum. Vbicūq̄ autē extra infernū ſint: ſemper tamen vident ignē inferni: vt eis in penam ꝑparatū. Vnde cū iſta viſio ſit imediate affligens: vbicūq̄ ſūt ab igne inferni affliguntur. ſicut et captiui extra carcerē exiſtentes: a carcere quodāmodo affliguntur: dum vident ſe ad carcerē dānatos. Vnde ſicut gloria electorum in nullo minuitur: nec q̄ztum ad ꝑmiū eſſentiale: nec q̄ztum ad accidētale. Si aliquando extra celū empireū ſint qui quodāmodo in eorū gloriā cedit: ita ēt in nullo minuitur pena dānatorum: ſi extra infernum ex diſpēſatione diuina ad tempus ponantur. Et hoc eſt: qđ dicit gloſa ſuper illud Jacobi. iij. Inflāmat rotam ec. Diabolus vbicūq̄ ſit ſiue ſub aere ſiue ſub terra ſecum fert tormēta ſuarum flāmarum. Obiectio aūt ꝓcedit: ac ſi ignis corporeus affligeret ſpūs imediate. ſicut affligit corpora.

Videtur q̄ ſic procedit' tur Et videt' q̄ dānati non videant gloriam beatorum. ¶ Primo ſic. Magis diſtat ab eis gloria beatorū: q̄ ea que in hoc mundo aguntur. Sed ipſi nō vident ea: que circa nos aguntur: vt dicit Gregorius in moralibus. xij libro. Ergo multo minus poſſunt videre gloriā beatorū. ¶ Secundo ſic. Id qđ conceditur in p̄nti vita pro magno munere ſctis: nō conceditur dānatis. ſed Paulo p magno munere eſt conceſſum vt videret vitam illam qua beati eternaliter in deo viuunt: vt dicit. ij. Cor. xij in glo. Ergo dānati ſanctorū gloriā nō vident. ¶ Tertio ſic. Conſideratio pene inimici terrore: ſicut cōſideratio glorie generat gaudiū. Sed in dānatis nullū erit gaudiū. Ergo nō videbunt gloriā ſanctorum. ¶ In oppo. eſt euangeliū preſens vbi dr̄: q̄ diues in tormētis poſitus: vidit Abraam: et Lazarū in ſinu eius. ¶ Reſpōdeo dicēdum: q̄ dānati ante diē iudicij videbunt beatos in gloria: nō hoc modo: q̄ gloria eorū qualis ſit cognoſcāt. ſed ſolummodo cognoſcēt eos eſſe in gloria inextimabili: et ex hoc turbabuntur: tum propter inuidiam dolentes de felicitate beatorū. tū ꝓpter hoc quia ipſi talem gloriā amiſerūt. Sapientie. v. dr̄ de impijs. Videntes turbabuntur timore terribili. Sed poſt diem iudicij omnino viſione beatorū priuabuntur. nec tamen ex hoc eorum pena minuetur: ſed augebitur: q2 memoriam habebūt glorie beatorum: quā in iudicio viderunt: vel etiam ante iudicium. Et hoc erit eis in tormentū. ſed vlterius affligentur ex hoc quod videbunt ſe indignos reputari etiā videre gloriam: quā ſancti merentur videre. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primā reſpondetur negando ꝯñam. Et ratio eſt. q2 non eſt ſimile de vno et de alio. Quia ea que in hac vita aguntur: non ita affligerēt damnatos in inferno. ſi viderentur: ſicut gloria inſpecta beatorum. Vnde non ita oſtenduntur damnatis ea: que hic aguntur. ſicut oſtenditur gloria ſanctorū: quia ea q̄ hic aguntur: oſtenduntur eis quidem ea que in eis triſtitiam agere poſſunt. ¶ Ad ſecundum r̄ndetur negando ꝯſequentiam. Et ratio eſt quia non ſimile. Paulus inſpexit vitam illam qua ſancti cū deo viuunt: eā experiendo: et in futurū perfectius ſperando quod nō eſt de dānatis. Et ideo nō ē ſimile. ¶ Ad tertiū r̄ndetur negando conſequentiā. Et rō eſt quia vt dicit dñs Bonauentura ſuper illud: Letabitur iuſtus cū viderit vindictā ec. Conſideratio beatorū non ſiſtit in pena. q̄ afflictiua. ſed fertur vlterius ad iuſta et optime et digne inflicta Et talis conſideratio generat letitiam in mentis gaudium. Similiter nec conſideratio malorum ſiſtit in bono glorie: bonum: ſ

q: perditum. Et hec conſideratio generat dolorem: ⁊ ita damnati affliguntur ⁊ dolēt videntes gloriam beatorum.

AD tertiā. q. ſic ꝓceditur. Et videtur: ꝙ dānati nō vellēt oēs alios eſſe damnatos.

¶ Primo ſic. ex euāgelio ꝑſeutu: vbi diues dānatus rogabat ꝓ fratribus: ne venirēt in locum tormentoꝝ. Ergo cū dānati hēant multos ꝯſanguineos: mallēt eos eē beatos: q̄ꝫ ꝯdēnatos. ¶ Scḋo ſic. Affectiōes iordinate in īferno a dānatis nō auferuntur. Sed aliq dānati iordinate dilexerunt ſuos nō dānatos. Ergo nō vellēt eorū malum: qḋ eſt eſſe eos dānatos. ¶ Tertio ſic. Dānati nō deſiderāt augmētū ſue pene. Sed ſi plures dānarētur: maior eſſet dānatorū pena. ſicut ēt multiplicatio btōrum amplificat eorū gaudiū. Ergo dānati nollēt oēs alios dānari.

¶ In oppo. ē illud: qḋ dr̄ Yſa. xiiij. ſup illḋ Surrexerunt de ſolijs. dicit glo. Solatū ē malorū habere ſocios penarū. ¶ Rn̄deo dicendū: ꝙ dānati vellēt oēs bonos eē dānatos. Iſta ꝯcluſio patꝫ. tum q: in dānatis maxime viget inuidia. Ergo dolēt de felicitate bonorū: ⁊ eorum dānationem appetunt. ¶ Secūdo ſic. Sicut in beatis in pria eſt pfectiſſima charitas. ita in dānatis erit pfectiſſimū odium. Unde ſicut ſcti gaudebūt de oibus bonis: ita ēt mali de oibus bonis dolebunt. Un̄ felicitas ſcōꝝ ꝯſiderata: eos maxime affligit. Un̄ dr̄ Yſa. xxvi. Uideant ⁊ ꝯfundant̄ zelantes ppl̄i: ⁊ ignis hoſtes tuos deuoret. Unde pꝫ: ꝙ vellēt oēs bonos eſſe dānatos. ¶ Ad rationes in oppoſitū. ¶ Ad primā rn̄detur negando ꝯn̄am. Et ad auctoritatē īductā dicendū eſt: ꝙ nō dixit hec diues ex charitate: cū nullā haberet ſed ex timore ſeruili: ne ex eorū ꝯſortio eius pena augeret̄. Eſt tn̄ notandū: ꝙ licet tanta ſit inuidia in dānatis ꝙ ēt ꝓpinquorū glorie īuideant: cum ipſi ſūt in ſūma miſeria: tamē minus inuidēt ꝓpinqs: q̄ꝫ alijs. q: maior eēt pena ſi oēs ꝓpinqui dānarent̄: ⁊ alij ſaluarētur: q̄ꝫ ſi aliq de ſuis ꝓpinquis ſaluarentur. Et exinde fuit: ꝙ diues ille dānatus petijt fratres ſuos a dānatiōe eripi. Sciebat eni: ꝙ aliq aliorū eriperētur. Maluiſſꝫ tn̄ frēs ſuos cū oib⁹ alijs dānari. ¶ Ad ſecūdaꝫ reſpōdetur negando ꝯn̄am. Pro quo nota: ꝙ dilectio que nō fundat̄ ſup honeſtū: facile reſcindit̄: ⁊ pcipue in malis hoibus: vt dr̄. ix. Ethi. Tn̄ dānati nō ſeruabūt amicitiā ad eos: quos iordinate dilexerunt. ſed in hoc volūtas eorū remanebit ꝑuerſa ꝙ cām iordinate dilectiōis adhuc diligent. ¶ Ad tertiā rn̄detur negādo ꝯn̄am. Et rō eſt. q: licet ex dānatorū multitudie pena ſingulorꝫ augeatur: tn̄ tm̄ ſuperexcreſcet odium ⁊ inuidia: ꝙ magis eligent torqueri cuꝫ multis: q̄ꝫ minus ſoli.

¶ In dn̄ica ſcḋa eſt euangeliuꝫ. Homo q̄dam fecit cenam magnam ⁊c. Luc. ix. Circa quod poſſunt diſpu. ſe. q.

¶ Primo: vtrꝫ cena beatitudinis ſanctis preparata: conſiſtit in bonis corporis.

¶ Scḋo: vtrꝫ occupatio ⁊ ſolicitudo reꝝ tpalium hominem excludat a cena eterne beatitudinis.

¶ Tertio: vtrꝫ homines peccatores ſint compellendi bonum facere.

AD primaꝫ. q. ſic ꝓcedit̄. Et vr̄ ꝙ cena btitudinis ſcis ꝑparata ꝯſiſtat in bonis corpis. ¶ Primo ſic. Nō a plib⁹ dr̄: ipoſſibile ē eſſe falſuꝫ totaliter: vt Cōmētator dicit iij. de aīa ⁊ Phūo vij. Ethi. ꝙ opīo nō ꝑditur quā ppl̄i multi famāt. Sed maior hominū multitudo cinat̄ ad querēdū delectatiōes corporales: ⁊ corporalia bona: quaſi finē. Ergo finis humane vite in corporalibus bonis ꝯſiſtit. Finē hūane vite dicim⁹ btitudinē. Ergo btitud. in bonis corporis querēda ē. ¶ Scḋo ſic. Quāto aliqḋ bonū eſt cōmunius: tāto ē diuinius: vt pꝫ. j. Ethi. Sꝫ bonū corporale cōiuſ ē q̄ꝫ ſpūale. q: corporale ēt ad bruta aīalia ſe extēdit: nō aūt ſpūalia. Ergo corpale onuꝫ ſpūali ꝑeminet. Ergo talia bona ſenſibilia veniēt in btitudine

offerēda btis. ¶ Tertio ſic. Hō ex anima
⁊ corpe ꝯſtituitur. Ergo bonū hoīs dʒ eſſe
cōe aīe ⁊ corpi. Sʒ bonuʒ ſpūale nō pōt eē
cōe corpori. bonuʒ āt corporale pōt eſſe cōe
aie: inq̄ʒtuʒ aīa. de corporalibꝰ delectatur.
Ergo cena btitudinis magis ꝯſiſtit in bōis
corporalibꝰ q̄ʒ ſpūalibꝰ. ¶ Quarto. Quū
btitudo teſte Boetio ſit ſtatus oīuʒ bono⸗
rū aggregatiōe pfectꝰ: in cena btitudis nul
luʒ oblectamētū ibi deficiet. Ergo ī ea dele
ctatiōes ſēſibꝰ: ⁊ bōa ſēſibilia crūt: alias nō
vř pfecta ⁊ plena btitudo. ¶ In oppo. ar⸗
guitur ſic. Btitudo ē ſūmuʒ bonum hoīs.
Ergo ī pcipuis bonis hoīs ē q̄rēda: ⁊ po⸗
nēda. Sʒ bōa aīe ſunt nobiliora: q̄ʒ bona
corpis. ſicut ⁊ aīa corpe nobilior ē: Ergo ce
na btitudis eterne ꝑpata ſciis: in bonis ſpi
ritualibꝰ ꝯſiſti. ¶ Rñdeo dōm. Error fu
it ſtulti Machometi: q poſuit felicitateʒ ⁊
btitudinē futurā in corꝑalibus delectationi
bꝰ ciboꝝ: ⁊ potuuʒ: ⁊ venereoꝝ. q error nō
ſolū apd̄ xpiane religiōis cultores: ſʒ ēt apd̄
gētiles phōs: q btitudinē noueruut in opi⸗
bꝰ itellectiue ptis ꝯſiſtere: iudicatur beſtia⸗
lis: vitā hmōi voluptuoſā nō hoīuʒ ſed pe
cuduʒ eē aſſerētes: vt pʒ. j. Ethi. Uñ vt hūc
errorē oēs dāntꝰ reprobuʒ: ⁊ ſtultuʒ. Argui⸗
tur ſic. i. pūti euangelio. Dr. n. q̄ cena erit
magna. i. de magnis ⁊ p̄cioſis rebꝰ: ⁊ excel
lētiſſimis. Uñ de ea dř illud Iſa. xiiij. Ocu
lus nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor
hoīs aſcēdit: q ꝑparauit deꝰ diligētibꝰ ſe.
Sʒ bona aīe: ⁊ bona ſpiritualia ſunt maio
ra bona: q̄ʒ ſenſibilia bona. Sic ergo cena
future btitudis ꝯſiſtit in guſtu bonoꝝ ſpūa
liuʒ: ⁊ nō ſēſibiliuʒ. Uñ cena illa dř magna
q: iextimabilis. Geñ. xv. Ego merces tua
magna nimis ē itermiabilis. Baruch. iiij.
O iſrael q̄ʒ magna ē domꝰ dñi: ⁊ igens
locꝰ poſſeſſiōis eiꝰ: nō extermiari nō pōt: q:
tā cibꝰ q̄ʒ ille q miſtrat deus ē: ⁊ ſūmuʒ bo
nuʒ. Pſ. Inebriabuntur ab vbertate do⸗
mus tue: ⁊ torrēte voluptatis tue potabis
eos. ¶ Scd̄o arguitur ſic. Quom btitudo
ſit naturaliter ab oībꝰ hoībus deſiderata:
noiat vltimuʒ hūane vite finē. Finis auteʒ
cuiuſʒ rei vel ē opatio ꝓpa: vel ꝑ opatiōeʒ
ꝓpriā ad finē venit. Quom āt forma ꝓpa
ſit in q̄lʒ re opatiōis ꝓpe p̄ncipiuʒ. Forma
āt ꝓpa hoīs inq̄ʒtuʒ ē hō ſit rōnalis aīa:
opʒ q̄ vel in ipſis actibꝰ rōalis aīe cōpare
tur. Hec āt bōa aīe dñr. Uñ neceſſe ē bti⸗
tudinem ponere in bonis aīe: ēt ſʒ phōs.
Nō āt aliq vt Epicurei: ⁊ Machometꝰ
in bonis corpis btitudinē poſuerūt: ex hoc
ꝓuenit: q̄ ſeipſos qd eēnt ignorabāt. Non
n. cognoſcebāt ſe: ſʒm illō qd̄ in eis ē meliꝰ:
q̄ coꝝ eē ſoꝛtaliter cōplet: ſʒm illō qd̄ ō eiſ
exteriꝰ appet: ⁊ ſʒ hoc btitudinē ſuā in bo
nis exterioribꝰ poſuerūt. Multi alijs rōibꝰ
reprobauimꝰ hūc errorē in tractatu nr̄o cō
tra Machometū: nūc breuiter iſta ſufficiāt.
¶ Ad rōes in opp. ¶ Ad primā rūde
tur negādo ꝯñaʒ. Et rō ē: q: multoꝝ opio⸗
nē nō ē neceē eē verā ſimpliciter: ſʒ ſʒ ptē.
Multitudo āt hoīuʒ in bonis corpis btitu
dinē ponētiū: q̄ʒtuʒ ad hoc: verā opionem
hʒ: q̄ illō qd̄ optimū ſibi eſtimāt: hoc ſuaʒ
btitudinē eē putāt. Et q̄ʒtū ad hoc coꝝ opi
nio vera ē. ſ. q̄ optimū hoīs ē btitudo. Nō
āt opʒ: q̄ ſit vera: q̄ʒtū ad hoc: q̄ ponāt eā
in bonū corpis: q: hec opio ꝓcedit ex falſa
radice: q: ſ. extimāt ſe eſſe p̄ncipaliter id
qd̄ ſūt ſʒm corpa. ¶ Ad ſcd̄am rñdet negā
do ꝯñam. Et rō ē: q: dupliciter aliqd dř eē
cōe. Uno mō ꝑ p̄dicationē. Hmōi āt cōe:
nō ē aliqd idē nūero ī diuerſis reptū: ⁊ hoc
mō hʒ bonuʒ corpis cōitatē. Alio mō ē ali
qd cōe ꝑ pticipationē vniꝰ: ⁊ eiuſdē rei: ſʒ
numeꝝ. Et hoc mō bonuʒ cōius ē diuiniꝰ.
Et hec cōitas maxime pōt in hiis: que ad
animam pertinent: inueniri: q: per ipſuʒ at
tingitur ad id qd̄ eſt cōe bonuʒ oibus re⸗
bus. ſ. deum. Et ideo ꝓcedit. ¶ Ad tertiaʒ
rñdetur negando conſequentiam. Et rō ē:
q: licet homo ex aīa ⁊ corpe ꝯſiſtat: tñ eſſe
ex anima: ⁊ non ex corpore habet. Unde
etiā beatitudo hominis principaliter ⁊ ori
ginaliter in bonis anime ꝯſiſtit. Sicut eniʒ
corpus eſt ꝓpter animā: ſicut ꝓpter fineʒ: ⁊

materia propter formā: vt pꝫ. ij. De aīa: ita ⁊ bona corporis ordinātur in aīe bona: vt ī finem. Vn̄ in bonis corporis beatitudo principaliter cōſiſtere nō pōt. ¶ Ad quartā rn̄detur negando cōſequētiā. Et rō eſt: q2 cū vera beatitudo hoīs que ſperat̄ in alia vita: cōueniat hoīs ſm illud: qđ nobiliſſimū eſt in eo: qꝫ eſt intellectus: ⁊ reſpectu nobiliſſimi obiecti: qđ eſt ipſe deus: delectatiōes que ad beatitudinē pertinēt nō ſenſibiles: q̄ cōes ſunt porcis ⁊ aſinis: aliiſq3 aīalib⁹ brutis: dicēde ſunt: ſꝫ ſpūales: in q̄bus cōicant⁹ cū angelis. Vn̄ delectatiōes ſenſibiles q̄s ponit Machometus: nō pertinēt ad beatitudinē hoīs: imo nec beatitudo vera ſuſtinet huiōi delicias: ſꝫ abſtrahit ab eis. Vn̄ argumētum eius nullum eſt.

AD ſcđam. q. qua querit̄: vtꝝ occupatio: ⁊ ſolicitudo rerū tpaliū hoīem excludat a cena eterne beatitudinis. Et videtur q2 nō. ¶ Primo ſic. Solicitudo rerꝝ tpaliū eſt licita: Ergo ⁊c̄. Cōſequētia ē bona. Añs ꝓbatur ſic. Ad p̄ſidētē enī ꝑtinet ſolicitū eſſe de his: q̄bus p̄eſt ſm illud. Ro. xij. Qui p̄eſt in ſolicitudine: Sꝫ hō p̄eſt ex diuina ordinatiōe rebus tpalibus: ſm illud Pſ. oīa ſubieciſti ſub pedibus eius: oues ⁊ boues ⁊c̄. Ergo homo cū debeat habere ſolicitudinē de rebus tpalib⁹: nō dꝫ ꝓinde ꝑuari eterna beatitudīe. ¶ Scđo ſic. Nullus priuatur eterna beatitudine faciēdo ea: q̄bus ſua ſuſtētetur maxime dicēte dño: i ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Geñ. i. ⁊ ꝓuerbio. vi. Vade ad formicā o piger: ⁊ cōſidera vias eius ⁊ diſce ab ea: que cū nō habeat ducē: nec ꝓceptorē: parat in eſtate cibū ſibi: ⁊ cōgregat in meſſe: qđ cōmedat in hieme. Sꝫ homo neceſſe hꝫ eſſe ſolicitū circa tpalia: vt ſuſtētet vitā ſuā: ſm Apoſtolum. ad. Theſa. iiij. Qui nō vult operari: nō māducet: Ergo ⁊c̄. ¶ Tertio. Solicitudo tpaliū q̄ñq3 ꝑtinet ad opa miſcordie: puta cū ſolicitudinē hꝫ ad ꝓcurandū negocia pupilloꝝ: ⁊ paupeꝝ. Vn̄ ad Heb. e. vi. dic̄ Apoſtolus: Cupimus vnūquēq3 veſtrū eandē oſtētare ſolicitudinē. Ergo ſolicitudo ⁊ occupatio tpaliū nō excludit quēq3 a btitudine. ¶ In oppoſitū eſt euāgeliū p̄ñs: vbi dicitur de illis: q̄ propter occupatiōes terrenoꝝ ſe excuſabāt: q2 nemo illoꝝ virorum q̄ vocati ſunt: guſtabūt cenā meam. ¶ Rn̄deo dicendū: q2 dupliciter aliq̄s pōt occupari circa terrena. Uno mō nō tanq3 circa finē vltimū: ⁊ p̄ncipaliter bona: ſꝫ ſicut circa organa ⁊ inſtrumēta puenīēdi ad ꝯſequendum: ⁊ ꝑguſtandū bona ſpūalia. Et tunc ē ꝯcluſio: q2 cum talis ſolicitudo: ⁊ occupatio ſit licita: maxime cum homo nō apponit ibi ſtudiū ad tpalia ꝓcurāda: q2 ꝓpter hoc hō a ſpūalibus: q̄bus p̄ncipaliter inſeruire dꝫ retrahatur: nō excludit hoīem a btitudine: pꝫ cōcluſio: q2 talis licita eſt: ⁊ ſine peccato. Secundo. Aliquis occupatur circa tpalia: tanq3 circa finem: ⁊ tanq3 precipua bona: ⁊ de tali ſolicitudine ⁊ occupatiōe eſt talis cōcluſio: q2 eſt illicita: ⁊ nō excuſat a peccato: ⁊ excludit a regno ſiue beatitudine celi. pꝫ cōcluſio: q2 nihil eſt diligēdū tanq3 finis terrenarū pſonarū. Et iō ſaluator noſter in p̄ñti euāgelio excuſantes ſe de emptiōe ville: et ꝓbatiōe boū: ⁊ de traductiōe vxoris: noluit excuſatos habere. c. ſ. dicēs: dico vobis: q2 nemo viroꝝ illoꝝ q̄ vocati ſunt: guſtabit cenā meā. Per illū q̄ villā emit intelligūtur vt dicit Aug. occupati circa honores: ⁊ diuitias vt ſupbi: q̄ volūt aliis dn̄ari. Per iuga boum itelligūtur nimiū occupati circa terrena: ⁊ ꝑ cupiditatē ſm ſuū ibi ꝯſtituentes: vt auari. Per eū q̄ vxorē duxit: intelligūtur carnales: ⁊ laſciui occupati circa luxuriā ⁊ voluptates. Ad iſta tria vicia reducūtur oīa excludētia a btitudie celeſti: ſm qđ dic̄ Jo. i. cano. ij. c. Oē qđ ē i mūdo: aut ē ꝯcupiſcētia carnis. aut ꝯcupiſcētia oculorū. aut ſupbia vite. ¶ Ad rōes i oppoſitū. ¶ Ad primā rn̄detur: q2 rō ꝓcedit de ſolicitudine licita. Tpalia enim bona ſubiecta ſunt homini: vt eis vtatur ad neceſſitatem: non vt in eis finem conſtituat: et ſuperflue

circa ea ſolicitetur. Et talis non excludit a
beatitudine celeſti. ¶ Ad ſecūdaꝫ rñdetur
eodē modo: q: ſollicitudo eius qui corpo-
rali labore panē acquirit: nō eſt ſuperflua
ſed moderata. Et ideo Hieronymus dicit
Labor exercēdus eſt: ſollicitudo tollenda
ſ. animi inquietans. Et talis ēt non exclu-
dit. ¶ Ad tertia rñdetur: ꝙ ēt ſollicitudo
temporaliū in operibus miſericordie cum
ordinetur ad fines caritatis: licita eſt: niſi ſit
ſupflua. Et iō ēt talis nō excludit a regno.

D tertiā. q. ſic ꝓcedit. Et
videtur ꝙ infideles nō ſint
cōpellendi ad fidē. ¶ Pri
mo ſic dr̃. Mat. xiij. ꝙ ſer
ui patrisfamilias dixerunt
ei: in cuius agro erant ziza
nia ſeminata: vis imus ⁊ colligimus ea: ⁊
ipſe rñdet: minime: ne forte colligentes ziza
nia: eradicetis cū eis ſimul ⁊ triticum. Ubi
dicit Criſo. Hoc dixit dñs prohibens occi
ſiōes fieri. Quom ergo ſine occiſiōis peri
culo infideles nō poſſint cōpelli: videtur ⁊
ꝙ nō ſint cōpellendi. ¶ Secūdo. In decre
tis di. xlv. dr̃ ſic de iudeis: Precipit ſancta
ſinodus: nemini deinceps ad credendū vi
inferre. Ergo pari rōne nec alij infideles
ſunt ad fidem cogēdi. ¶ Tertio ſic. Dicit
Aug. ꝙ cetera pōt homo nolens: credere
vero niſi volens. Sed volūtas cogi nō pōt
Ergo infideles nō ſunt cogendi ad fidem.
¶ In oppoſitū eſt euangeliū pñs. vbi dr̃.
Exi in vias: ⁊ ſepes cōpelle intrare: vt im-
pleatur domus mea. Sed hōies intrant in
domū dei. i. eccleſiam p fidem. Ergo aliqui
ſunt cōpellendi ad fidem. ¶ Rñdeo dicen
dū: ꝙ infideliū quidā ſunt qui nunq̄ꝫ rece
perūt fidē: ſicut gentiles ⁊ iudei. Et de tali
bus ↄclusio eſt: ꝙ nullo modo compellēdi
ſunt ad fidē: vt ipſi credant. Rō eſt q: cre
dere volūtatis eſt. Secūda ↄclusio. Infide
les predicti licet nō ſint cōpellēdi: vt credāt
tñ ſunt cōpellendi a fidelibus: ſi facultas aſ
ſit: vt fidem nō ipediant: vel blaſphemijs vel
malis pſuaſiōibus: vel ēt aptis perſecutiōi-
bus. Et inde eſt ꝙ propter hoc fideles xp̄i
ↄtra infideles bellū mouent. nō quidē vt eos
ad credendū cogāt: q: ēt ſi eos viciſſent ⁊
captiuos haberēt: in eorū libertate relinq-
rentur: an credere vellēt: ſed ꝓpter hoc vt
eos cōpellant ne fidē xp̄i ipediāt. Alij enī
ſunt ifideles: qui quãq̄ꝫ fidē ſusceperunt: ⁊
eā ꝓfitent: ſicut heretici: vel quicūq̄ꝫ apo-
ſtate. Et de talibus ē tertia ↄclusio: ꝙ tales
ēt corporaliter ſūt cōpellēdi: vt impleant
qō ꝓmiſerūt: ⁊ teneāt: qō ſemel ſusceperūt
¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primā rñdet
negādo ↄñam. Ad auctoritatē rñdet: ꝙ ita
itelligitur: vt dicit Aug. ↄtra epiſtolā Per
miniani. ꝙ qñ metus iſte nō ſubeſt: ⁊ qñ ita
cuiuſcūq̄ꝫ crimen notū eſt: ⁊ oibus execra
bile apparet. Et vt vel nullos prorſus: vel
nō tales habeat defenſores p quos poſſit
ſciſma ↄtingere: nō dormiat ſeueritas diſci
pline. ¶ Ad ſecūdā rñdetur: ↄcedendo ſi
nullo modo fidē receperūt. ¶ Ad tertiam
rñdetur negādo ↄñam. Et rō eſt: q: ſicut vo
uere ē voluntatis: ⁊ reddere neceſſitatis: ita
accipere fidē eſt voluntatis: ſed tenere iam
acceptā eſt neceſſitatis. Et ideo heretici ſūt
compellendi: vt fidē teneāt. Si obijcitur ꝙ
Paulus fuit cōpulſus ad credendūꝫ: cum
eſſet iudeus: dicit n. Aug. ad Bonifacium
comitē: vbi eſt ꝙ ipſi clamare ↄſueuerunt:
liberū eſt credere vel nō credere. Cui xp̄s
vim intulit. i. cognoſcāt in paulo prius cogē
tē xp̄m: ⁊ poſtea docentē. rñdetur: ꝙ xp̄us
nō coegit paulū credere: ita vt inuitus cre
deret: ſed coegit eū ⁊ cōpulit ne fidē xp̄i: ⁊
eccliam pſequeretur: ſicut faciebat. Unde
ipſe viſo miraculo: volūtarie ſe obtulit ad
faciendū quicquid ei xp̄s pciperet. Unde ait
Dñe quid me vis facere: volūtarie ſe offe
rens ad oēm obedientiā. Et dñs ad eum.
Ingredere in ciuitatē: ⁊ tibi dicet: quid te
oporteat facere. Et ibi doctus fuit a xp̄o p
ſpiritum ſanctū: de oibus ad fidē ꝑtinenti-
bus p pdicationē ipſius.

¶ In dñica tertia legitur euangeliū. Erāt
appropinquantes ad ieſum publicani ⁊c̄.

Luce.xj. Circa qđ poſſunt diſputari ſe.q:
¶ Primo: vtrum angeli gaudent de pec-
catoribus penitentiam agentibus.
¶ Scđo: vtrum angelus plus gaudeat de
vno pcōre agente pniam: q̄z de nonaginta
noūe iuſtis: qui nō egent penitentia.

Ad primā.q. ſic ꝓcedit. Et vi-
detur ꝙ angeli bti gaudeant
de pcōribus agētib⁹ pniam.
Sicut gaudiū ꝯtrariatur tri-
ſtitie: ita pnie ꝯtrariatur pec-
catū. Sed angeli nō triſtant: aut dolent de
malis eorū: quos cuſtodiūt: q: Apo.xxi. dici-
tur. ꝙ in celeſti hieruſalē nec luctus nec do-
lor eſt. Ergo nec ipſi gaudent de aliquo ꝙ
agat pniam. ¶ In oppoſitū ē euangelium
pn̄s. ¶ Rūdeo dicendum: ꝙ angeli gau-
dēt ſuper ꝯuerſiōe pcōrum agentiū pniaꝫ:
⁊ hoc triplici rōne. Primo: q: ſue cuſtodie
vidēt tā glioſuꝫ fructū. Cuilibet.n. hoi ad
cuſtodiā angelus ab ortu natiuitatis depu-
tatus eſt: vt ait Hiero. Sicut ergo medic⁹
gaudet: qn̄ videt circa infirmū: ſue curatio-
nis fructū: ſic angelus multū gaudet: cū vi-
det circa hoiem: ſue cuſtodie fructum. Et
Ber. ſuper canti. Gaudēt angeli in ꝯuer-
ſione ⁊ pnia pcōrum. ſalutē hoium ſitiētes
lachrymas penitētū vinū eorū. Secundo
gaudent: q: ex pcōribus ꝯuerſis vidēt adi-
plere numerū eorū. Nā eorū ruina repara-
tur de hoibus: Tertio: gaudent: q: vident
in laudādo deū: tale ſe habere ꝯſortiū. Pri-
mo enim ſola natura angelica laudabat de-
um: ſed nature illi addita eſt natura huma-
na. Unde nūc veraciter dici pōt illud Iob
xxxviij. Quom me laudarent aſtra matutina. i.
angeli ⁊ iubilarēt oēs filij dei hoc expectat
ad laudē hoiuꝫ. Dn̄s Bonauētura ſuper
Lucā dicit angelos gaudere de pnia pec-
catoris: ꝓpter ſeptē. Primo: q: deſtruitur
culpa. Scđo: q: recuperatur iuſtitia. Tertio:
q: ꝯfutat demonū ſuperbia. Quarto: q: ef-
ficax efficitur angelorū cuſtodia. Quīto: q:
reparatur eccl'ia. Sexto: q: placatur ira di-
uina. Septimo: q: reſtaurat hieruſalē ſup-
na. ¶ Ad rōnem in oppoſitū rn̄detur ne-
gādo ꝯn̄aꝫ: Et rō eſt: q: nō eſt ſimile de gau-
dio ⁊ triſtitia. Beatitudo.n. qua fruuntur
angeli: admittit gaudiū ſed nō triſtitiā. Un-
de angelus bt̄us eſt ſuſceptibilis gaudij: ſꝫ
nō triſtitie. Ubi.n. eſt triſtitia ⁊ dolor: nō ē
pfecta btitudo. Unde dr̄ Apo.xxi. Mors
vltra nō erit: neq̄ꝫ luctus: nec clamor: ſꝫ nec
vllus dolor. ſed angeli ſunt perfecti beati.
Ergo de nullo dolēt. Et ideo gaudere pōt
angelus de ſalute hoium: q̄uis triſtetur
de damnatione.

Ad ſcđam.q. ſic ꝓceditur. Et
videt ꝙ angelus nō gaude-
at plus ſuper vno pcōre pe-
nitentiā agēte: q̄ꝫ ſuper. xcix
iuſtis ⁊c̄. ¶ Primo ſic. Qđ ē meli⁹: ē ma-
gis diligendū. ⁊ per ꝯn̄s amplius gauden-
dū: q̄ꝫ minus bonū. Sed maius bonū eſt.
xcix. iuſti: q̄ꝫ vnus penitēs. Ergo angeli bti
gaudēt de. xcix. iuſtis: q̄ꝫ de vno pcōre pe-
nitēte. ¶ Scđo ſic. Qđ ē diutius maius: ē ma-
gis diligendū ⁊ eligendū. Sed bonū inno-
cētie: eſt diuturnius. Ergo magis diligit
ab angelis. ¶ Tertio ſic. Reſurgēs nunq̄ꝫ
redit ad tantā dignitatē: q̄uis redire poſ-
ſit ad tantā caritatē. Ergo plus eſt diligen-
dus inocens q̄ꝫ penitēs. ¶ In oppo. ē euā-
geliū pn̄s. ¶ Rūdeo dicendū: ꝙ iſta litte-
ra pōt itelligi dupliciter. Uno mō reſpectu
redēptiōis humane nature. ⁊ ſic deus vel
angeli dicūtur gaudere plus de vno pcōre
i. agente pniam. i. de redēptiōe huāni gene-
ris: q̄ꝫ de. xcix. iuſtis: q: in ea eſt maior ma-
teria gaudij: q̄ꝫ in oībus alijs operib⁹: non
q: melior ſit pcōr penitēs: q̄ꝫ. xcix. iuſti. Unī
in redēptiōe huāni generis plus operatus
eſt de⁹: q̄ꝫ in ꝯſeruatiōe totius multitudinis
celeſtis: q: hoc ē manifeſtatiuū maioris po-
tētie: q: eſt maioris prudētie ⁊ maioris mi-
ſericordie. Maioris potētie: q: maius eſt iu-
ſtificare impiū: q̄ꝫ creare celū ⁊ terrā. Ma-
ioris prudētie. q: Iob. xxvj. prudētia ei⁹ per-
cuſſit ſuperbū. Maioris demētie ſiue mi-
ſericordie. Unde Luce.j. per viſcera miſe-

cordie dei noſtri in qbus viſitauit nos oriens ex alto. Maior ẽt fuit in xp̃o aſceſſio: maior ẽt hũani generis ſublimatio. ẜm illõ Pš. Qm̃ eleuata eſt magnificẽtia tua ſuper celos. Unde hoc itelligitur quãtũ ad cãm nrẽ pn̄tẽ. ſ. hũani generis redẽptiõem in qua maior ẽ materia gaudij: qȝ in oibus alijs operibꝰ dei. Scđo põt itelligi de pcõre quolibet peniteñte: tũc ĩtelligit̃ ꝙ angelus plus gaudet ⁊c. q: gaudiũ ẽ magis nouũ: ſi uc q: hȝ alii rõnes gaudij in ↄuerſiõe pcõris: qȝ nõ habȝ de permanẽtibꝰ in iuſtitia.

M. Vel q: pcõr eſt feruẽtior frequẽter: qȝ iuſtus. Vñ hoc nõ refert̃ ad oẽs pcõres nec ad oẽs iuſtos: ſed ad pcõres feruidos poſt ↄuerſiõem: ⁊ iuſtos tepeſcẽtes. Vñ Greg. exẽplificat: ⁊ Beda in glo. Maiꝰ eſt gaudiũ de pcõre: qȝ de iuſto ſtãte: vt dux in bello: eũ militẽ plus diligit: q poſt fugã reuerſus: hoſtẽ fortiter ꝑmit: qȝ eũ q nũqȝ fugit: nec vnqȝ fortiter egit. Et eodem mõ eſt de pcõre: poſt pñiam viriliter agente: ⁊ de iuſto tepido in ſua iuſtitia permanẽte. ℂ Ad rõnes in oppo. ℂ Ad primã rñdet̃: ꝙ non iõ angeli dicũtur plus gaudere de pcõre penitente: qȝ de. xcix. iuſtis: q: ipſe melior: qȝ xcix. iuſti: ſed ꝓpter nouitatẽ rõnis gaudij qȝ hñt de iuentiõe ſiue ↄuerſiõe pcõris: qȝ nõ hñt de alijs ſtãtibus. Vñ dr̃ maius gaudiũ ⁊c. ꝙ ſicut maius eſt gaudiũ de ſanatione ĩfirmi: qȝ de ↄſeruatiõe ſani ℂ Ad ſecũdã rñdetur: ꝙ dicũtur angeli plus gaudere de pcõre: q: penitens frequenter magis hũilis. ⁊ feruidus ac cautꝰ reſurgit. ℂ Ad tertiã rñdetur: ſicut dictũ eſt: ꝙ pẽnitẽs plꝰ diligitur: q: freqñter ſurgit magis feruẽs.

ℂ In dñica quarta eſt euãgeliũ. Eſtote miſericordes ⁊c. Luce. vj. Circa quod poſſũt diſputari. ſe. q.

ℂ Prima: vtrũ miſericordia ad quã hortamur ſit maxima virtutum.

ℂ Secunda: vtrum licitum ſit iudicare de alijs ex ſuſpitione.

D primã. q. ſic ꝓcẽditur. Et videtur ꝙ miſericordia ſit maxima virtutũ. ℂ Primo ſic. Tãto aliqua virtus eſt melior: qȝto facit homiem deo ſimiliorem: q: per hoc eſt hõ melior: qui deo eſt ſimilior. Sed miſericordia maxie facit hoiem deo ſimiliorem: ẜȝ euãgeliũ pñs. vbi dr̃: eſtote miſericordes ſicut ⁊ pr̃ vr̃ miſericors ẽ. Ergo miſericordia ẽ maxima virtutũ. ℂ Scđo ſic. Maxie ad virtutẽ ꝑtinet diuinꝰ cultꝰ. Sȝ miſericordia ꝓfert̃ diuino cultui: ẜȝ illõ Oſee. vj. Miſericordiã volo ⁊ nõ ſacrificiũ. Ergo miſericordia ẽ maxia virtutum. ℂ Tertio ſic ſuper illõ. i. ad Thi. v. Pietas ad oia vtilis eſt: dicit glo. Ambro. Ois ſũma diſcipli xp̃iane in miſericordia ⁊ pietate ẽ. Sed diſciplina xp̃iane religiõis ꝑtinet oẽȝ ṽtutẽ. Ergo ſũma totiꝰ virtutiſ in miſericordia ↄſiſtit. ℂ In oppo. ẽ qđ dicit Apo. Colo. iij. cũ dixiſſet. Induite vos ſicut electi dei viſcera miſericordie: poſtea ſubdit: ſuper oia caritatẽ habete. Ergo miſericordia nõ eſt maxia virtutũ. ℂ Rñdeo dicendũ: ꝙ ſimpliciter caritas qua vnimur deo: ẽ potior ṽtutꝰ in nobis: qȝ miſericordia. Miſericordia aũt iter ṽtutes: q̃ ad ꝓximũ pertinẽt: potior ẽ oi alia. Pro quo notãdũ: ꝙ aliq̃ ṽtus põt ẽẽ maxia dupliciter. Uno mõ ẜm ſe. Alio mõ per cõparatõem ad hñtẽȝ. Scđo ſe qdẽ miſericordia maxia ẽ. Pertinet. n. ad miſericordiã: ꝙ alijs effundat: ⁊ plus ẽ: ꝙ defectꝰ aliorum ſubleuet ⁊ hoc ẽ maxie ſuperioris. Vñ ⁊ miſereri ponitur ꝓpriũ deo. Eiũ hoc maxie eiꝰ oipotentia manifeſtari: ſȝ quo ad hñtẽ: miſericordia nõ ẽ maxia niſi ille q hȝ ſit maxĩus q nullũ ſupra ſe hẽat: ſȝ oẽs ſub ſe. Ei. n. q ſupra ſe hȝ aliquẽ maiꝰ eſt: ⁊ meliꝰ ↄiũgi ſuperiori: qȝ ſupplere defectũ iferioris. Et iõ qȝtũ ad hoiẽȝ: q hȝ deũ ſuperiorẽȝ caritas per quaȝ vnit̃ deo ẽ potior: qȝ mĩa p̃ quã defectꝰ ꝓxiorũ ſupplet. Sȝ iter oẽs ṽtutes q̃ ad ꝓximũ ꝑtinent: potiſſima eſt mĩa ſicut etiã ẽ potioris actus. Nã ſupplere defectus alterius iqȝtũ hmõi ẽ ſupioris ⁊ melioris ℂ Ad rões

in oppoſitum. Ad primam rñdetur: ꝙ per caritatem magis aſſimulamur deo: ꝗ̄ ꝑ miſericordiam: quia per caritatem aſſimulamur deo: tanꝗ̄ ei per effectum uniti. Et idẽ potior eſt: quã miſericordia: per quã aſſimulamur deo: ſm ſimilitudinem operationis. ¶ Ad ſecundam rñdetur: ꝙ rõ bene procedit: ꝙ ꝓferatur exteriori ſacrificio. Et rõ eſt: q: deum non colimus per exteriora ſacrificia ⁊ munera ꝓpter ipſum: ſed ꝓpter nos ⁊ propter proximos. Non enim indiget ſacrificiis noſtris: ſed vult ea ſibi offerri propter noſtram deuotionem: ⁊ proximorum vtilitatem. Et ideo miſericordia qua ſubuenit defectibus aliorum: eſt ſacrificium ei magis acceptum: vtpote propinquius vtilitatem ꝓximorum inducens: ſm illud Hebr. c. vltio. Beneficientie ⁊ communionis nolite obliuiſci. Talibus enim hoſtiis promeretur deus. ¶ Ad tertiam rñdetur negando conſequentiam. Et eſt rõ: q: licet ſumma xpiane religionis in miſericordia conſiſtat: quantũ ad exteriora opera: interior tamen affectio caritatis: qua coniungimur deo: ꝓponderat ⁊ dilectioni ⁊ miſericordie in proximos.

AD ſecundam .q. ſic proceditur. Et videtur ꝙ non ſit illicitum iudicare aliquem ex ſuſpitione. ¶ Primo ſic. Suſpitio videtur eſſe opinio incerta de aliquo malo. Unde Philoſophus in .vj. Ethi. ponit ꝙ ſuſpitio ſe habet ad verum ⁊ falſum. Sed de ſingularibus contingentibus non poteſt haberi opinio: niſi incerta. Quom ergo iudicium humanum ſit circa humanos actus: qui ſunt in ſingularibus ⁊ contingentibus: videtur ꝙ nullum iudicium licitum eſſet: ſi ex ſuſpitione iudicare non liceret. ¶ Secundo ſic. Per iudicium illicitum ſit aliqua iniuria proximo. Sȝ ſuſpitio mala in ſola opinione hominis conſiſtit: ⁊ ſic videtur ad iniuriam alterius pertinere: Ergo ſuſpitionis iudicium non eſt illicitum. ¶ Tertio ſic. Si iudicium ſuſpitionis ſit illicitum: oportet ꝙ ad iuſtitiam reducatur: q: iudicium eſt actus iuſtitie. Sed iniuſtitia ex ſuo genere ſemper eſt peccatũ mortale. Ergo ſuſpitionis iudicium ſemper eſſet mortale: ſi eſſet illicitum: quod eſt falſum: q: ſuſpitiones vitare non poſſumus: vt dicit glo. Augu. ſuper illud .j. Cor. iiij. Nolite ante tempus iudicare. Ergo iudicium ex ſuſpitione non eſt illicitum. ¶ In oppoſitum arguitur ex pñti euangelio in quo dr̃. Nolite iudicare ⁊c̃. ¶ Rñdeo. Dic ſunt aliqua notanda. ¶ Primo: ꝙ aliquis poteſt iudicare malum de proximo multipliciter. Uno modo ex euidentia facti: cum aliquis iudicat homicidam: q: vidit eum interficere hominem. Et ic eſt concluſio: ꝙ ſic iudicare: nullum eſt peccatum. Alio modo ex ſignis euidentibus: vt ſi aliquis iudicet aliquem fornicatorem: q: vidit eum nudum cum nuda. Et ſic ſimiliter eſt peccatum. Tertio modo ex ſignis leuibus: ⁊ hoc dr̃ iudicare ex ſuſpitiõe. Unde Tulius dicit. Suſpitio importat opinionem mali: quando ex leuibus indiciis procedit. ⁊ contingit ex tribus: vt dicit ſanctus Tho. Uno quidem modo ex hoc: ꝙ aliquis in ſe ipſo malus eſt: ⁊ ex hoc ipſe quaſi conſcius ſue malitie faciliter de aliis malũ opinatur: ſm illud Eccleſiaſtici x. In via ſtultus ambulans cum ipſe inſipiens ſit omnes ſtultos eſtimat. Alio modo prouenit ex hoc: ꝙ aliquis male afficitur ad alterũ. Quom enim aliquis contẽnit vel odit aliquẽ: aut iraſcitur: aut inuidet ei: ex leuibus ſignis opinatur malum de eo: q: vnuſquiſqȝ faciliter credit quod appetit. Tertio modo prouenit ex longa experientia. Unde Philoſophus dicit .ij. Rethor. ꝙ ſenes ſunt maxime ſuſpitioſi: q: multotiens experti ſunt aliorum defectus. Prime autem due ſuſpitionis cauſe: manifeſte pertinent ad peruerſitatem affectus. Tertia vero eã diminuit rõnem ſuſpitionis: inquantum experientia ad certitudinem proficit: que eſt contra rõnem ſuſpitionis. Et ideo ſuſpitio iudicium quoddã importat. Et quanto magis procedit ſuſpitio tanto magis eſt vitioſum. Eſt aũt triplex gra-

duo ſuſpitionis. Primus eſt cum homo ex leuibus indicijs de bonitate alicuius dubitare incipit. Et hoc peccatũ veniale eſt: ⁊ leue: quia ꝓcedit ex humana infirmitate: ſine qua vita iſta nõ ducitur. Et hoc nõ vocatur ꝓprie iudiciũ ſed ſuſpitio. Scd̃s gradus eſt qñ ex talibus ſignis firmiter pro certo maliciã alterius exiſtimat: ſiue ꝙ frater ſuꝰ malus eſt. Et hoc ꝓprie dicitur iudiciũ. q: iudiciũ importat firmam ſententiam. Et hoc eſt peccatũ mortale: ſi malũ quod iudicat d̃ fratre ex leuibus iudicijs: ſit de genere peccati mortalis. Peccatum enim mortale ẽ: quod cõtrariatur caritati. Qñ autem aliquis predicto modo iudicet fratrẽ ſuum: eſt contra caritatem fraternã. Tertius gradus ẽ: quãdo ex leuibus ſignis non ſolũ predicto modo iudicat: ſed etiã procedit ad punitionem fratris: ſicut cum iudex ex ſuſpitione procedit ad aliquẽ condẽnandum. Et hoc eſt grauius. quia nõ ſolum eſt contra caritatẽ: ſed etiam contra iuſticiam ⁊ equitatem. ¶ Ad rationes in oppoſitũ: ¶ Ad primã rñdetur negando cõſequẽtiam. Et ratio eſt: quia licet in humanis actibus nõ inueniatur tanta certitudo: ſicut in demonſtratiuis: eſt tamen aliqua certitudo: ſm̃ quod cõuenit tali materie: puta cũ aliquid per idoneos teſtes ꝓbatur. ¶ Ad ſecũdã reſpondetur negãdo minorem. Dicimus enim: ꝙ ex hoc ipſo ꝙ aliquis malam opinionẽ habeat de aliquo ſine cauſa ſufficienti: indebite condẽnat eũ ⁊ ideo iniuriatur ei. ¶ Ad tertiã rñdetur negãdo ꝯñam. Et ratio eſt: ꝙ iuſticia ⁊ iniuſticia eſt circa actus exteriores: ⁊ ſic iudiciũ ſuſpicioſum directe ad iniuſticiam pertinet: quãdo ad actum exteriorẽ ꝓcedit. Et tũc ẽ peccatũ mortale vt dictũ eſt. Iudiciũ aũt interius pertinet ad iuſticiã: ſʒ qd̃ cõparatur ad exterius iudiciũ: vt actus interior ad exteriorẽ: ſicut concupiſcẽtia ad fornicationẽ ⁊ ira ad homicidium.

¶ In dominica quinta eſt euãgelium. Cũ turba plurima irruerẽt in Hieruſalem. ⁊c. Lu. v. Circa quod p̃nt hec diſputari.

¶ Primo: vtrum ad ſummum pontificẽ pertineãt cauſe maiores in eccleſia.

¶ Secũdo: vtrum retia predicationis cõueniant alijs eccleſijs: ſine auctoritate pape.

AD primam ſic ꝓcedit. Et videtur: ꝙ nõ pertineãt ad ſummũ pontificẽ maiores cauſẽ i eccleſia. ¶ Primo ſic. Correctionẽ eoꝝ qui audire nolunt fratrem corrigentẽ: xp̃s remittit eccleſie. Math. xviij. Si peccauerit in te frater tuus ⁊c. dic eccleſie: Sed correctio taliũ eſt de maioribus cauſis. Ergo ſequitur: ꝙ maiores cauſe pertineãt etiam eccleſie catholice. ¶ Scd̃o ſic. Apoſtoli alij a xp̃o etiã receperũt ſpũm ſanctũ cum Petro: ⁊ poteſtatẽ remittendi peccata. Luc. xix. Accipite ſpũm ſanctũ: quoꝝ remiſeritis peccata: remittuntur eis. Ergo etiã pertinent iſte cauſe maiores alijs prelatis eccleſie: qui ſuccedunt apoſtolis: ſicut ſummo põtifici: q ſuccedit Petro. Unde in. c. xviij. di. xxi. ſcribitur: ꝙ ceteri apoſtoli cũ Petro pari conſortio honorem ⁊ poteſtatem receperunt.

¶ In oppoſitũ eſt euangeliũ preſens: vbi ſoli Petro dicitur. Duc in altũ. Per qd̃ vt dicit glo. Ambroſij: ⁊ Hiero. in. c. Non turbatur. xxiiij. q. i. ⁊ ſi alijs imperat vt laxent retia: ſoli Petro dicitur. duc in altum. i. in profundum diſputationum. Per quod datur intelligi maiores cauſas Petro eſſe cõmiſſas. ¶ Rñdeo dicendum ꝙ ad ſummum pontificem pertinet determinatio et diffinitio maiorum cauſarũ in eccleſia. Iſta concluſio colligitur: tũ primo ex illo Exo. xviij. vbi Moyſi qui dux ⁊ rex iudeorum fuit: ſicut papa xp̃ianorum: ſm̃ illud Bernardi ad Eugeniũ. Tu es poteſtate Moyſes. Deinde legitur ẽſto tu in populo in hiis que ad deum pertinent: vt oſtendas eis ceremonias: ⁊ ritum colendi deum. Sicut ergo omnes. q. emergentes de lege cultu dei reſeruabantur Moyſi determinande ita omnia que ſunt fidei chriſtiane reſeruantur romano pontifici determinanda ⁊ diffiniẽ

da ⁊ mandanda teneri ⁊ obſeruari. Et propter hoc vt in hoc euangelio dicitur: chriſtus cum alijs apoſtolis imperaret: vt laxarent retia: ſoli Petro inquit: duc in altum. i. in profundum diſputationum: vt ait Ambro. Secundo: hoc idem colligitur ex illo: quod dicit Math. xvij. Dominus ſoli Petro iubet hamo piſcari. Super quo beatus Ambro. dicit: ⁊ habetur in. c. eſt aliud. xxiiij. q. i. Eſt aliud piſcandi genus: quo genere ſolum Petro dominus piſcari iubet dicens. Mitte hamum ⁊c. vbi glo. inquit. Per hamum intellige iuriſditionem: qua Petrus preſuit alijs. Hec ibi. Tertio colligitur veritas concluſionis. quia papa ſolus vocatus eſt in plenitudinem poteſtatis. Alij vero in partem ſolicitudinis: vt teſtatur Leo papa in. c. multum. iij. q. vi. ⁊ Greg. in. c. decreto: ⁊ Julius papa in. c. qui ſe ſcit. ij. q. vi: Ergo ad ipſum ſolum pertinent omnes cauſe maiores de eccleſia. Ex multis alijs poteſt colligi prefata concluſio: ſed iſta ſufficiant. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur negando conſequentiam. Et ad auctoritatem reſpondeo ſecundum glo. Criſo. quod per li. eccleſie intelligitur prelatus eccleſie. Unde dic eccleſie. i. his qui preſunt. Unde papa cum ſit caput ⁊ princeps totius eccleſie: ſibi maxime conuenit de omnibus iudicare: ⁊ omnes delinquentes corrigere: Unde Pelagius in. c. cuncta per mundum. ix. q. iij. Apoſtolica ſedes de omni eccleſia habet poteſtatem iudicandi: ⁊ per conſequens mala quibus homines a deo auertuntur: correctionis diſciplina de medio tollere: ⁊ eradicare vt extra de maio. ⁊ obe. c. ſolite. ¶ Ad ſecundam reſpondetur: quod ratio non procedit. Et ratio eſt: quia determinatio cauſarum pertinet ad poteſtatem iuriſditionis: in qua prefertur omnibus: vtpote caput totius eccleſiaſtici corporis. Auctoritas autem illa. Jo. xix. loquitur de auctoritate ⁊ poteſtate ordinis: quam pariter apoſtoli receperunt.

a Q ſecundam. q. ſic proceditur. Et videtur quod alij prelati eccleſie abſque auctoritate pape laxare poſſint retia predicationis. ¶ Primo ſic. Prelati ⁊ epiſcopi ſunt ſucceſſores apoſtolorum: vt habet glo. Luc. x. Sed apoſtolis immediate iniungit chriſtus predicationis officium dicens. laxate retia veſtra. Ergo epiſcopi immediate habent a chriſto non mediante papa predicandi auctoritatem. ¶ Secundo ſic. Non poteſt aliquis predicare niſi mittatur: dicente apoſtolo ad Ro. x. Quomodo predicabunt niſi mittantur? Sed epiſcopi in perſona apoſtolorum miſſi ſunt ad predicandum a chriſto: iuxta illud Math. vltimo Euntes in mundum vniuerſum predicate euangelium omni creature. Ergo non indigent mitti a papa. ¶ Tertio ſic. Archidiaconis: ⁊ preſbyteris conuenit ex officio ipſorum predicare: vt ſcribitur de. xxv. c. Perlectis: Multo ergo fortius alijs eccleſie prelatis ſuperioribus. ¶ In oppoſitum arguitur ſic. Predicatio pertinet ad iuriſditionem: Sed omnis poteſtas iuriſditionis prelatorum dependet a papa: vt in. c. omnes di. xix. Et. c. ſacro ſancta. di. xxij. ⁊ xxiiij. q. i. loquitur dominus. Ergo alij prelati abſque auctoritate pape laxare retia predicationis non valent. ¶ Reſpondeo dicendum: quod nullus inferior papa poteſt predicare abſque auctoritate pape. Iſta concluſio probatur. Poteſtas que data eſt vni in ſua fontali plenitudine: non eſt in alijs: niſi deriuata ⁊ limitata etiam pro illius voluntate ⁊ ordinatione. Sed poteſtas paſcendi doctrina ⁊ predicatione chriſtianum populum eſt ſoli Petro data: ⁊ in eo ſuis ſucceſſoribus: cui cura totius orbis commiſſa eſt dicente domino. Paſce oues meas. Jo. vltimo. Hoc enim teſte Criſo. nulli apoſtolorum dictum eſt: niſi Petro. Ergo quicunque habet poteſtatem predicandi: habet auctoritatem pape. Secunda. A quo quis habet dignitatem epiſcopalem ⁊ curam commiſſam: ab eodem habet ea que ſequuntur dignitatem: Sed omnes prelati a ſede apoſtolica ſunt inſtituti a papa: vocati in partem ſolicitudinis eius. Ergo ab eius auctoritate habent: quod poſſint predicare ⁊ paſcere plebem. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur negando

# Dominica ſexta poſt trinitatem.

pñam. Et ratio eſt: quia tunc ſolus xp̃us regebat apoſtolos: nec aliū habebant ante ſe a quo dependerent. Unde ab ipſo ſolo habebant auctoritatem. Prelati vero nūc habent inſtitutū a xp̃o ſup ſe Petruz: ſiue ſucceſſorem eius: ꝗ̃ caput ⁊ principez eorum: a quo pendet immediate omnis poteſtas eorum. ℂ Ad ſecūdum rñdetur: ꝙ licȝ apoſtoli receperunt auctoritatem predicādi immediate a chriſto ante paſſionem ad predicandum iudeis. Mat. iij. in viam gentiū ne abieritis: euntes predicate dicentes: quia appropinquabit regnum celorum. Mat. iij. ⁊ Luc. ix. poſt reſurrectionez cū miſſi ſunt cum dictum eſt eis: euntes in mundum vniuerſum predicare euangelium omni creature: miſſio iſta intelligebatur: in ordine tamē ad Petrum: quem paſtorem ⁊ caput ac principem totius eccleſie inſtituerat. ⁊ quem vicarium dimittebat in terris. Et ita nūc epiſcopi mittūtur ⁊ aſſumuntur in partem ſolicitudinis ab ipſo Petri ſucceſſore. ℂ Ad tertiaȝ reſpōdetur: ꝙ archidiaconi nec aliqui preſbyteri habent predicandi auctoritatem: niſi auctoritate pape eis conceſſa.

ℂ In dominica ſexta eſt euangelium. Niſi iuſticia veſtra abundauerit plus ⁊c̃. Mat. v. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes queſtiones.

ℂ Primo: vtrum neceſſe ſit ad ingreſſuȝ regni celorum: ꝙ iuſticia fidelium abūdantior ſit ꝙ̃ phariſeorum.

ℂ Secundo: vtrum conuenienter aſſignentur tres gradus ire.

ℂ Tertio: vtrum recōciliatio fratris ſemper ſit facienda ante oblationem muneris ſiue ſacrificij.

Ad primā ſic ꝓceditur. Et videtur: ꝙ nō ſit neceſſe ad ingreſſum regni celorum: ꝙ iuſticia fidelium abūdantior ſit ꝙ̃ phariſeorum. ℂ Primo ſic. Ad conſecutionem ſalutis eterne: ⁊ per cōſequens ad ingreſſum regni celorum ſufficit obſeruantia diuine legis: ſm̄ illud ſaluatoris Math. xix. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata: Sed vna ⁊ eadem videtur eſſe lex: quātum ad moralia: ⁊ antiquorum: ⁊ nūc fideliū: ⁊ per cōſequens eadem iuſticia: cū iuſticia vt ait Plato ſit ars ⁊ diſciplina viuendi: Ergo nō oportet ꝙ abundantior ſit iuſticia xp̃ianorum: ꝙ̃ fuerit phariſeorum ad intrandū regnum celoꝝ. ℂ Secūdo ſic. Si dicatur ꝙ ideo abūdantior debȝ eſſe noſtra iuſticia: quia lex Moyſi nō cohibebat animum ſed manū tm̄: cōtra eodem eſt ordinare animū ad virtutē: et cohibere a peccato: Sȝ lex Moſayca ordinabat animum ad virtutē: vt patet Deutero. vi. Diliges dñm deum ⁊c̃: Ergo ⁊ ipſa cohibebat animum a peccato. ℂ Tertio arguitur ſic. Iraſci non eſt illicitū: Ergo non videtur: ꝙ per iraſci fratri ſuo ſit iuſticia xp̃ianorum abundantior. cum non videatur aliquid addere maioris perfectionis: ꝙ̃ iuſticia phariſeorum. Cōſequētia videtur bona. Probatur aſſumptum. Primo ſic. Nullus motus naturalis videtur eſſe culpabilis: Sȝ iraſci ē motus naturalis: vt dicit glo. preſenti euāgelio: Ergo iraſci nō eſt illicitum. Secundo ſic. Nullus peccat in eo quod vitare nō poteſt: Sed iram homo vitare non pōt: vt habetur glo. ſuper illud Ps̃. Iraſcimini ⁊ nolite peccare: Ergo aſſumptum eſt verum. ℂ In oppoſitum eſt euangelium preſens: in quo chriſtus inquit. Niſi iuſticia veſtra ⁊c̃. ℂ Reſpōndeo dicendum: ꝙ neceſſe ē: ꝙ iuſticia fidelium ſit abundantior: ꝙ̃ iuſticia phariſeorum: ſi ingredi velint regnum celorum. Pro quo ſciendū: ꝙ phariſei credebāt per precepta decalogi: ſola opera exteriora prohiberi: non motum animi: quia vt credebant: voluntas mala non eſt peccatum: niſi exeat in effectum. Unde dicebant de hoc precepto. Nō occides: ꝙ per hoc ꝓhibebatur occidendi factuȝ: ⁊ non occidendi propoſitum. Et hoc eſt: quod dicit ſaluator. Audiſtis quia dictum eſt antiquis: non

occideo:hoc eſt:ſic interp:etabantur p:ece
ptum hoc. Sed hunc erro:em excludit ſal-
uato: dicens. Ego autem dico vobis:quo-
niam omnis qui iraſcitur fratri ſuo:re⁹ erit
iudicio. Hoc eſt non ſoluꝫ qui occiderit fra
trem ſuum:ſed qui iraſcitur ei:reus erit iu-
dicio.i quo chriſtus ſuperaddēdo ſup actuꝫ
exterio:em homicidij:actuꝫ interio:em ani
mi oſtendit:quomodo iuſticia veſtra debet
habundare:pluſqꝫ iuſticia phariſeo:ū:que
ſolum opus exterius p:ohibeat. Et ideo lex
noua dicitur perfectio: qꝫ vetus lex:in hoc
quod ⁊ animum ⁊ manū cohiberet. ¶ Ad
rōnes in oppoſitum. ¶ Ad p:imaꝫ reſpon
detur negādo ꝯñam. Et ratio eſt:quia licet
vna lex quo ad mo:alia ſit vet⁹:⁊ noua q̄n
tum ad ſubſtantiam p:ecepto:um:aliter ta-
men interp:etabatur a phariſeis:⁊ aliter a
xp̄o ⁊ ſuſcipienda eſt a fidelibus. Vñ Au-
guſt. dicit contra Fauſtum:quod pene om-
nia:que monuit vel p:ecepit dñs:vbi adiū
gebat:ego autem dico vobis:ibi inueniunt
etiam in illis veteribus libꝛis:ſed quia non
intelligebant homicidium niſi per emptio
nem co:po:is humani:aperuit dñs omneꝫ
iniquū motū ad nocēdū fratri in homici-
dij genere cōtineri:⁊ q̄ntū ad huiꝰ expli
citas manifeſtationes p̄cepta noue legis di
cuntur maio:is perfectiōis p̄ceptis veteris
legis. Vñ obſeruātia legis n̄ ſufficiebat ad
ſalutē anime in antiquo teſtamento:niſi lex
iuxta interp:etationē xp̄i intellecta ⁊ obſer-
uata. ¶ Ad ſecundaꝫ rñdetur:q̄ aliud ē lo
qui de iuſticia phariſeo:ū:⁊ aliud eſt de le-
ge veteri. Juſticia enim phariſeoꝝ erat. qa
credebāt ſolū opera exterio:a eſſe peccata:
⁊ ſola illa ꝓhiberi. ſed lex vetus bene ꝓhi
bet cū opere exterio:i etiā malam volunta-
tē interio:ē. ſicut ſup:a argutū eſt: Etiā quia
intentio legiſlato:is cuiuſlibet legis:eſt face
re ciues bonos ⁊ virtuoſos:vt dicitur:ij.
Ethico. Sed nullus pōt eſſe bonus ⁊ vir-
tuoſus niſi operatur bona ex animo:⁊ deſi
ſtat a malis:non ſolum opere ſed volunta-
te. Ergo lex vetus vtpote diuina:⁊ rectius
poſita:qꝫ ſit quecūqꝫ lex ciuilis:p:ohibebat
nō ſoluꝫ opus exterius ſed interio:ē animi.
verum eſt tñ q̄ nō cohibebat animū ſ3 ma
num. Differt enim p:ohibitio ⁊ cohibitio.
quia ꝓhibitio fit ſolo verbo:⁊ abſqꝫ pene
cōminatione. Cohibitio eſt:que fit per fa-
ctum vel per metum e: pene cominationē.
Quia autem tñ ſe extendit cohibitio ſiue
coactio legis:quātuꝫ ſe extendit inflictio pe
narum determinataꝝ per legem. Nulla. n.
lex habet virtutem coactiuam. niſi p:opter
penas:quas īfligit vel comīnatur:ſic lex ve
tus nō infligebat:nec cominabatur niſi pe
nas tēpo:ales:infligendas per homines:et
ꝓ factis exterio:ibus:quo:um homo eſt co
gnito:. De interio:ibus autem nō eſt homi
nis iudicare:nec penam infligere. Et ſic pa
tet reſponſio. quia lex vetus licet p:ohibeat
a peccato omni:tam co:dis:qꝫ operis exte-
rio:is:nō tñ cohibebat:penā īponendo:niſi
opera exterio:a. ¶ Ad tertiaꝫ rñdetur ne
gando ꝯñam:q2 vt dicit. Alex. de ales in
tertio. aliud eſt iraſci fratri. aliud iraſci pec
cato. aliud iraſci abſolute. Jraſci fratri ſem
per ꝓcedit ex vicio. Sic eniꝫ ira dicitur vt
dicit Augu. vlciſcēdi libido. Et ſic vt dicit
ſanctus Tho. xp̄s loq̄tur hic in euāgelio de
motu ire:quo quis appetit ꝓximi occiſio-
nem:aut quācūqꝫ grauem leſioneꝫ. Cui ap
petitui ſi cōſenſus rōnis ſuperuenit:ſine du
bio peccatum mo:tale eſt. Et ita nō ē licitū.
Jraſci vero peccato:ꝓcedit ex v̄tute:q2 ex
amo:e vel zelo iuſticie. Jraſci vero abſolu
te:eſt motus indifferens:⁊ aliq̄n eſt illicitū:
aliq̄n nō. vñ Criſo. dicit ſuper Mat. Qui
iraſcitur ſui cauſa:reus eſt. Qui vero cum
cauſa:reus nō eſt. Si ira non fuerit nec do-
ctrina p:oficit:nec iudicia ſtant:nec crimina
compeſcuntur.

D ſecūdū.q. ſic ꝓceditur. Et vi
a detur:q̄ nō cōuenienter aſſignē
tur gradus ire:cum dicitur:qui
dixerit fratri ſuo fatue:reus erit
gehenne ignis: Nā apoſtolus Galatas vo
cat inſenſatos:ad Gala.iij. Et dñs Lu.xxij.

diſcipulos euntes in caſtellum emaus: vocat ſtultos, dicens. O ſtulti ⁊ tardi ad credendum ⁊c̄. Ergo videtur ꝙ nō dicatur bene: ꝙ qui dixerit fratri ſuo fatue: reus erit gehenne ignis. ¶ In oppoſitū eſt textus preſentis euangelij. ¶ Reſpondeo dicendū: ꝙ triplex gradus ire cōuenienter ordinatus ponitur a dn̄o: in euangelio preſenti. Primus quidem eſt in corde: qui notatur cū dicitur: qui iraſcitur fratri ſuo. Secundus eſt in ore per verbum confuſuʒ contumelioſuʒ qui notat̄ eum dicitur. q autem dixerit fratri ſuo ro racha: quod eſt interiectio iraſcētis. Tertius gradus eſt qn̄ proceditur ad cōuiciū determinatū. qui notat̄ cū dicitur q dixerit fratri ſuo fatue: reus erit ⁊c̄. Primus gradus eſt minoris culpe q̄ʒ ſecūdus. ⁊ ſecundus q̄ʒ tertius. Et ideo pmo minor culpa determinatur: cum dicitur: reus ē cōcilio. quia minus eſt ꝙ iudices deberent cōgregari ad determinationē alicuius pene: q̄ʒ ꝙ iam ſit adiudicatus. quod ponitur in ſecūdo: cū dicitur: reus erit iudicio. Et hoc eſt minus: q̄ʒ ꝙ aliquis ſit iam extreme pene determinatus: ꝙ ponitur in tertio gradu: cum dicitur. reus erit gehenne ignis.

¶ Ad rōnes in oppoſitū rn̄detur: ꝙ ſicut licitum eſt aliquem verberare: vel in rebus damnificare: cauſa diſcipline. ita etiam cauſa diſcipline poteſt aliquis alteri: quem debet corrigere: verbuʒ aliquod cōuicioſuʒ dicere. Et hoc modo dominus diſcipulos vocauit ſtultos: ⁊ Apoſtolus Galatas inſenſatos. Unde ſicut dicit Aug. in lib. de ſermone domini in monte. Raro: ⁊ ex neceſſitate magna obiurgatiōes ſunt adhibende: in quibus nō nobis: ſed vt domino ſeruiatur inſtemus: Concordat Alex. i. de aleo. in. iij. Ad argumētum predictum reſpondens. ꝙ vt dicit Auguſtinus: qui dixerit fatue: duo ſubaudiuntur. ſ. ⁊ fratri ſuo: ⁊ ſine cauſa. Hoc eſt vnde defenditur ꝙ apoſtolus vocauit Galatas ſtultos. quos ⁊ fratres nominat. Non enim hoc fecit ſine cauſa. Hec ille.

Ad tertiā. q. rn̄detur: ꝙ ſemp recōciliatio eſt ſiēda qn̄ oblatio eſt fienda ante oblationeʒ muneris ſiue ſacrificij. Ueꝝ diſtinguendum eſt: qꝛ aut frater: cui reconciliandus eſt, quis: eſt preſens: aut eſt abſens. Si abſens: ſufficit ire ſpūaliter pedibus mētis. Unde Auguſtinus in ſermone domini. in monte. Pergendū eſt: nō pedibus corporis: ſed motib⁹ animi: vt te humili affectu proſternas fratri: adq̄ʒ cara cogitatione cōcurris: in conſpectu ei⁹ cui munus oblaturus es. Hoc autē dicitur quis facere: vt dicit Nicholaus de lira: qn̄ habet ꝑpoſitum ſatiſfaciendi: loco: ⁊ tēpore competenti. Et hoc modo vtitur eccleſia romana. qui reum confitentem abſoluit: et ſibi ſatiſfactionem leſo fiendaʒ imponit. Si vero ſit pn̄s: ⁊ cōmode poſſit ipſius fratris offenſi habere preſentiam: eum non ſimulato animo lenire: atq̄ʒ in gratiam prouocare veniā poſtulādo: debes: ac deinde offeras munus tuum. Sed ſurgit hic alia queſtio. Utrū ille: qui iniuriatus eſt: debeat amicitiam querere. ¶ Reſpōdeo iuxta. Alex. d̄ ales. in tertio: ꝙ duplex eſt debitum ſcilꝫ debitum neceſſitatis: ⁊ ſine quo non eſt ſaluus. Et ſm̄ hoc qui iniuriatus eſt: nō debet recōciliationē querere. Unde Augu. in ſermone dn̄i. in monte. Non veniam poſtulabis ab eo: qui tibi iniuriaʒ fecit. ſed tantū dimittas ſicut tibi a domino dimitti cupis quod ipſe cōmiſeris: ⁊ eſt debituʒ perfectiōis qđ confert ad maiorem gloriam. Et hoc mō dicit Criſo. ꝙ iniuriatus debes duplicem recōciliationem querere: vt duplicem gloriaʒ conſequaris. Unam quia iniuriatus eſt. Alteram quia prior rogaſti. Non enim volens te deus ſubſtinere ſub ꝑpedibus: iubet te prius rogare. ſed volens tibi humilialitatis gloriam prouidere. Hec ille.

¶ In dominica ſeptima eſt euangeliū. In illo tempore cum multa turba ⁊c̄. Marc. viij. Poſſunt diſputari: que in dominica quarta quadrageſime diſputata ſunt.

¶ In dñica octaua eſt euangeliū. Attendite a falſis ꝓphetis ⁊c. Math. vij. Circa quod poſſunt diſputari .iij. q.

¶ Primo: vtrum cauendi ſint falſi prophete.

¶ Secundo: vtrum ſufficiens argumētum ad cognoſcendū predictos lupos aſſignet̄ cum dicitur. A fructibus eorum cognoſcetis eos.

¶ Tertio: vtrum ſimpliciter ex voluntate iudicanda ſit actio bona vel mala.

AD primam ſic ꝓcedit̄. Et videtur: ꝙ nō ſint cauendi falſi ꝓphete. ¶ Primo ſic. Multi tales nūc ſūt. Ergo ⁊c. Antecedens probat̄ ex illo Matthei. xvi. Lex ⁊ ꝓphete vſq3 ad Jo. Ergo videt̄ ꝙ nō oporteat poſt tempora Jo. a talibus attendere. ¶ Secūdo ſic. Si dicūtur per falſos ꝓphetas heretici. Cōtra Apoſtolus inquit. i. Cor. xi. Oportet eſſe hereſes in eccleſia vt qui ꝓbati ſunt manifeſti fiāt. Ergo nō attendendū ſiue cauendū ab eis.

¶ Tertio ex illo Math. xiij. vbi dñs mandauit: vt ſerui permitterent creſcere zizania vſq3 ad meſſem. Sed per zizaniā heretici intelliguntur: ſm̄ Auguſt. Ergo ⁊c. ¶ In oppoſitum eſt euangeliū p̄ns. ¶ Rn̄deo dicendū ſub iſta cōcluſione: ꝙ diligēter cauēdi ſunt falſi ꝓphete: qui hic heretici dicuntur. Et hoc multiplici rōne. Primo ſūt diligenter cauendi. q2 occulte veniūt ⁊ incēdūt falſam doctrinā: ſub virtutū apparentia palliantes. Unde dicitur veniūt in veſtimētis ouiū. i. tecti ſub bonis operibus. ſ. orationibus: ieiunijs: ⁊ elemoſinis: que ipſi ficte faciunt: q2 in ijs nō honorem dei intendunt: ſ3 fauorem populi captandū: vt eorum dictis credulitas citius adhibeatur. De quib⁹ dicit Apoſtolus ad. Ro. xvi. Per dulces ſermones: ⁊ bn̄dictiones ſeducūt corda innocentium. Scdō ſunt diligenter cauendi propter periculum. Un̄ ſubditur. Sunt enī3 intrinſecus. ſ. per corruptam voluptatem: ⁊ intentum nocēdi: ⁊ ſeducendi: lupi rapaces. Lupi enī nō ſolū ſunt mordaces: ſed etiam venenatos hn̄t dētes. Sic heretici cū mordent: venenum falſe doctrine effūdūt. Tales enim niſi diligēter caueātur: multū proficiūt ad impietatem: quia vt dicit. Apoſtolus. ij. Thi. ij. Sermo eorū vt cancer ſerpit. Et ideo bn̄ dicitur. Jſa. lij. Recedite: recedite: nolite tangere immūdū. Or: ſicut dicitur Eccl. xiij. qui tetigerit picem: coinquinabitur ab ea. Et qui cōicat ſuperbo: induet ſuperbiā. Tertio cauendi ſunt ne inuoluamur penis dānationis eorum: que ſunt plures in iure. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primā rn̄detur ſm̄ Albertū. Dicit enī: ꝙ obiectio illa fuit Criſo. ⁊ ſoluit eam ſic: ꝙ ꝓphetia ē diuina inſpiratio ſub immobili veritate: tales eorū euentus denūcians: q̄ ſunt de redemptore. ⁊ ſanctis. Et hoc modo prophetia fuit finita vſq3 ad Jo. qui digito ſaluatorē demonſtrauit: Sed ſi ꝓphetia dicat̄ quecūq3 enūciatio futurorū: tunc prophete ſunt: ⁊ fuerūt poſt Joannē: ſicut Agabus: ⁊ filias philippi. in actibus apoſtolorū: q ſamē ⁊ vincula Pauli prouūciabāt: ⁊ multi alij qui ad humanarū aurium directionem multa pronūciarūt. Secūdo rn̄detur: ꝙ hic falſi ꝓphete dicuntur heretici. ¶ Ad ſecūdā rn̄detur negando cōſequentiā. Et eſt ratio: quia vtilitas que ex hereſibus venit: eſt preter hereticorum intentionem: quorū intētio eſt corrūpere fidē. quod ē maximi nocumenti. Unde magis reſpūendū eſt ad id: qd eſt per ſe de intentione eorū: vt excludatur: quātū ad hoc quod eſt preter intentionē3 eorū: vt ſuſtineant̄. ¶ Ad tertiam rn̄detur qd ſupra dicit Auguſti. Jlud eſt intelligendum in eo caſu. qn̄ non poſſunt extirpari zizania ſine extirpatione tritici: vt dictum eſt in vltima. q. diſputata in dominica ſcda poſt feſtum trinitatis.

AD ſecūdā ſic ꝓcedit̄. Et videt̄: ꝙ nō dtur cōuenienter ſignū cognoſcēdi falſos prophetas: cū d̄r. a fructib⁹ eorū cognoſcetis eos. ¶ Primo: ꝙ

taleſ vt dr̃ in euãgelio veniũt in veſtimen
tis ouiũ: Sʒ veſtes ouiũ ſunt opa bõa. Vñ
lana ponitur inter fructus ouiũ. Ergo nõ ē
cõueniens ſignũ cognoſcendi falſos ꝓphe
tas. ¶ Secũdo ſic. Opera de genere bono
rum ſunt cõia bonis ⁊ malis. ⁊ ſunt fructꝰ
bone voluntatis: Ergo ex illis non poſſunt
diſcerni falſi ꝓphete a veris. ¶ In oppo.
eſt euangeliũ pñs. ¶ Rñdeo dicendũ: ꝙ ſi
gnũ cognoſcendi falſos ꝓphetas daẽ cõue
niens: cũ dñs dicit: a fructibꝰ eoꝝ cognoſce
tis eos. Pʒ iſta cõcluſio: q: fructꝰ: ex quibꝰ
cognoſcũtur boni catholici: eſt maxime cõ
feſſio imaculata fidei catholice: ſanctis ope
ribus aſſociata. Vñ ſi cõfitetur fidẽ catholi
cã: quã vniuerſalis eccleſia tenet: ⁊ doceret
bona opa nõ facit: falſus ꝓpheta ꝟ bonus
xpianus iudicaẽ: de qbus Apoſtolus loqui
tur ad Ephe. v. dicẽs: vt filij lucis ambula-
te. Fructꝰ lucis eſt in oĩ bonitate: in iuſticia:
⁊ veritate: ꝓbãtes qd ſit bñ placitum deo.
Ubi duo ponit. Primo ſubſtãtiã opis ſiue
genus opis. Scdo intẽtionẽ faciẽtis. De ꝓ
mo dicit: fructus lucis ē. i. opa fructifera et
clara. Eccle. xxiiij. Flores mei: fructꝰ hono-
ris: ⁊ honeſtatis. Ubi aduertendũ: ꝙ oĩs vĩ
tus ad tria reduciẽ. Nã opʒ ꝙ agens ordi
neẽ in ſe ad primũ ⁊ ad deũ. In ſe: vt ſit bo
bus in ſeipſo. Et ꝓpter hoc dicit in oĩ boni
tate. Item ad ꝓximũ p iuſticiã. Ideo dicit i
ſumma iuſticia Ps. Feci iudiciũ: ⁊ iuſticiã.
Itẽ ad dñm per cognitionẽ ⁊ cõfeſſionẽ ve
ritatis. Eiꝫõ dicit: ⁊ veritate. Quãtũ ad ſe-
cũdũ. ſ. intentionẽ facientis: ſubdit: ꝓbãtes
qd ſit bñplacitum deo. i. vt intẽdas facere:
qḋ placʒ deo. Ro. xij. Probetis que ſit vo
lũtas bona ⁊ bñ placens ⁊ perfecta. A fru
ctibus ergo lucis: que ſunt opa fructifera:
⁊ clara in oĩ bonitate. iuſticia: ⁊ veritate: cũ
intẽtiõe faciẽdi: quod deo placet cognoſcũ
tur veri prophete: veri doctores catholice
veritatis. Et a cõtrarijs fructibꝰ cognoſcũ
tur falſi ꝓphete: errorũ magiſtri: doctores
heretice prauitatis. Ex hĩs que dicta ſunt pʒ
reſpõſio ad obiecta: qm̃ ex illis ſimiliter nõ
bene diſcernũtur ſicut arguitur.

De tertiaʒ. q. ſic ꝓceditur. Et vi
a detur: ꝙ ſimpliciter ex volũtate
actus iudicãda ſit bona vel ma-
la. ¶ Primo ſic. Ex pñti euan
gelio: vbi dicitur. Nõ põt arbor mala bo-
nos fructus facere. nec arbor bona fructus
malos. Sed voluntas bona compararẽ bo-
ne arbori. mala autem male. Quom̃ ergo
fructus voluntatis ſint actus exteriores: vi
detur: ꝙ ex bonitate vel malicia volũtatis:
ſimpliciter exteriores actus dicẽdi ſunt bo
ni vel mali. ¶ Secũdo ſic. In. iij. Metha:
dicit phũs: ꝙ ratio boni a fine ſumitur: Sʒ
actus voluntatis habet ordinem ad finem:
mediante voluntate: cuius obiectũ ē finis:
Ergo ſm̃ bonitatẽ vel maliciam voluntas
tis dicendus eſt actus exterior: bonꝰ vel ma
lus. ¶ Tertio dicit. Auguſti. Voluntas eſt
qua peccatur: ⁊ recte viuitur: Sed ſʒ ꝙ ea
peccatur: eſt mala: ſm̃ vero ꝙ ea recte vi-
uitur: ē bona: Ergo actus ipſi exteriores de
bent iudicari boni vel mali: ſm̃ bonitatem
vel maliciam bonitatis. ¶ In oppoſitum.
Sic dicit. Phil. ij. Ethi. ꝙ quedam ſunt q̃
bene fieri nõ poſſunt: q: cũ ſint extrema: in
eis nõ eſt medium accipere. Conuenit au-
tem in talia opera progredi: propter volun
tatem alicuius finis boni. Ergo non eſt iu-
dicandus actus exterior bonus propter bo
nitatem voluntatis. ¶ Reſpondeo dicen-
dum: ꝙ voluntas poteſt dupliciter conſide
rari. vel ſm̃ ꝙ eſt intendens: prout in vlti-
mum finem fertur. vel ſm̃ ꝙ eſt eligens: ꝓ
ut fertur in obiectum proximum: quod in fi
nem vltimum ordinatur. Sic conſideretur
primo modo: ſic eſt concluſio prima. ꝙ ma
licia voluntatis ſufficit ad hoc: ꝙ actus ma
lus eſſe dicatur: quia quod malo fine agi-
tur malum eſt. Secunda concluſio. Boni-
tas voluntatis intendentis non ſufficit ad
bonitatem actus: quia actus poteſt eſſe de
ſe malus: qui nullo modo poteſt bene fie-
ri. Si autem conſideratur voluntas: ſm̃ ꝙ
eſt eligens: ſic eſt tertia cõcluſio: quod vni

uerſaliter verum eſt: ꝙ a bonitate volunta
tis dicitur actus bonus. ⁊ a malitia malus.
Sed notandum: ꝙ ad bonitatem conſilij:
quod electionẽ precedit: vt in. vij. Ethi. di
citur: tria exiguntur. Unum. ſ. ꝙ conſilians
preſtituat ſibi finem debitum. quia ſi aliqs
ad malum finẽ conſequendũ: multas effi
caces vias inueniat: nõ dicitur bonus con
ſiliator. Secundo: ꝙ ad bonum finẽ conſe
quendũ: adinueniat bonũ opus: per quod
finem conſequatur. Unde ſiquis bonum fi
nem intendat conſequi per malam actionẽ:
non eſt bonus conſiliator: quia ſortitur finẽ
inconuenienti medio: eo ꝙ illud quod ad
finem ordinatur: non eſt proportionatum fi
ni illi: ſicut ſi aliquis veram concluſionem
per medium impertinens concluderet.
Tertio: requiritur vt adinueniat vtrunqꝫ
in tempore conuenienti: ne ſit preceps in fe
ſtinando: vel etiam inutilis in tardando.
Sed hoc vltimũ pertinet ad bonitatẽ cõ-
ſilij: ſm ꝙ conſilium in ratione inquirente
inueniente eſt. Alia vero ex parte rei con-
ſiabilis. Quom ergo electio ſit. q. conſilij
concluſio. vt in. iij. Ethi. dicitur: oportet ꝙ
ad bonitatem voluntatis eligentis concur
rat bonitas finis. ⁊ bonitas eius quod eſt
ad finem ordinatum. Et ſi hoc ſit: proculdu
bio actus exterior bonus erit. Si autem al
terum defierit: eſſet voluntas mala: ⁊ actꝰ
malus. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad pri
mam reſpondetur: ꝙ arbor eſt: ex qua im-
mediate procedit fructus. Unde arbori cõ
paratur voluntas in euangelio: ſcḋm ꝙ eſt
eligens: quia ex electione immediate ſequi
tur fructus. Uel vt dicit ſanctus Tho. in
prima ſecunde. per alia verba voluntas bo
na prout ſignificatur per arborem bonam
eſt accipienda: ſm ꝙ habet bonitatem: ⁊
ex actu volito: ⁊ ex fine intento. ¶ Ad ſe-
cundam reſpondetur negando conſequen-
tiam. Et ratio eſt: quia ad bonitatẽ rei nõ
ſolum exigitur bonitas finis vltimi: quam
reſpicit voluntas intendens. ſed etiam bo-
nitas finis proximi: quẽ reſpicit voluntas
elige'ns. Et ideo non ſequitur: ꝙ bonitas
voluntatis intendentis ad bonitatem actus
ſufficiat. ¶ Ad tertiam reſpondetur: ſicut
ad ſuperius. Non enim ſolum aliquis pec
cat quando vult malum finem: ſed etiam
quando vult malum actum.

¶ In dominica nona eſt euangelium. Ho
mo quidam diues ⁊c̃. Luc. xvj. Circa qḋ
poſſunt diſputari ſequentes. q.

¶ Primo: vtrum prelatus vel clericus diſ
ſipans bona eccleſie: ſit deponẽdus.

¶ Secũdo: vtrum conuenicter dentur pe
cunie ſiue elemoſine: vt oretur pro dante.

¶ Tertio: vtrũ de illicite acquiſitis poſſit
fieri elemoſina.

a Ad primam. q. ſic proceditur. Et
videtur ꝙ clericus ſiue prela-
tus diſſipans bona eccleſie: nõ
ſit propter hoc deponendus.

¶ Primo ſic. Matrimonium ſpirituale
in quo prelatus eſt vir ſiue ſponſus eccle-
ſie ſue: eſt nobilius ꝗꝫ carnale: vbi vir con
iungitur carnaliter vxori ſue. Sed in ma-
trimonio carnali vir quãuis bonorũ vxo
ris ſit diſſipator: non remouetur aut depo
nitur de matrimonio. Ergo nec prelatus
per hoc: ꝙ diſſipauerit bona eccleſie: venit
deponẽdus. Conſequentia videtur bona.

¶ In oppo. arguitur ex preſenti euangelio:
arguendo a minori ad maius: quia diſſipa
tor bonorum temporalium domini ſui de-
ponitur ab officio. multo magis eſt depo-
nẽdus prelatus: diſſipator bonorũ tempo-
raliũ: ſiue ſpũalium chriſti. ¶ Rñdeo di-
cendum: ꝙ prelatus diſſipator ſiue dilapi-
dator bonorũ eccleſie: eſt deponẽdus ab ec
cleſia. Iſta ↄcluſio colligitur ex multis capi
tulis in decre. i. ꝛ. q. iij. c. vlt. xij. q. v. diaco-
ni. ⁊ c. abbatibus. ⁊. xvj. q. iiij. c. ij. ¶ Ad
rationem in oppo. reſpondetur negãdo cõ
ſequentiam. Et rõ eſt: quia non eſt ſimile in
hac parte de matrimonio carnali: ⁊ de ma
trimonio ſpũali: prelati cum eccleſia. Car
nale enim eſt magis fixum: ⁊ inſeparabile
ꝗꝫ ſpirituale ſit.

Ad ſecundam.q.ſic proceditur. Et videtur q non ſit danda elemoſina alicui: vt oret pro dante. ¶ Primo ſic. Simonia eſt ſtudioſa voluntas emendi vel vendendi aliquod ſpirituale vel ſpirituali annexum. Sed oratio eſt maxime ſpirituale. Ergo dare elemoſinam vt quis oret pro eo: videtur ſimonia: eo quia dat temporale pro ſpirituali. Sed ſimonia nullo modo eſt cō mittenda. Ergo elemoſina nō eſt danda alicui: vt oret pro eo. ¶ Secundo ſic confirmando. Qui diligit alium vt oret pro pecunia: dat ſpirituale pro temporali. Et omnis talis eſt ſimoniacus. Ergo ⁊c. ¶ In oppo. eſt euangelium preſens. ¶ Reſpondeo dicendum: q elemoſina licite pauperib9 datur: aut bonis viris: vt oretur pro dante: quando illi qui dant elemoſinas pauperibus: vt orantium ab ipſis ſuffragia impetrent: non eo tenore dant: quaſi intendentes orationes emere. ſed per gratuitam beneficientiam pauperum animos eorum prouocant ad hoc: q eis gratis: ⁊ ex caritate orent. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primam reſpondetur: q verum eſt: q oratio ſpiritualis ē. Unde nullo modo debet ſub precio poni. Nec illi qui dant pecuniā pauperibus vt pro eis orent: orationem emunt ſed vt dictum eſt animos pauperum aliciunt ad orandum pro ſe: ⁊ omnes faciunt ſibi debitores. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando conſequentiā. Et ratio eſt eadem. Homo enim facit ſibi amicos pauperes: dum ſubuenit eorum neceſſitatibus.

Pauperes enim xpi grati ſunt ſuis benefacientibus. Et ita patet: q beneficium nō eſt ſicut finis motiuus ſed ſicut aliquid inducens. Et qm̄ principaliter hoc intendunt ideo non propter hoc orant finaliter. Et iō oratio non venditur: ſed imperatur per accidens. ſ. per acquiſitionem amoris. Et ſic de iſta concluſione.

Ad tertiam.q.ſic proceditur. Et videtur q de illicite acquiſitio poſſit fieri elemoſina. ¶ Primo ſic ex preſenti euāgelio. Facite vobis amicos de māmona iniquitatis Ubi glo. dicit. Iniquitas bene diſpenſata: in iuſtitiam vertitur. Ergo videtur: q licite de malis acquiſitis poſſit elemoſinam facere. ¶ Secundo ſic. Qui eſt in extrema neceſſitate conſtitutus omnibus modis ſubueniendum eſt. Sed conuenit aliquem: qui nihil habet: niſi de iniuſte acquiſito: aliquā in extrema neceſſitate videre. Ergo debet elemoſinam facere. Ergo de male acquiſito: ⁊ detento poteſt elemoſina fieri. ¶ Tertio ſic. De acquiſito per meretricium: ⁊ per aleas: ⁊ per ſimoniam: que ſunt turpia lucra poteſt elemoſina fieri. Ergo ⁊c. ¶ In oppo. eſt illud Aug. libro de verbis domini De iuſto labore facite elemoſinā. Et infra. Nolite elemoſinam facere de fenore ⁊ vſuris. Et Grego. Non eſt computanda elemoſina: ſi pauperibus diſpenſatur: qd ex illicitis acquiritur. ¶ Reſpondeo dicēdum: q tripliciter poteſt eſſe aliquid acquiſitum illicite. Uno modo quando id quod illicite ab alio acquiritur: debetur ei a quo eſt acquiſitum: nec poteſt ab eo retineri: q acquiſiuit. ſicut contingit in rapina ⁊ in furto ⁊ in vſuris. Et de talibus eſt concluſio: q de talibus non poteſt fieri elemoſina.

Patet concluſio: quia homo de talibus tenetur ad reſtitutionem. Alio modo eſt aliquid illicite acquiſitum: q ille qui acquiſiuit: retinere non poteſt: nec tamen debetur ei a quo acquiſiuit. quia contra iuſtitiam accepit: ⁊ alter contra iuſtitiam dedit: ſicut cō tingit in ſimonia: in qua dans ⁊ recipiēs ꝯ iuſtitiam legis diuine agit. Et de tali eſt cō cluſio ſecunda: q non debet reſtitui ei: qui dedit. ſed debit in elemoſinam erogari. Et eadem ratio eſt in ſimilibus: in quib9. ſ. datio ⁊ acceptio eſt contra legem dei. Tertio eſt aliquid illicite acquiſitum: non quidem q ipſa acquiſitio ſit illicita: ſed q id a quo

acquiritur: eſt illicitum: ſicut patet de eo quod mulier acquirit per meretricium. Et hoc vocatur proprie loquendo turpe lucrum. Quod enim mulier meretricium exerceat turpiter agit & contra legem dei: ſed in eo ꝙ accipit: non iniuſte agit: nec contra legē dei. Unde de tali turpiter & illicite acquiſito: eſt tertia cōcluſio: ꝙ retineri poteſt: & de eo elemoſina fieri. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primam reſpondetur: ꝙ textus ille intelligitur de diuitijs per actum illicitum acquiſitis. & tamen iuſte poſſidentur. Uel aliter dicendum. ꝙ mamona iniquitatis dicuntur diuitie: etiam licite acquiſite: & poſſeſſe: tamen dicuntur iniquitatis: quia frequenter ducunt hominem in peccatum.

¶ Ad ſecundā reſpōdetur negando conſequētiā. Et ratio eſt: quia in caſu extreme neceſſitatis oīa ſunt cōia. Et ita nō accipit ſibi de alieno. ¶ Ad tertiā reſpōdet: ꝙ de acquiſito per meretricium iā dictū eſt: ꝙ poteſt fieri elemoſina. Nō autem fit deo ſacrificiū vel oblatio ad altare: tum propter ſcandalum. tum propter ſanctorum reuerētiam. De eo autē quod eſt acquiſitum per ſimoniā: iam dictū eſt: ꝙ debet erogari in pias cauſas. Circa quintum: illa que per aleas acquirūtur videtur aliquid illicitum ex iure diuino. ſ. ꝙ aliquis lucretur aliquid ab his qui rē ſuā alienare non poſſunt. ſicut ſunt minores & furioſi: & huiuſmodi. & ꝙ fraudulenter ab eo lucretur: & in his caſibus tenetur ad reſtitutionē. Et ſic de eo nō poteſt elemoſinā facere. Aliud autē videtur eſſe ulterius illicitum ex iure poſitiuo ciuili: quod prohibet vniuerſaliter tale lucrum. Sed quia ius ciuile non obligat omnes: ſed eos ſolos: qui ſunt his legibus ſubiecti. & iterū per diſſuetudinem abrogari poteſt. Ideo apud illos q ſūt huiuſmodi legibus aſtricti tenentur vniuerſaliter ad reſtitutionem que lucrantur: niſi forte contraria cōſuetudo preualeat. aut niſi aliquis lucratus ſit ab eo: qui traxit eum ad ludum. In quo caſu non tenetur reſtituere: quia ille qui amittit nō eſt dignus recipere. nec poteſt licite retineri ex tali iure poſitiuo durāte. Unde opꝫ de hoc elemoſinā facere in hoc caſu.

¶ In dominica decima eſt euangeliū. In illo tempore cum appropinquaret ieſus &c. Luce. xix. Poſſunt hec diſputari.

¶ Primo: vtrum per ſacram ſcripturam poteſt oſtendi: ꝙ aduentus meſſie. i. chriſti in carnem aduenerit.

¶ Secūdo vtrum iudei tempus viſitationis ſue. i. aduentus xpi cognouerunt.

¶ Tertio: vtrum ſimoniaci tam vendētes ꝗ̄ ementes ſpiritualia pro temporalibus: ſint ab eccleſia expellendi.

Ad primam. q. ſic proceditur. Et videtur ꝙ non poſſit per ſcripturā ſanctam oſtendi: ꝙ aduentus meſſie. i. xpi in carnem aduenerit. ¶ Primo ſic ex illo. Iſa. ij. vbi loquitur de tempore aduentus chriſti. vbi dicitur. Erit in nouiſſimis diebus preparatus mons domini in vertice montium. Et eleuabitur ſuper omnes colles. & fluent ad eum omnes gentes. Et ſequitur. Conflabunt gladios ſuos in vomeres: & lanceas ſuas in falces. nō leuabit gens contra gentē gladiū. nec exercebuntur vltra ad bellum. Ex his arguitur multipliciter. Primo ex eo quod dicit ꝙ hoc erit in nouiſſimis diebus. quia ieſus chriſtus non fuit in nouiſſimis diebus. quia poſt natiuitatem eius & nondū multa tempora fluxerunt. Ergo videtur ꝙ ipſe non fuerit vere chriſtus: cuius aduentus promittitur in nouiſſimis diebus. ¶ Secūdo arguitur ex illo quod ſubditur: ꝙ mons domini erit in vertice montiū. Mons enim ille dicitur mons ſyon. vbi fuit templum. mons ille non eſt in aliquo eleuatus. Ergo adhuc non venit chriſtus. ¶ Tertio arguitur ex eo quod ſubditur fluent ad eum omnes gentes: quia non omnes credunt in ieſum nazarenū. ¶ Quarto arguitur ex eo quod ſequitur: non leuabit gens contra gētem gladiū. quia poſt natiuitatē ieſu chriſti

ſti: nõ ceſſarunt bella per vrbem: vt patet:
nec ceſſant. Ergo videtur q aduentus ve-
ri meſſie. ſ. chriſti nondum venit. Secundo
principaliter arguitur ſic. Dicitur Iſa. xj.
Egredietur virga de radice ieſſe: vbi ſcri-
ptura loquitur de aduentu chriſti. Sequitur
ibidem. Habitabit lupus cum agno ⁊ par
dus cum hedo accubabit. Et ſequitur ibi-
dem. Delectabitur infans ab vbere ſuper
foramina aſpidis: ⁊ in cauerna reguli: qui
ablactatus fuerit manum ſuam mittet. Sed
adhuc non videmus agnos cum lupis pa-
cifice habitare: nec pueros delectabiliter
cum ſerpentibus ludere. Ergo non fuit tē-
pus adimpletum veri chriſti. ¶ Tertio ſic
Dicitur Iere. xxiv. Ecce dies veniunt dicit
dominus. ⁊ ſuſcitabo Dauid germen iu-
ſtum. Et ſequitur. In diebus illis ſaluabi-
tur Iuda ⁊ Iſrael habitabit confidenter.
Sed poſt aduentum ieſu iudei ſemper fue-
runt in periculo: ⁊ in pauore. Ergo vide-
tur q tempus aduentus veri chriſti non-
dum venit. ¶ In oppo. arguitur ex preſen
ti euangelio: vbi chriſtus redarguit iudeos
q non cognouerunt tempus viſitationis eo
rum. ſ. aduentus ſui: qui fuit aduentus ve-
ri chriſti promiſſi. ¶ Reſpondeo dicendū
q per ſacram ſcripturam poteſt oſtendi ma
nifeſte: q aduentus veri chriſti: qui fuit ie-
ſus nazarenus: iam aduenit ſiue chriſtum
iam veniſſe. Iſta concluſio probatur mul-
tipliciter. Primo ſic ex illo Gene. xlix. vbi
Iacob patriarcha prophetizauit dicens.
Non auferetur ſceptrum de Iuda: ⁊ dux
de femore eius: donec veniat: qui mitten-
dus eſt: ⁊ ipſe erit expectatio gentium. Sȝ
notorium eſt: q quando chriſtus fuit natus
ſceptrum fuit ablatum de femore Iude.
Unde tunc ſub ceſare regnabat herodes
alienigena natione: in iudea: vt patet. Er-
go ab illo tempore venit chriſtus: ⁊ confir-
matur per tranſlationem caldaicam: quia
vbi Iero. tranſtulit: donec veniat: qui mit-
tendus eſt: caldaica tranſlatio habet donec
veniat meſſias. Et ſic patet q auctoritas p̄
dicta non poteſt intelligi de aliquo alio: ſȝ
de chriſto. in quo poſſunt confutari multe
cauillationes iudeorum. Secundo proba-
tur predicta concluſio ex illo Danielis. ix.
vbi angelus Gabriel inſtruit eum de ad-
uentu chriſti dicens. Septem ebdomade
abbreuiate ſunt ſuper populum: ⁊ ſuper vr-
bem tuam ſanctam vt conſumeretur pre-
uaricatio: ⁊ finem accipiat peccatum: ⁊ de-
leatur iniquitas: ⁊ adducatur iuſtitia ſem-
piterna: ⁊ impleatur viſio: ⁊ prophetia: ⁊
vngatur ſanctus ſanctorum. Nō vero acci
piat ibi ebdomadas annorum: patet in prin
cipio capituli. Et ita intelligunt omnes do-
ctores. Sed iſte ebdomade ſeptem que fa-
ciunt. xlix. annos. ſunt preterite. Ergo tē-
pus aduentus chriſti iam longe preterijt.
¶ Tertio probatur concluſio ſic. Quādo
ſcriptura ſacra denunciat aliquod futurū:
⁊ determinat tempus ⁊ locū: ⁊ modum: ſi
omnia iſta concurrant in vnū: manifeſte
p: q illud quod fuerat predictū: eſt impletū
Sacra aūt ſcriptura predixit aduentū chri
ſti: vt patet in multis locis. Determinauit
ēt tēpus veniēdi: videlȝ quādo fuerit trāſ-
latio regni ſupra Gen. xlix. Nō auferetur
ſceptrū ⁊c. Siliter locū naſcēdi Michee
v. Et tu bethleē eufrata ⁊c. Siliter modū
viuēdi. ſ. q xp̄s in paupertate viueret. zacha.
ix. Ecce rex tu' venit tibi iuſtus ⁊ ſaluator:
⁊ ipſe paup. Siliter determinat ſacra ſcri-
ptura modū moriēdi: q. ſ. in humilitate ⁊ pa-
tiētia: ex pte ipſius xp̄i: ⁊ in crudelitate maxi
ma: ex pte occidētiū ipm: vt habet Iſa. liij.
Sicut ouis ad occiſionem ducet. Sed hec
oia manifeſte ſūt ipleta i ieſu nazareno. Er-
go rōnabiliter ↄcludit: q ipſe fuerit verus
xp̄s. ¶ Ad rōnes in opp. ¶ Ad primā de
auctoritate Iſa. ⁊ rñdet negādo ↄñam: in oi
bus ptibus argumētationis eius. Ad id qđ ait
de nouiſſimis diebus: dicimus nihil valere:
q nouiſſimi dies ibi dicitur dies meſſie: ſi-
ue xp̄i. Et aliquando dicunt tēpora: etiam
chriſtū precedētia: ſm illud. Gen. xliij. vbi
patriarcha Iacob dixit filijs ſuis. Cōgrega-

mini: vt annunciem vobis que futura ſunt in diebus nouiſſimis. Et ibidem conſequēter denunciat non ſolum de aduentu chriſti ſed etiam de multis que adimpleta ſunt a tēpore regum: ⁊ iudicū. vt pꝫ litteraꝫ intuēti. ¶ Ad rationē ſumptaꝫ de eleuatiōe mōtis reſpondetur: ꝙ eſt vanitas hoc: ꝙ eleuatio talis nō eſt intelligenda ſm motum localē: vt intelligūt iudei: ſed ſm nobilitatem: ⁊ appreciationē: quod tunc factuꝫ eſt: qñ chriſtus ipſum tēplū miraculis ⁊ doctrina multiplicater ſuper omnia alia loca nobilitauit: ⁊ exaltauit. ¶ Ad rationeꝫ ſumptā de fluēt omnes gentes: rñdetur: ꝙ ibi diſtributio ē accōmodata pro generibus ſingulorꝫ: nō ꝓ ſingulis generū: ſicut dicitur: ꝙ omne aīal fuit in archa Noe. quia de ſingulis generibus animaliū fuerūt ibi aliqua indiuidua: ⁊ ſimiliter de omnibus gentibus: ſiue de iudeis ſiue de gentilibus cōfluxerunt ad chriſtum credentes in ipſum. Et ita illud adimpletum eſt. ¶ Ad rōnem ſumptā ex illo nō leuabit gens cōtra gentem. reſpondetur: ꝙ illud dictū eſt: quia circa tempus chriſti fuit pax diuturna in orbe: ⁊ maxime in iudea. Quod patet ex eo: ꝙ imminente natiuitate chriſti: peccatis omnibus regnis: ⁊ ſub imperio romano redactis: preceptū fuit a ceſare auguſto: vt deſcriberet vniuerſus orbis: ⁊ ab illo tempore vſqꝫ ad quartuꝫ annū poſt paſſionem chriſti: qñ ceperunt iudei rebellare romanis: nō leguntur aliqua notabilia bella fuiſſe in iudea. nec iudeos vſos fuiſſe armis. quia terra cuſtodiebatur a militibꝰ romanis. Et ideo probabile eſt: ꝙ tunc propter diuturnitatem pacis: iudei inſtrumēta qbus vtebantur ꝑus in bellis: mutarent in inſtrumēta agriculture apta: ſicut ſenſibiliter videtur fieri in terris: vbi eſt pax diuturna. Quod aūt dicitur. nō leuabit gens cōtra gentem gladiū: vbi. ſi. vltra nō importat eternitatem: ſed ſolum diuturnitatem tēporis. i. vſqꝫ ad longum tēpus. ¶ Ad ſecūdam rationē principalem de illo Iſa. xi. habitabit lupus ⁊c. reſpondetur negando ꝯñam. Et ratio eſt: quia eſt locutio Metaphorica: quia homines ibi nominantur nomine animaliū. Et ſimiliter habetur Gen. xlix. Beniamin lupus rapax ⁊c. Sic ergo dicēdū eſt in propoſito: ꝙ iudei ⁊ gentiles qui prius erant adinuicem nociui ⁊ odioſi: pacifice ſimul habitauerūt: conuerſi ad fidem chriſti: ſm quod dicitur. Act. iiij. ꝙ multitudinis credentiū erat cor vnū: ⁊ anima vna. Et eodem modo exponendū eſt de pueris ⁊ animalibus venenoſis: quia ſimplices ⁊ puri nō leduntur ab illis: qui ante conuerſionem ad fidem xpī erant veneno infidelitatis: ⁊ perfidie repleti. ¶ Ad tertiā ex illo Hiere. xxix. reſpondetur: ꝙ iam nō erāt filij iſrael: ⁊ Iuda: proprie loquēdo: quia erāt auerſi a deo: quia xpm negauerunt: ⁊ occiderunt ꝓpter quod etiam illā miſeriā meruerunt. Et ideo ex illa miſeria magis concluditur propoſitum: ſicut pꝫ ex dictis. Illi autem q vere fuerūt filij iſrael ⁊ Iuda: q. ſ. xpm receperūt: ſaluati ſunt per ipſum: non ſolū ſpiritualiter: quātū ad aīas: ſed etiā corporaliter: quia ſm quod dicitur in eccleſiaſtica hiſtoria: imminente deſtructione ciuitatis Hieroſolime: ꝑ Titū ⁊ Veſpeſianū: admoniti ſunt fideles: qui erant in iudea: per angelum: vt trāſirēt in regnū regis Agrippe. q erat cōfederatus romanis: ⁊ ibi ſaluati ſunt in bona pace. Aliter pōt dici ad auctoritatem Hiere. ꝙ illi ſunt profecto de regno xpī: de quo ibi loquitur: qui iāꝫ ſunt in gloria celeſti: ⁊ illic habitant ꝯfidēter: ⁊ ſunt profecto ſaluati.

Ad ſecūdā. q. ſic ꝓceditur. Et videtur ꝙ iudei tpē viſitationis ſue. i. aduentus xpī nō cognouerūt. ¶ Primo ex pñti euāgelio: vbi dicitur: eo ꝙ nō cognoueris tp̄s viſitationis tue. ¶ Scdo arguitur ex illo Apoſtoli. i. Cor. ij. Si eniꝫ cognouiſſent dñm glorie: nunqꝫ crucifixiſſent eū. ¶ Tertio arguitur ex illo Act. iij. vbi Petrꝰ loquēs iudeis dicit: ſcio fratres ꝙ p ignorātiā feciſtis: ſicut ⁊ principes vri. ¶ In oppo.

ſeq̄tur ex illius artis a peccati immunitate.
Querit enim Grego. quare Petrus poſt
eius conuerſioné ad piſcationé rediit: ⁊ nó
Matheus ad thelonei negotium non reſi
dit: Soluit. q̄ q: negotiū quod añ ↄuerſio-
nem ſine peccato exiſtit: hoc ét poſt ↄuer-
ſionem repetere culpa non fuit.

D ſecundam. q. ſic ꝓcedit. Et
videtur: q̄ nó oporteat ſequen-
tes xp̄m oīa tp̄alia relinquere.
¶ Primo ſic. Paupertas non
req̄ritur ad perfectioné. Ergo ⁊c. Antece-
dens probat: q: relinquere oīa videtur eé
illicitum. Apoſtolus enim ꝑme. Corin. viij.
dat formaȝ fidelibus faciédi elemoſinas: di
cens. Si voluntas própta eſt: ſm̄ illud: qđ
habet: accepta eſt. i. vt neceſſaria retineat.
Et poſtea ſubdit. Non vt aliis ſit remiſſio.
vobis aūt tribulatio. gloſa ideſt paupertas:
¶ Scđo ſic. Quicūq̄ ſe exponit periculo
peccat. Sed ille q̄ omnibus ſuis relictis vo
luntariaȝ paupertaté ſectatur: exponit ſe pe
riculo: ſm̄ illud Prouer. xx. Ne forte ege-
ſtate compulſus: furer: ⁊ periurem nomen
dn̄i. ¶ Tertio ſic. Virtus in medio ↄſtituit
vt dr̄ ſecundo Ethi. Sed ille: qui oīa dimit
tit per voluntariam paupertaté: nó videt̄ i
medio cóſiſtere: ſ; magis in extremo. Ergo
nó agit virtuoſe: ⁊ ita hoc nó ꝑtinet ad vi-
te pſectioné. ¶ In oppo videtur eſſe euan
gelium preſens. ¶ Rn̄deo dicendū q̄ ſeq̄
la xp̄i duplex poteſt diſtingui. Una eſt có-
munis ⁊ neceſſaria oībus ad ſaluté: in qua
conſiſtit perfectio vite xp̄iane: ad quá perti
net perfecta obſeruantia preceptoꝝ carita
tis. De qua ſequela habetur Jo. viij. vbi
dr̄. Qui ſequitur me: ſc; credendo: ⁊ amá-
do: nó ambulabit in tenebris: ſed habebit
lumen vite. De quo Mat. xix. Si vis ad
vitam ingredi: ſerua mádata. Alia ſequela

Chriſti ſupra cōmunem ſtatum: ſaluti nece-
ſarium: ſicut ſequela xp̄i per imitationé vi-
te in paupertate: ⁊ auſteritate: ⁊ huiuſmodi:
aut in paſſione. De qua ſequela dr̄ in pre-
ſenti euangelio: q̄ apoſtoli iſti vocati ſecuti
ſunt xp̄m. Et Mat. xix. dr̄. Uende omnia
que habes: ⁊ ſequere me. Et Petrus apo
ſtolus dicit. Quid erit nobis: qui reliqui-
mus omnia ⁊ ſecuti ſumus te? Juxta hanc
duplicem ſeq̄lam: diſtinguitur duplex per-
fectio: vt tágit ſanctus Thomas in ſecunda
ſecunde. q. c. lxxxiiij. ar. iij. vbi ita dicit: q̄ ſi
cut hó habet quádam perfectióe; ſue natu
re ſtatim cū naſcit̄: q̄ pertinet ad róne; ſpe
ciei. Eſt aūt alia perfectio: ad quá per aug-
mentū adducitur: ita eſt quedam pfectio ca
ritatis: ꝑtinéo ad ipſaȝ ſpēm caritatis: vt. ſ.
deus ametur ſup oīa: ⁊ nihil cótra eū ame
tur. Eſt aūt alia pfectio caritatis: etiá in hac
vita: ad quá aliq̄s per aliqđ ſpūale augmé
tum peruenit: vtpote cū homo etiá a reb'
licitis abſtinet: vt liberius diuinis obſeq̄js
vacet. Et hoc modo religio dr̄ quedaȝ diſ-
ciplina ſiue exercitiū ad apprehendendum
hoc pfectionis augmétū. Unde in collatiói
bus patrū dicit abbas Moyſes de religio
ſis loquens: ieiuniorū medicinam. vigilias.
labores corporis: nuditaté: lectioné: ceteraſ
q; virtutes debere ſuſcipere: nos noueri-
mus vt ad perfectioné caritatis poſſumus
conſcédere. Iſtis diſtinctóibus ꝓhabitis ſit
iſta ↄcluſio ꝑma. Ad ſeq̄laȝ primá Chriſti:
⁊ ad habendá ꝑmaȝ pfectioné: nó eſt neceſ
ſariū oīa relinq̄re tp̄alia per volútariá pau
pertaté: ſ; ſufficit vt ſup oīa deus diligatur
⁊ nihil cótra eū amet̄: ſiue q̄ ꝑcepta carita
tis obſeruentur. Iſta ↄcluſio eſt manifeſta.
Ná vt dicit ſcūs Thomas: ſumma pfectio
pōt eé cū magna opuléntia. Ná Abraá: cui
dictū eſt Geñ. xvij. Ambula corá me: ⁊ eſto
pfectus. Legit̄ diues fuiſſe: ⁊ ſimilit̄ reges
⁊ ꝑncipes xp̄iani: prelati. ⁊ alij xp̄iani mino
res: q̄ nó renunciauerūt bonis tp̄alib': quo
rū multi ſunt in ſtatu gratie. Secūda ↄclu-
ſio. Ad ſequelá ſecūdá ⁊ ſcđam pfectioneȝ

requiritur renunciatio: ſiue dimiſſio tempo
ralium: vt p; Math. xix. Si vis perfectus
eſſe ꝛc. Et Luc. ix. Qui vult venire poſt
me abneget ſemetipſum: ꝛ ſequatur me. Iſta
concluſio p;: q: ſicut dictum eſt: ſtatus reli-
gionis eſt quedam diſciplina: ſiue exerciciū
per quod peruenitur ad perfectionem cari
tatis: ad quod neceſſarium eſt: ꝙ aliquis affe
ctum ſuū totaliter abſtrahat a reb⁹ munda
nis. Dicit. n. Augu. lib. x. confe. ad deu; lo
quens. Minus te amat: qui tecum aliquid
amat qḋ non ꝑpter te amat. Unde ꝛ in li
bro. lxxxiij. q. dicit Aug. ꝙ nutrimentu; cari
tatis ē diminutio cupiditatis. Perfectio eſt
vbi nulla eſt cupiditas: ex hoc aūt: ꝙ aliquis
res mūdanas poſſidet: allicitur animus ei⁹
ad ear; amorē. Unde Augu. in epiſtola ad
Paulinū ꝛ Tharſia;: ꝙ terrena diligunt
arctius adepta q̄; concupita. Et Criſo. di-
cit ſuper Mat. ꝙ appoſitio diuitiarū ma
iorem accendit flāmam: ꝛ vehementior fit
cupido. Et inde eſt ꝙ ad perfectionem ca-
ritatis acquirendam. primum fundamentū
eſt voluntaria paupertas: vt abſq; proprio
viuat: dicente domino Mat. xix. Si vis ꝑ-
fectus eſſe: vade: ꝛ vende oīa: que habes
ꝛ da pauperib⁹: ꝛ veni ſequere me. ¶ Ad
rōnes in oppo. ¶ Ad primam rn̄detur ne
gando conſequētiā. Et ad dictum apoſtoli
dicendū: ꝙ loquitur infirmis: quos ſic dare
monet: vt egeſtatē nō patiantur. Et ſimilit
ex alia glo. non eſt intelligendū ꝙ nō liceat
oīa tēporalia obijcere: ſ; ꝙ hoc nō ex neceſ
ſitate requiratur. ¶ Ad ſcd̄am rn̄detur ne-
gando minorem. Dicimus enī ꝙ ille: qui
ꝑpter xp̄m omnia dimittit: non exponit ſe
periculo ſpūali: vel corporali. Spūale q̄dē
periculum ꝓuenit ex paupertate: quando
non eſt volūtaria. Periculū aūt corporale
nō imminet illis: q intētione ſequendi xp̄m
omnia ſua relinquūt: diuine prouidentie ſe
cōmittētes. Un̄ Aug. dicit in lib. de ſermo
ne dn̄i in monte. Querentibus regnū dei:
ꝛ iuſtitiam eius: nō d; ſubeſſe ſollicitudo ne
neceſſaria deſint. ¶ Ad tertiā rn̄detur ne-
gando minorem. Et ratio eſt: q: mediu; vir
tutis ſ; philoſophū accipitur ſm rōnē rectā
nō ſm q̄ntitatē rei. Et ideo q̄cquid pōt fie-
ri ſm rōnem rectam: nō ē vitioſum ex ma-
gnitudine q̄ntitatis: ſed magis virtuoſum.
Eſſet aūt preter rōnem rectam: ſi quis oīa
ſua cōſumeret in intēperātia;: vel abſq; vti
litate. Eſt aūt ſm rōnem rectam: ꝙ aliquis
diuitias abijciat vt ↄtemplationi ſapientie
vacet: quod ꝛ philoſophi quidam feciſſe
leguntur. Unde multo magis ſm rōne; re
ctam eſt: vt homo oīa; bona ſua relinquat: ꝛ
ad hoc: vt xp̄m perfecte ſequatur. Unde
Hieronymus ad ruſticum monachū. Nu
dum xp̄m: nudus ſequere.

Ad tertiam. q. vtrū beatus An
dreas: ꝛ alij qui ſecum ſunt. vo
cati hac vocatione: fuerit voca
tus ad apoſtolatum: rn̄detur ꝙ
ſic. Pro quo notandum ꝙ triplex fuit vo-
catio Apoſtolorum. ¶ Prima vocatio fu
it immediate poſt baptiſmum xp̄i: et habe
tur Jo. j. quando duo diſcipuli Joānis au-
dierunt ipm̄ Joānem dicentem de xp̄o. Ec
ce agnus dei. ꝛ ſecuti ſunt Jeſum. ꝛ ibi dr̄ ꝛ
ꝙ Andreas frater Simonis erat vnus ex
duobus: qui ſecuti fuerunt Jeſum: ꝛ ibi dr̄
infra quando vocauit fratrem ſuu; Simo
nem ad Jeſum. Iſta aūt vocatio fuit ad xp̄i
familiaritatem. ¶ Scd̄a vocatio fuit in ca-
ptura piſcium: quam deſcribit Lucas. v. c.
Ubi dicit: ꝙ xp̄s ꝑpter turbas irruentes ꝛ
aſcēdit in nauem Petri: ad ꝑdicandum: ꝛ
finita predicatiōe iuſſit laxari rete in captu
rā piſciū: ꝛ viſa multitudine Petrus ſciēs
ꝙ nō poterat eſſe virtute humana procidit
ad genua Jeſu. Et iſta vocatio dr̄ eē ad diſ
cipulatū. ¶ Tertia aūt vocatio fuit de qua
hic in preſenti euangelio fit mentio: quādo
relictis oībus ſecuti ſunt Jeſum: totaliter ei
adherentes: ad predicta negocia amplius
non reuerſuri. Et hac vocatione ſunt vocati
ad apoſtolatum ꝛc.

¶ In feſto beati Nicolai venit diſputan-
dum.

v Trum beatus Nicolaus ſic lu
cernas ardẽtes .i. ſcõꝝ opeꝝ ꝑ
ſectionẽ hñit in manib⁹ ſuis: vt
credat a cũabulis: i baptiſmate
vltra cõem legẽ: ſpãlẽ effectũ grẽ ſuſcepiſ
ſe. Et vr̃ ꝙ nõ: qꝛ baptiſmus equalẽ effectũ
hꝫ in oib⁹ maxie in ꝑuulis: vbi non ꝓcedit
alia diſpoſitio maior in vno: q̃ꝫ in alio. Er
go btũs Nicola⁹ nõ habuit cu ꝑuulus fue
rit baptizat⁹ ſpãlem effectum grẽ. ¶ Scđo
ſic. In qualicũqꝫ diſpoſitiõe i ſanus naſcat: ꝛ
qualiacũqꝫ habeat naturalia: vn⁹ nõ naſcit
magis petõ: q̃ꝫ ali⁹. Ergo pari rõne: in re
generatõe vn⁹ nõ dꝫ regenerari magis vel
meli⁹: q̃ꝫ alius. ¶ In opp. arguit ex multiſ
q̃ dicunt de btõ Nicolao: ꝙ ſupra cõem le
gẽ: ſpãlem grãm ſuſcepit in baptiſmo. Pr̃
ꝑmo in vita ſua: ꝙ inocentie puerilia iura
trãſcẽdẽs euãgelice iſtitutiõis diſcipulus ẽ.
Scđo legit: ꝙ btũs Nicolaus adhuc pue
rulus multo ieiunio macerabat corp⁹. Ter
tio: ex illo: qđ dr̃ a pueritia ſecut⁹ eſt dñm.
Quarto: ex illo quod legit de eo: ꝙ poſtq̃ꝫ
domi puerilẽ occurrit etatẽ: cũctis mundi
hui⁹ ſpretis oblectatiõibus: Chriſti ſe iugo
ſubijciẽs: documẽtis ſcis ſuũ ꝓbuit auditũ.
De opibus ſcis ſuis: q̃ velut lucerne arden
tes ſplẽdebãt in eo hiſtoria plena eſt: q̃liter
erat valde cõpatiẽs: ꝛ ſup afflictis pia ge
ſtabat viſcera: vt veraciter poſſet dicere il
lud Job. xxxj. Ab iſantia creuit mecum mi
ſeratio. Quo circa dr̃ in hiſtoria: ꝙ opibus
ſctũs Nicolaus humiliter iniſtẽs: renucla
tiõe ꝓcera⁹ ẽ ad ſũmũ ſacerdotij gradum.
¶ Rñõ dõm: ſaluo meliori iudicio: ꝙ illa
q̃ dicta ſunt: ſunt ſatis ꝓbabilia teſtimonia
ꝙ iſte ſctũs in baptiſmo aliquã ſpãlẽ grãꝫ
ſupra cõem legẽ acceperit. Nec ẽ hoc incõ
ueniens: qm̃ vt inqt dñs Bonauentura in
iiij. di. iiij. grã mẽſuratur ẽm liberalitatem
dei dãtis: nõ ẽm qualitatẽ ſuſcipiẽtis: niſi ð
ꝑuis. Et hoc ẽm ꝙ ſuſcipiens ſe ꝓparat ꝛ
ad ẽm ꝙ ẽ capax. Quia ergo deus operat
in baptiſmo ẽm exigẽtiã ſacramẽti: ꝛ inte
rim vnus nõ ẽ magis diſpoſitus q̃ꝫ aliter
ideo equaliter dat omnibus paruulis q̃ꝫ
eſt de lege cõi. Qn̄ tñ ptãs ei⁹ nõ ẽ alligata
ſacramẽtis: nõ eſt neceſſe: ꝙ ſemꝑ det eq̃lit.
ſꝫ põt facere cui vult ſpãle priuilegiũ. Hec
Bonauẽtura. Cõcordat etiã ſctũs Tho. in
tertia pte. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad pri
maꝫ rñdet: ꝙ rõ ꝓcedit de lege cõi. Sꝫ cuꝫ
deus operet in ſacramẽto vt agẽs volũta
riũ: põt ẽm ordinẽ ſue ꝓuidẽtie aliqđ ſpã
le vni ꝯcedere: qđ nõ alteri. ¶ Ad ſcđam
rñdet negãdo conſequentiã. rõne iã dicta.
¶ In feſto beati Thome apoſtoli poſſunt
diſputari ſequentes queſtiones.
¶ Primo: vtꝝ fides ſit de viſis.
¶ Scđo: vtꝝ Tho. de neceſſitate ſalutis te
nebat: apparẽte ſibi dño ꝛ dicente Thoma
ꝛc. ꝯfiteri fidẽ diuinitatis: ꝛ hũanitatis i xp̃o
¶ Tertio: vtrum credere his que nõ vide
mus: ſit laudabile.
a P primaꝫ q. ſic procedit. Et vr̃
ꝙ fides ſit de viſis. ¶ Primo
ex p̃nti euangelio: vbi xp̃us ait
Thome: q: vidiſti me Thoma
ꝛ credidiſti. Ergo de eodẽ eſt viſio ꝛ fides
¶ Scđo ſic. j. Cori. xiij. dicit Apoſtolus.
Videm⁹ nũc ꝑ ſpeculũ in enigmate: ꝛ loq
tur de cognitiõe fidei: ergo fides eſt viſio.
Et id ꝙ credit vr̃. ¶ Tertio ſic Lumen fi
dei ſe hꝫ ad articulos fidei: ſicut lumẽ natu
rale ad ꝑncipia nãlit cognita. Sꝫ lumẽ nã
le fac videre ꝑncipia ꝑ ſe nota. Ergo ẽt lu
mẽ fidei fac vidẽ articulos fidei. ¶ In op
po. ẽ apoſtol⁹ dicis ad Hebr. xj. Fides eſt
argumẽtũ nõ appẽtiũ: ergo fides nõ eſt de
viſis. ¶ Rñdeo dõm iuxta ſctũ Tho. in
iij. Qđ viſio ꝓpe loqndo ẽ act⁹ ſenſus vi
ſus: ſꝫ pp nobilitatẽ iſti⁹ ſenſus trãſlatus ẽ
nomẽ viſiõis ad act⁹ aliaꝝ potẽtiaꝝ cogni
tiuaꝝ ẽm ſilitudinẽ ad ſenſũ viſus põt attẽ
di: ergo ſimilitudo q̃ꝫtũ ad gen⁹ cognitio
nis tñ: ꝛ ſic largo mõ ꝛ ꝓpe oĩs cognitio
viſio dicit: ẽm hoc fides ẽ de viſis: Põt
ẽt vlteri⁹ attẽdi iſta ſimilitudo: nõ ſolũ quã
tũ ad gen⁹ cognitiõis: ſꝫ q̃ꝫtũ ad modum co
gnoſcẽdi. Modus aũt quo ſẽſus viſus vi

dentē inq̄ʒtū ſpēs viſibilis facti in actu per
lumē formaē in viſu. Un̄ trāſferēdo nomē
viſiōis ad itellectū: ꝓpē itelligēdo videm⁹:
q̄ñ p lumē itellectuale ipſa forma itelligit i
ſis fit in itellectu nr̄o: ſiue illud lumē ſit nāle
ſicē cū itelligim⁹ q̄ʒditatē hoīs: aut alicuius
hmōi: ſiue ſit ſupnāle: ſicē quō deū in patria
vidım⁹. Et vlteri⁹ videre p itellectū: dr̄ il
la cōpleta: quoꝝ cognitio ex p̄dicta viſione
ꝯſurgit: ſic p lumē nāle videm⁹ p̄ncipia p̄
ma: q̄ cognoſcimus ſtatı̄ʒ vt terminos co
gnoſcim⁹: ſiue p lumē ſupnaturale: ſicē ē vi
ſio ꝓphetic. Et vlteri⁹ Ea ēt q̄ in iſta p̄ncipia
reſoluē poſſum⁹ p rōnē: dicim⁹ videre: ſicē
ea: q̄ ſcim⁹ demōſtratiōē ꝓbata. Et ſcḋm hoc
pʒ: q̄ fides nō pōt eē de viſis: q̄ forma illa
itelligibilis: q̄ p̄ncipale ē obiectū fidei. ſ. de
us: formationē nr̄i itellectus ſubterfugit: ⁊
nō ē ei p̄uui⁹ in ſtatu vie vt Aug. dicit: ⁊ p̄
terea nec ea q ſūt fidei: ad p̄ncipia viſa: re
ducere demōſtrādo poſſum⁹. ¶ Ad rōnes
in oppo. ¶ Ad primam rn̄detur: q̄ Tho
mas aliud vidit: ⁊ aliud credidit. hoīem vi
dit ⁊ deū credidit. Deū ꝯfeſſus ē: cū dixit.
De⁹ me⁹: ⁊ dn̄s me⁹. Ubi Tho. ꝓfectior fa
ctus ē in cognitiōē: poſt xp̄i reſurrectionē:
cū māifeſte ꝯfeſſus ē ipʒ eē deū. ¶ Ad ſe
cūdā rn̄deē: q̄ ibi viſio large accipiē ſcḋm p̄
mū modū. ¶ Ad. iij. rn̄deē negādo ꝯñam.
Et rō eſt: q̄ termini p̄ncipioꝝ naturaliē co
gnitoꝝ ſūt cōprehēſibiles nr̄o itellectui. Jō
cognitio: q̄ ſurgit ex illis p̄ncipijs ē viſio: ſʒ
nō ē ita de terminis articuloꝝ fidei. Un̄ in
futuro: q̄ñ deus p eēntiā videbitur: articuli
erūt per ſe noti ⁊ viſi: ſicut mō principia de
monſtrationis.

a D ſcḋam. q̄. vtꝝ Tho. de neceſ
ſitate ſalutı̄ʒ tenebaē appente ſi
bi dn̄o ⁊ dicēte Tho. ⁊c̄. Cōfite
ri fidē diuinitatı̄ʒ ⁊ humanitatı̄ʒ in xp̄o. Et vr̄
q̄ nō. ¶ Primo ſic. Illō vr̄ ad ſalutē ſuffi
cere p q̄ hō attigit finē ꝯuıı̄ʒ. Sʒ finis ꝓp⁹
fidei: ē ꝯiūctio humane mētis ad ꝟitatē di
uinā: qḋ poterat in Tho. eſſe ſine exteriori
cōfeſſiōe: ergo illa exterior fides nō fuit ne
ceſſaria ei ad ſalutē. ¶ Scḋo ſic. Per ex
teriorē ꝯfeſſiōeʒ hō fidē ſuā alijs patefacit.
Sed hʒ nō ē neceſſariū niſi illis: q habēt alios
in fidē iſtruē. Sʒ hʒ nō cōpetebat Tho. illa
hora reſpectu xp̄i ⁊ diſcipulorum: ergo ⁊c̄.
¶ Tertio nō reqriē plus a Tho: q̄ʒ ab alijs
aplis: niſi q̄ crederet xp̄m reſurrexiſſe. Sʒ
alijs ñ fuit neceſſariū ad ſalutē talē exterio
rē fidei ꝯfeſſiōem facē: ergo nec Tho. ¶ In
oppo. ē illud Apli ad Ro. x. Corde crediē
ad iuſtitiam: ore aūt ꝯfeſſio fit ad ſalutem.
¶ Rn̄deo dicēm. De neceſſitate ſalutı̄ʒ tene
baē Tho. illa hora facē illā ꝯfeſſiōeʒ de xp̄o
Pʒ ꝯclō. p qua nota: q̄ ea q̄ ſūt neceſſa
ria ad ſalutē: cadūt ſub p̄ceptı̄ʒ diuine legis.
Cōfeſſio aūt fidei cū ſit qḋ affirmatiuū: nō
pōt cadē niſi ſub p̄cepto affirmatiuo. Un̄
eo mō de neceſſarijs ad ſalutē: q̄ pōt cadē
ſub p̄cepto affirmatiuo diuie legis: p̄cepta
aūt affirmatiua nō obligāt ſemp: ⁊ ſi ad ſe
per obligēt. Obligāt aūt p loco ⁊ tpē. ⁊ ſcḋm
alias circūſtātias debitas ſcḋm quas oʒ actū
humanū limitari ad hoc: q̄ ſit act⁹ virtuo
ſus. Sic agiē ꝯfiteri fidē: nec ſemp: nec in q̄
libet loco ē de neceſſitate ſalutis: ſʒ aliq̄ lo
co: ⁊ tpē: q̄ñ ſi p omiſſiōeʒ hmōi ꝯfeſſiōis
ſubtraheret honor debit⁹ deo: vel ēt vtili
tas ꝓximis ipēdēda. puta ſi aliqs iterroga
tus de fide taceret: ⁊ ex hʒ crederet: vel q̄
nō hēret fidē: vel q̄ fides nō eēt ꝯtra ꝟa: vel
alij p ei⁹ taciturnitatē auerterent a fide. In
hmōi. n. caſib⁹ ꝯfeſſio fidei ē de neceſſitate
ſalutis. Sʒ iſte caſus ē in p̄ntiaꝝ. Jā. n. p̄mo
dixerat Thomas: q̄ nolebat credere: niſi
videret in manib⁹ fixurā clauoꝝ: ⁊ mitteret
digitū: ⁊c̄. modo vero ſi non ꝯfeſſus fuiſſet
ore fidem perfectam de Chriſto: eſtimatus
fuiſſet non habere fidē de Chriſto. Unde
dominus ait i lr̄. Noli eſſe incredulus ſʒ fi
delis. Uel eſtimatus fuiſſet tenere: q̄ fides
Chriſti non eēt vera. Uel forraſſe alij diſci
puli viſa contumacia iſtius: aut taciturnita
te auerterent ſe a fide. Preterea ſubtraxiſ
ſet non ꝯfitēdo: ex quo iā erat ſuſpectus ho
nore debitū deo: ⁊ vtilitatē a fidelib⁹: quā

et ſua ꝯfeſſione receperūt. ¶ Ad rōnes in opp. ¶ Ad primā rñdet negādo ꝯñam. Et rō ē: q: finis fidei: ſicut ⁊ aliaꝝ virtutū referri dꝫ ad finē caritatis: q̄ ē amor dei ⁊ proximi. Et iō qñ honor dei: vel vtilitas proximi hoc expoſcit: nō dꝫ eē ꝯtētus hō: vt p fidē ſuā veritati diuine ꝯiūgat: ſꝫ dꝫ fidē exteri⁹ ꝯfiteri. ¶ Ad ſcdam rñdet negando minorē vliter. Et rō ē: q: in caſu neceſſitatꝭ: vbi fides piclitatur: q̄libet tenet fidē ſuā alijs ꝑpalare: ſiue ad inſtructionē aliorum fideliū: ſiue ꝯfirmationē: vel ad reprimendum īfideliū īſultationē. Sed de alijs tꝑibus inſtruere hōies de fide: nō ptinet ad oēs fideles. ¶ Ad tertiā rñdet negādo aſſumptū. q: hoc caſu: ad plus tenebat Thomas: qui renuerat credere reſurrectionē: q̄z alij. Tū viſa ſua duritia ⁊ ſingularitate in nolendo credere: niſi certificaret: duplici ſenſu. ſ. viſu ⁊ tactu: erat neceſſariū: vt expreſſe confiteretur fidem: quā habebat de xpō.

Q primā. q. vtrū credere his q̄ nō videm⁹: ſit laudabile ⁊ meritoriū. Et videt q̄ nō. ¶ Primo ſic. Dicitur Eccleſiastici. xix. Qui cito credit: leuis ē corde. Sed q̄ credit his: q̄ nullo modo videt: nimis cito credit. Ergo talis magis ē vituperādus: q̄z laudandus. ¶ Scdo ſic. Abnegat rōnem: q̄ ē nobiliſſimū eoꝝ: q̄ in nobis ſunt: ē vituperabile. Sed qui credit ea: que nō ſunt rōni ꝯſona: rōnem abnegat. Ergo talis ē vituperabilis. ¶ Tertio ſic. Diſcretio ē illa: que facit eē opus noſtrū laudabile. Sed cū oīs noſtra diſcretio ſit p rōnē in his: q̄ pter rationē ſunt: nō habem⁹ aliqd: quo diſcernamus. Ergo hmōi credere nō ē laudabile: q: ita pōt homo credere falſis: ſicut veris.

¶ In opp. ē euāgeliū pñs. Bti q̄ nō viderūt: ⁊ crediderunt. ¶ Rñdeo dicendū: q̄ credere pme veritati in his: q̄ nō videntur: laudabile ⁊ meritoriū eſt. Probat ſic. Oīs actus virtutis ē laudabilis ⁊ meritori⁹: q̄ztū in ſe ē. Sed credere his: q̄ nō videntur: eſt actus virtutis fidei: q̄ ē argumētū nō apparentiū: ſm Apoſtoli. Ergo eſt laudabile ⁊ meritoriū. Pro cuius ꝯclōnis pleniori notitia: eſt ſciēdū: q̄ ſicut Phūs dicit. j. Ethi. Laus pprie ſm reſpectu ad alteꝝ quo dignius ē attendit: ſicut videmus q̄ actus ꝯcupiſcibilis laudat in q̄ztū ordinate ſe habꝫ ad rōnē. Actus āt mētis in q̄ztū ordinate ſe hꝫ ad itellectū: quo dirigit. Eſt actus ēt ſupremaꝝ potētiaꝝ: ſi ſe hꝫ ad finē. Et propter hoc: illa q̄ ſunt optima: nō laudant: ſꝫ honorant. Et q: virtus eſt diſpoſitio pfecti ad optimū: vt dī. vi. Phi. ideo ppie ē ṽtuꝭ actus laudabilis eſt. Noſtra aūt naturalis cognitio: ſe hꝫ ad diuinā: ſicut ad ſupiorē. Et iō cū rō noſtra diuine ṽtuti ꝯſentit: act⁹ laudabilis ē: ſicut cocupiſcibilis rōni ſubdit. Et ideo credere ṽitati pme in his que nō videnē laudabil ⁊ meritoriū ē: ⁊ actus virtuꝭ. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primā rñdet negādo minorē. Licet. n. credere hōmini abſq̄ pbabilē cito credere: q: cognitio vni⁹ hōis nō ē nāturaliter ordinata ad cognitionē alteri⁹: vt p ipſum reguletur: ſed hoc modo ē ordinat ad ṽitatē pmā. ¶ Ad ſcdam rñdet negādo ꝯñam. Et rō ē: q̄ hō cū credit: nō abnegat rōnem: quaſi ꝯtra eā faciēs: ſed eā traſcendit alioi dirigēti intuitus. ſ. pme veritati: q: ea q̄ fidei ſunt: ⁊ ſi ſu p rōnem ſunt: nō tñ ꝯtra rōnē. Ea aūt que ſupra hoīem ſunt querere: nō ē vituperabile: ſed laudabile. q: hōēꝫ ſe ad diuina erigere q̄ztūcunq̄z poteſt: vt dicit Phūs. x. Ethi. ¶ Ad tertiā rñdet negando minorē. Dicimus. n. q̄ diſcretionē credendoꝝ hꝫ hō p lumen fidei: ſicut diſcretionē ſpūum p aliquā grām gratis datā. Unde hō lumen fidei hñs non ꝯſentit his: q̄ ꝯtra fidē ſunt: niſi īclinationē fidei relinquat ex ſua culpa.

¶ In feſto bti Stephani ē euāgeliū. In illo tpe dixit ieſus turbis iudeoꝝ ⁊c. Mat. j. Circa quod poſſunt diſputari ſe. q̄.

¶ Primo: vtrū ꝯuenienter xps miſit ad iudeos pphetās: ſcribas: ⁊ ſapiētes: ſciens ⁊ prediceus eos occidendos per iudeos.

¶ Scdo: vtꝝ Stephanus in hac vita vi-

uerū vidit deum per eſſentiam.

O primā. q. ſ. vtꝝ ꝯuenienter xp̄s
miſit ad iudeos: ꝓphetas: ſcri-
bas: ⁊ ſapiētes: ſciēs: ⁊ p̄dicens
eos occidēdos p̄ iudeos: ſic ꝓ-
ceditur. Et vr̄ ꝙ non. ¶ Primo ſic. Quia
vr̄ ſapere quādā crudelitatē: ſicut mittere
inocētes oues ad lupos p̄ eos diripiēdas.
¶ Scd̄o ſic. Si xp̄s miſit eos ⁊ ſciuit eos
occidēdos: voluit eos mori. Sed hoc ēt vo
luerunt iudei. Ergo iudei ꝯformauerūt vo
lūtatē ſuā diuine. Et ita non peccauerunt.
¶ In opp. ē euāgeliū. ¶ Rn̄deo dīcm: ꝙ
ꝯuenienter xp̄s miſit ad iudeos: ꝓphetas: ⁊
ſcribas: ⁊ ſapiētes. Miſit ad inſtructionē
eoꝝ: nō ad hoc vt occiderent ab eis: licet
bñ p̄uidit: ꝙ eēnt p̄ eos occidēdi. ¶ Ad rō
nes in opp. ¶ Ad primā rn̄det: ꝙ falſum ē:
ꝙ hoc ſapiat crudelitatē aliquā: q: nō miſit
eos hac intētiōe vt a iudeis iterficerent. be
ne tñ dedit eis bonā volūtatē: vt ſi ꝯtinge-
ret eos mori tradi: pacīēter ⁊ libēter mor-
tē ſuſcipēt. ¶ Ad ſcd̄az rn̄det negādo ꝯñaz
Et rō ē: q: ꝯformitas volūtatꝭ humane ad
diuinā non ē ſimpliciter volendo: qḋ deus
vult: ſed in volendo ex modo. ſ. ex caritate
ſicut deus vult: vel ad eūdem finē. Et hoc
modo iudei īterficiendo miſſos a xp̄o: vo-
luntatē ſuā non ꝯformauerunt diuine: q: ꝓ-
phetas: ⁊ ſcribas: ⁊ ſapiētes: ex nequitia oc
ciderunt: ⁊ ad impediēdum ſalutē: quā ex
eoꝝ p̄dicatiōe ſequi videbant.

O ſcd̄az. q. ſic ꝓcedit. Et vr̄: ꝙ
dīus Stephan⁹ in hac corpali
vita viuēs viderit deū p̄ eēntiā
Dr̄ Act. vij. Intendēs in celū vi
dit gliaz dei. ¶ In opp. vr̄ illud Exo. xxxiij
Nō videbit me homo ⁊ viuet. Glo. Quā
diu hic mortaliter viuit: videri p̄ q̄ſdē ima
ginationes deus pōt: ſ̄m ipſam naturē ſue
ſpēm non pōt. ¶ Rn̄deo dīcm: ſicut dicit
magiſter Nicolaus de lyra ſup Act. Apo
ſtoloꝝ. Act. vij. ꝙ aliq dixerūt ꝙ viſio iſta
Stephani fuit mētalis: ita ꝙ ex ſpāli grā fu
it ſibi cōmiſſuz videre nō ſolū humanitatē
xp̄i: ſed ēt deitatem: ſicut Paulo: eo ꝙ erat
doctor gētiū: ⁊ Moyſi q fuit doctor iudeo-
rū: vt dicit Aug. Et hoc vr̄ dicere quedaz
glo. ſup locū iſtū: q talis eſt. Quidaz electi
adhuc in hac vita detēti: mundato cordis
oculo: videre meruerunt gliam dei: vt hic
Stephanus: ⁊ Paulus ad tertium celū ra-
ptus. Sed hoc dictū vt dicit Nicola⁹ non
vr̄ bene ꝯſonare dictis ſcōꝝ ⁊ doctoꝝ: qui
ꝯcorditer dicūt: ꝙ talis viſio nō eſt ꝯceſſa
alicui in vita pñti: victi ſenſib⁹ exterioꝝib⁹:
niſi hoi xp̄o. Vñ ⁊ Paulus dr̄ deū ſic vi-
diſſe: niſi in raptu ab iſtis ſenſib⁹ Stepha
nus aūt nō videt tunc fuiſſe raptus: ſed magis
viēs ſenſibus. vtpote loquēs iudeis audiē
tibus. Propter qḋ alij dicunt: ꝙ fuit viſio
imaginaria. ita ꝙ in eius imaginatiōe fuē
rūt effigies diuinitus formate ad repñtan-
dū deū: ⁊ hoiēm xp̄m: ſicut Iſa. vj. Iſaias
vidit deū ſedentē ſup ſoliū excelſuz: ⁊ mēte
cognouit Stephanus ſignificatū illi⁹ rep-
ſentatiōis. Et ſic q̄ztū ad hoc: nō ſolū fuit vi
ſio imaginaria: ſ; ēt cū hoc mētalis. ſicut fie
bat ꝓphetis. Et nō ē dubium: ꝙ iſto modo
potuit fieri: ſ; mō loquēdi ſcripture: vr̄ ꝙ
corpalis viſio: q: dr̄ in textu. Cū eēt Ste-
phanus plenus ſpū ſcō intēdens in celū vi
dit gliam dei. Circa qḋ ſine p̄iudicio videt
ita eē: ꝙ a corpe xp̄i exñtis in celo fuit imu
tatus oculus Stephani ad viſionē huma-
nitatis xp̄i. Nā in ptāte eius eſt: ꝙ corpus
eius videat ſic a longe: ſicut de ꝓpe. Et for
te idē de quolibet alio corpore glioſo: q: to
taliter ſubiectum ē aie. Propter qḋ vr̄: ꝙ
poſſit immutare viſuz idifferēter a lōge: ⁊ ꝓ
pe. Et ſit in ptāte ei⁹: ꝙ immutet viſum in ꝓ
pria vel alia effigie. ſicut dr̄ de corpore xp̄i
glioſo Luc. vlt. Deitatē vō videre hoc mō
nō potuit. ſ; in viſiōe imaginaria formatur
in virtute imaginatiua aliq̄ effigies ad re-
p̄ſentādū dīuīa exterius pōt diuinitus for-
mari ad immutationē oculi corpalis aliqua
effigies corpalis. nō a deo aſſūpta: ſed for-
mata pōt ipſum repſentare oculo corpali.
Et ſic ꝓbabiliter abſq; alia aſſertione pōt

dicit: q fuit in viſiõe Stephani mentaliter: tñ cognouit: q illa effigies nõ erat ipſa diuinitas niſi repreſentatiue. Et huic modo dicendi concordat litera: cũ dicit. Ecce video celos apertos ⁊ filium hominis ſtantem a dextris virtutis dei. Et hec tñ de .q. iſta.

¶ In feſto bti Jo. euangeliſte ẽ euãgeliũ. Dixit ieſus Petro ⁊c. Jo. vlt. Circa qd poſſunt diſputari ſe. q.

p PRimo: vtrum xpõs pl⁹ dilexit Jo. q̃ȝ Petrũ. Et vr q nõ. ¶ Primo ſic. Deus diligit oĩa equaliter. Ergo non diligit magis Jo. q̃ȝ Petrum. Conſequẽtia ẽ bona. Añs pbat. Sicut diligit oĩa: ita cognoſcit oĩa. Sȝ equaliter cognoſcit oĩa. Ergo equaliter diligit omnia. ¶ Scdo ſic. Deus eodẽ actu ſimplici dilexit Joanẽ ⁊ Petrũ. Ergo nõ vnũ magis q̃ȝ aliũ. ¶ Tertio ſic. Chriſtus mai⁹ bonũ voluit Petro q̃ȝ Joãni. Ergo pl⁹ dilexit Petrũ q̃ȝ Joãne. Añs pbat: qm Petro commiſit curã toti⁹ mũdi. Vñ ait ei Jo. vlt. Petre amas me: paſce oues meas. Joãni vero non cõmiſit niſi cuſtodiã vni⁹ pſone .ſ. m̃ris ſue. ¶ In oppo. vr argui ex pñti euãgelio: vbi ſpãliter Joannes nominatur dilectus a xpõ. ¶ Rñdeo dicẽdũ: q qõ iſta: vt tangit ſctũs Tho. ſup pmã partẽ: ⁊ ſup Jo. multipliciter ſoluit. Aug. n. refert hoc ad miniſterium dicẽs: q vita actiua: q ſignificat p Petrum: plus diligit deũ q̃ȝ vita cõtẽplatiua: q ſignificat per Jo. q: magis ſentit pñtis vite anguſtias: ⁊ citi⁹ ab eis liberari deſiderat: ⁊ ad deũ ire. Cõtẽplatiuã vero vitã plus de⁹ diligit: q: magis eã cõſeruat. nõ. n. ſimul finitur cũ vita corpis: ſicut vita corpis. Quidã vero dicũt: q Petrus plus dilexit xpm in mẽbris: ſic etiam fuit plus a xpõ dilectus. Vñ ei eccliam cõmendauit. Jo. vero plus dilexit xpm in ſeipſo: ⁊ ſic et fuit ab eo plus dilectus. Vñ ei cõmẽdauit matrẽ. Alij vero dicũt: q incertũ ẽ: quis eorũ xpm plus dilexerit amore caritatis. ⁊ ſimiliter quõ dñs plus dilexit in ordine ad gliam vite eterne. Sed petrũ dr plus dilexiſſe q̃ȝtũ ad quãdã pmptitudinẽ vel feruorẽ. Jo. vero plus dilexit q̃ȝtũ ad quedã familiaritatis indicia: que xpõ ei magis demõſtrabat ppter ei⁹ iuuentutem ⁊ puritatẽ. Alij vero dicũt q xpus plus dilexit Petrũ: q̃ȝtũ ad excellẽtius donũ caritatis. Jo. vero plus q̃ȝtũ ad meli⁹ donũ itellectus. Vñ Petrus ſimpliciter ẽ magis dilectus. Jo. vero ſȝ qd. Aug̃. cõſumptuoſuȝ ẽ vt hoc diiudicare q: vt dr Prouer. xvj. Spũuȝ põderator ẽ deus: ⁊ nõ alius. ¶ Ad rõnes in opp. ¶ Ad pmã rñdetur: q amor dicitur menſurari. Duo mõ ex ſuo pncipio. ⁊ ſic dr magis amari: id ad qd amãdũ volũtas magis inclinat. Et ſic deus eq̃liter oĩa diligit. Alio mõ ex pte obiecti. ſm q qs dr magis amare illũ: cui maius bonũ vult. Et ſic de⁹ dr magis diligere vnũ q̃ȝ aliũ: inq̃ȝtũ vult ei magis bonũ. ¶ Ad ſecũdã rñdet: q rõ pcedit de effectu dilectiõis: ſm quẽ oĩa eq̃liter diligit. q: vno ⁊ ſimplici actu: q̃ȝuis nõ velit ſemp equale bonũ vlt. idẽ omnibus. ¶ Ad tertiã rñdet cõcedendo argumẽtuȝ.

s SEcũdo arguitur. Et vr q btũs Jo. nõ fuerit mortu⁹: q: in pñti euãgelio ſcribit. Sic volo eum manere ⁊c. ſ. viui donec veniaȝ .ſ. in fine mũdi. ¶ In opp. ẽ: qd hodie in ecclia ſcã recolit ei⁹ obitus. ¶ Rñ. dicẽdũ: q occaſiõe illi⁹ vbi. Sic cũ volo manere. qdã dixerũt Jo. nõ ee mortuũ: ſed vſqȝ ad nouiſſimũ diẽ victuȝ: ⁊ in ſepulchro dormiẽtẽ: donec veniẽs xpõs excitet eũ: hoc accipiẽtes ſignũ: q in ſepulchro ei⁹ vr qdã ſcaturitio manne: p modũ ebullitionis exſurgere. Et dicũt hoc cauſari ex anhelitu eius. Sed vt dicit Albertus hec ẽ fabula. Alij vero eũ nõ dicũt ẽe mortuũ. Sed viuit cũ ei Enoch ⁊ Elya trãſlatũ in padiſuȝ: pugnaturuȝ cum Antechriſto: ⁊ p xpõ ſuſcipiet martyrium. Nec hoc vr veriſimile: tã dilectũ ſibi apoſtolũ: tãdiu hoc ẽ tãto tpe vſqȝ ad finẽ mundi ſuſpẽdere a ſua viſiõe: ⁊ fruitiõe: alijs aplis in gloria exiſtentibus. Et ideo cum alijs dicendum eſt: q btũs Jo. mortuus eſt: ſed nõ p martyriũ. ⁊ q ſtatiȝ poſt mortem reſurre-

ritie cũ corpore ⁊ anima tranſlatus ſit ad locũ btõꝝ. Et hmõi rei capit argumentũ: q: in ſepulchro eius corp⁹ nõ inuenit: ſed de fundo ſepulchri mãna ſcaturit ⁊ ebulit in ſignũ eius: q̄ populũ dũ viueret celeſti pane pauit. Nõ. n. vr credibile: q̄ corpus tã dilecti apl'i deus ſine veneratiõe in celo ⁊ in terra relinq̃. Et cũ nõ inueniat' corpus eius venerãdũ: piũ ẽ credere: q̄ in celo sua vita ⁊ immortalitate ſit veſtitũ: vt dicit Alber. Mõ do dr. Si eũ volo manere: ſic itelligit. i. nolo eũ mori p martiriũ. Nolo q̄ pſecutoris ſuppliciũ eũ ab hac vita pcidat: q: ⁊ ſi venenũ bibit: nõ tñ nocuit: donec veniã ad vocandũ eũ ad gliam. Unde legit in vita ſua: q̄ in vltima ſenectute ſua apparuit ei dñs. d. Ueni dilecte mi: q: tempus ẽ: vt cum fratribus tuis mecum epuleris.

℄ In feſto Innocẽtiũ ẽ euãgeliũ. In illo tpe: Angelus appuit in ſõnis Joſeph ⁊c̃.

℄ Primo: vtꝝ Innocentes veraciter dicantur martyres xp̃i.

℄ Secũdo: vtꝝ baptiſmus ſanguinis ſuppleat defectũ baptiſmi aque.

a Ꝺ primaꝫ. q. ſic ꝓceditur. Et videt q̄ inocẽtes ꝓ xp̃o occiſi dicant veraciter martyres xp̃i. ℄ Primo ſic. Nulla paſſio videt meritoria: ⁊ martyrij corona digna: niſi ſit voluntaria. Sꝫ paſſio iſtoꝝ inocentiũ nõ potuit eẽ volũtaria: cũ vſuꝫ rõnis nõ hẽrẽt. Ergo non videt poſſe dici martyres. ℄ Scõo ſic. Martyriũ ẽ actus ỽtutis. Sꝫ oĩs actus ỽtutis ẽ volũtarius. Sꝫ talis non fuit i illis: vt dcm̃ ẽ. ergo ⁊c̃. ℄ Tertio ſic. Martyr i greco dr̃ teſtis fidei xp̃iane. Sꝫ inocẽtes illi nõ potuerũt eẽ teſtes fidei xp̃iane: cũ vſũ li. ar. nõ haberẽt. Ergo martires veracit dici nõ poſſũt. ℄ In oppo. ẽ fides eccl'ie: q̄ colit eoꝝ martiriũ: tanq̃ verum. ℄ Rñdeo dcm̃: q̄ inocẽtes ꝓ xp̃o occiſi: fuerũt veri martires xp̃i. Circa qđ ſciẽdũ q̄ ad euit. iſtũ argumẽta ſc̃. n. aliq̃ dixerũt q̄ inocẽtibus accelerat⁹ ẽ miraculoſe vſus l. ar. ſic̃ in Jo. baptiſta: dũ adhuc exiſteret in materno vtero. ita q̄ etiã voluntarij paſſi ſunt: ⁊ ſm̃ hoc veri martyres fuerunt ⁊ voluntate ⁊ actu. Sed q: hoc per auctoritatem ſcripture non ꝓbatur imo eccl'ia dic: q̄ non loquendo: ſed moriẽdo ꝯfeſſi ſunt. ideo melius dr̃m ẽ: vt dicit ſctũs Tho. iuxta Aug. q̄ martirij gliam quã in alijs ꝓpria volũtas meret: illi puuli occiſi pro xp̃o p dei grãm ſũt adepti. Nã effuſio ſanguis p xp̃o viꝫ gerit baptiſmatis. Uñ ſic̃ pueris baptizatis p grãm baptiſmalẽ: meritum xp̃i opat ad gliam obtinendã. ita in occiſis pp xp̃m meritũ martirij xp̃i opat ad palmam martirij ꝯſeq̃ndã. Uñ Aug. dic̃ in q̃dã ſermone de Ephia q̃ſi eos alloq̃ns. Ille ỽ veſtra corona dubitabat in paſſione ꝓ xp̃o. q̄ ẽt puulis baptiſmũ ꝓdeſſe nõ eſtimat xp̃i. Nõ hẽbatis etatẽ: q̄ in paſſuꝝ xp̃m crederetis. ſꝫ hẽbatis carneꝫ in q̃ ꝓ xp̃o paſſuro paſſiõeꝫ ſuſtineretis. ℄ Ad rõnes in opp. vna ſuffic̃ rñſio. q̄ illđ ꝓcedit de martirio in adultis. in qbus ad meritũ martyrij ⁊ corone glie ꝯſecutiõeꝫ reqrit ꝓpa volũtas: aſꝫ in paruulis ꝓ xp̃o occiſis xp̃i meritũ operatur totũ in illis ſine vſu. li. ar. Et ita non loquendo: ſed moriendo teſtes ſunt xp̃i.

a Ꝺ ſcđaꝫ. q. ſic ꝓcedit. Et vr̃ q̄ baptiſ⁹ ſanguis non ſuppleat defectũ aq̃. ℄ Baptiſm⁹. n. aq̃ hꝫ efficaciã ex ope opato. Baptiſmus ãt ſanguis ex ope opante. Uñ ſine caritate nõ ꝓdeſt vt. j. Cori. xiij. Sꝫ in pueris nihil hꝫ efficaciã ex ope opante. q: vſuꝫ li. ar. nõ habẽt. Ergo in eis baptiſmus ſanguinis non ſupplet vicem baptiſmi aque. ℄ Scđo ſic. In baptiſmo ſanguis nõ ẽ niſi pena ⁊ cã. Sꝫ pena q̃ñqꝫ nõ ẽ ꝓportionata ad tollẽdã totã penã debitã pro peccatis nec ẽt deuotio ad cãm paſſiõis: cuꝫ q̄s pro deo patit ad hoc ſufficeret. Ergo baptiſm⁹ ſanguis non ſemp totaꝫ penã debitã ꝓ peccatis tollit. Et ita non ſupplet in omnibus viceꝫ baptiſmi aque. ℄ Tertio ſic. Aliqua ſunt genera ſupererogationum ſicut virginitas. cui debet aureola: ⁊ doctrina: ⁊ huiuſ

modi. Sed hoc nō supplet vicē baptiſmi. Er-
go nec martiriū: vt vr̄. ¶ In oppo. ē ꝙ di
cit Aug. de beato Cipriano: ꝙ ſi qd in eo
purgādū erat. paſſionis falce ablatum ē. Er-
go baptiſmus ſanguinis purgat vlterius: et ſup-
plet locū baptiſmi aque. ¶ Rñdeo dicen-
dū: ꝙ baptiſmus ſanguinis ꝗ̄tum ad id: ꝙ
ē res tm̄: videlꝫ ꝗ̄tum ad remiſſionez oīs
culpe et pene: ſupplet locū ſiue vicez baptiſ
mi aque. qn̄ articulus neceſſitatis ſacramētū
excludit. Pro cuius intelligētia notādū ꝙ
baptiſmus aque efficaciā hꝫ a paſſiōe xp̄i:
inq̄ʒtū ei ſacramētaliter repñtat. Baptiſ-
mus aūt ſanguinis paſſiōi xp̄i ꝯformat reali
ter nō ſacramētali repñtatiōe. Et ideo i his
que ſacramētalia ſunt baptiſmus ſanguinis
nō ſupplet vicē baptiſmi aque. ſicut ē impreſ
ſio caracteris et hmōi: ſꝫ in eo ꝙ ē res tm̄
ſupplet totaliter vicē baptiſmi aque. qn̄ ar
ticulus neceſſitatis ſacramētū excludit. Sic
n. in baptiſmo aque liberaṫ hō ab oī culpa
ꝓcedēte pena. ita i baptiſmo ſāguis. ¶ Ad
rōnes in oppo. ¶ Ad pmā rñdeṫ negādo
ꝯñaʒ. Et rō ē: ꝙ baptiſmꝰ nō hꝫ vim ex parte
opē opante: ſꝫ hꝫ ex imitatiōe paſſionis xp̄i.
Vñ de martiribꝰ dr̄ Apo. v. Lauerūt ſto
las in ſanguie agni. Et iō pueri ꝗ̄uis li. ar.
nō habeāt: ſi occidūtur p xp̄o: in ſuo ſāgui
ne baptizati: ſaluanṫ. ¶ Ad ſcdam rñdetur
negādo ꝯñaʒ. Et rō ē: ꝙ lꝫ illa pena in ſe cō
ſiderata nō eēt ſufficiēs ad liberādū ab oī
pena pcī. tn̄ relata ad cām paſſionis accipit
efficaciā a paſſiōe xp̄i: cui aliqs p talem pe
nā ꝯformaṫ. Et ex hoc ab oī pena abſolue-
re pōt. ¶ Ad tertiā rñdeṫ negādo ꝯñam.
Et rō ē: ꝙ iſup erogatiōis ſeu pfectiōis opi
bus nō ē ita expſſa ꝯformitas ad paſſionē
xp̄i ſicut in baptiſmo ſanguinis: nec etiaʒ in
baptiſmo penitentie. Et non opꝫ ꝙ in eis
omnis pena dimittatur.

¶ In feſto ſancti Thome Cantarieñ. pñt
diſputari ſequentes q.

¶ Primo: vtꝝ Thomas archiepus Cātu-
rien. miniſtrauerit xp̄o repetēdo res eccle-
ſie ſue cū ſcādalo regis anglie.

¶ Scdo: vtꝝ ſcūs Thomas. in hac admi
niſtratiōe ſubeūdo mortem: meruit a celeſti
patre corona martirij honorificari.

Ꝺ prīmā. q. ſic procediṫ. Et vr̄
ꝙ Tho. pdictꝰ nō adminiſtraue
rit xp̄o in repetēdo res eccleſie
cū ſcādalo regꝭ anglie. ¶ Pri-
mo ſic. Nō miniſtrat xp̄o q opaṫ ꝯtra euā
gelium xp̄i. Sed Mat. v. dr̄. Et q. vult te-
cū in iudicio ꝯtēdere: et tunicā tuā tollere.
dimitte ei et palliū. Sed hoc nō fecit Tho.
ſed cū ſcādalo regis voluit res tpales eccle
ſie ſue. Ergo et c. ¶ Scdo ſic. Tho. teneba
tur ex ordine caritatis magis diligere ſalu-
tē ſpūalē pximi: q̄ ipediṫ p ſcādalū: ꝗ̄ʒ que
cūqʒ tpalia bona. Sꝫ id ꝙ minꝰ diligēdum
ē dimittēdū ē: pp id qd magis ē diligendū.
Ergo Tho. nō vr̄ xp̄o adminiſtraſſe: nolē-
do dimittere bona tpalia ad vitādū ſcāda
lū pximoꝝ. ¶ Tertio. In rebꝰ tpalibꝰ nihil
ē magis neceſſariū q̄ cibꝰ. Sꝫ cibꝰ ē ꝑter
mittēdus pp ſcādalū: ſm illud ad Ro. xiiij.
Noli cibo tuo pdere illū: p quo xp̄s mor
tuꝰ ē. Ergo multo magis tpalia ſūt pp ſcan
dalū dimittēda. ¶ In oppo. ē fides eccle-
ſie: q̄ eius diē mortis nō celebraret: niſi xp̄o
adminiſtraſſet in hoc. ¶ Rñdeo dicēdū: ꝙ
hmōi qōnis ſolutio pendet ex illa qōne:
Utrū ſemp bona tpalia ſunt dimittēda pp
ſcandalū. Circa quā qōnem ſic eſt diſtiguē
dum: ꝙ bona tpalia aut ſunt noſtra: aut ſūt
nobis ad conſeruanduʒ p alijs cōmiſſa. ſi-
cut bona eccleſie cōmittunṫ prelatis: et bona
cōmunia qbuſcūqʒ reipublice rectoribꝰ: et
taliū ꝯſeruatio ſicut et depoſitoꝝ imminet his
qbus ſunt cōmiſſa ex neceſſitate: et de tali-
bus ē pclio: ꝙ nō ſūt dimittēda pp ſcādalū
ſicut nec alia: q̄ ſūt de neceſſitate ſalutis. Tpa
lia vo quoꝝ nos ſumꝰ dñi dimittere: tribuē
do ea: ſi penes nos hēmꝰ: vel nō repetēdo
ſi apud alios ſint: pp ſcādalū: ē pcluſio ſcda
ꝙ qñqʒ dimittere debemꝰ: qñqʒ nō: ſi ſcan
dalū ex hoc oriaṫ: ꝓpter ignorātiā: vel infir
mitatē alioꝝ: ſicut eſt ſcādalum puſillorum
tūc vel totaliter dimittēda ſunt temporalia

vel aliter ſedandū ſcandalū: ſicut ꝑ aliqualē āmonitionē oſtendendo. ꝙ iuſte petis. ⁊ ipſe retinēdo tua: iniuſte agit. Aliqñ ſcādalum naſcit ex malitia: qḋ ē ſcandalū pharīſeoꝝ: ⁊ ꝓpter eos: q ſic ſcādala ꝯcitant: nō ſunt tpalia dimittēda: q: hoc ēt nocet bono cōi. Daret. n. malis occaſio rapiēdi: ⁊ nocere ipſis rapiētib⁹: q retinēdo aliena; ſine pcō remanerēt. Ex qbus pʒ ꝙ Tho. Can. Res eccl'ie ſibi cōmiſſas repetēdo: ēt cum ſcādalo regis benefecit. Et ita in eo adminiſtrauit xp̄o: in repetēdo ēt res ſuas cū ſcandalo exorto ex malitia regis anglie: rōnib⁹ ſup: aſſignatis bñ fecit: ⁊ xp̄o admiſtrauit. ❡ Ad rōnes in oppo. ❡ Ad pmaʒ rñdetur: ꝙ pceptū illud xp̄i ſm Aug. in libro de ſmone dñi in mōte ē itelligendū ſm ꝑparationē ai. vt. ſ. hō ſit paratus prius pati iniuriā vel fraudē: q̄ʒ iudiciū ſubire ſi hoc expediat. Añqʒ tñ nō expedit. Et ſicq: non expediebat: nō ſuauit illḋ Tho. ❡ Ad ſcḋaʒ rñdetur negando pñam. Et rō eſt: q: dimittēdo res eccleſie ſibi cōmiſſas: in manib⁹ raptoꝝ: hoc vergebat nō in ſalutē ꝓximoꝝ: ſed in dānationē eoꝝ: qui aliena ꝯtinēdo ſemꝑ in pcō manebant. ❡ Ad tertiā rñdet negādo pñam. Et rō eſt: q: nō ē de itentiōe apl'i āmonere: ꝙ cibus totaliter ꝓpter ſcādalū dimittat. q: ſumere cibū ē de neceſſitate ſalutis. ſed talis cibus ē ꝓpter ſcādalū dimittendus. ſm illud. j. Cor. viij. Non māducabo carnem in eternum: ne fratrem meum ſcandalizem.

Q ſcḋam. q. ſic ꝓcedit. Et videtur: ꝙ ſubeūdo mortem ꝓpter res eccl'ie: a patre celeſti nō meruit corona martyrij honorificari. ❡ Primo ſic. Sola fides ē cā martyrij. Dicit Aug. Cā martyrij ē mori ⁊ pati ꝓ xp̄o. Sed iſte ſanctus nō ē mortuus pro xp̄o: ſed ꝓ repetēdo bona eccl'ie. Ergo non meruit a patre celeſti corona martyrij honorificari. ❡ Scḋo ſic. Martyr dr̄ q̄ſi teſtis. Teſtimoniū aūt nō reddit niſi veritati. Nō aūt dr̄ qs martyr ex teſtimonio cuiuſlibet veritatis: ſʒ ſolū ex teſtimonio veritatis diuine: Alioqñ ſi quis moreret ꝓ ꝯfeſſiōe veritatis geometrie: vel alterius ſciētie ſpeculatiue: eēt martyr. Qḋ vr̄ ridiculuʒ. Sed iſte ſcūs nō ē mortu⁹ ꝓ ꝯfeſſione veritatis diuine: vt pʒ. Ergo ⁊c. ❡ Tertio ſic. Inter alia virtutuʒ opa: vident potiora q̄ ordinant ad bonū cōe: q: bonū gētis meli⁹ ē q̄ʒ bonū hoīs. j. Ethi. Si ergo aliqḋ bonū: eēt cā martyrij. maxie videretur ꝙ illi martyres eēnt: q ꝓ defenſione rei publice moriuntur. Qḋ eccl'ie obſuatio nō hʒ. Non eni militū q in iuſto bello moriūtur: martyria celebrant. Ergo ſola fides vr̄ eſſe martyrij cā. ❡ In oppo. ē euāgeliū hoc ḋ martyrib⁹: qḋ legit in hmōi ſancti feſtiuitate. Qḋ nō fieret niſi martir fuiſſet. ❡ Rñdendū: ꝙ ille ſcūs ſubeūdo libēter: ⁊ patienter ex caritate mortē: ꝓ defenſiōe iuriū: ⁊ rerum eccl'ie: meruit a celeſti patre corona martirij honorificari iuxta verbū ſaluatoris in pñti euāgelio. Qui mihi miniſtrauerit: honorificabit eū pater me⁹: q in celis ē. Vñ cū ipſo mortuo clerici regem eternā icipent. ⁊ ꝓ eo miſſaʒ celebrarēt defūctoꝝ: ſubito: vt aiūt: angeloꝝ chori aſtātes voces cantātiū iterrūpunt: martiris miſſaʒ icipiūt Letabitur iuſtus. Et pñr concinunt: ⁊ ceteri cūcti ꝓſequūtur. ❡ Ad rōnes in oppoſi. ❡ Ad pmaʒ rñdet negando aſſumptum. Vñ Mat. v. dr̄. Beati q ꝑſecutionē patiūtur ꝓpter iuſtitiā. Qḋ ptinet ad martiriū: vt glo. ibi dicit. Ad iuſtitiā aūt ptinēt nō ſolum fides: ſʒ ēt alie virtutes. Et ita alie virtutes pñt eē cā martirij. Unde bti Ioānis baptiſte martiriū in eccl'ia celebrat. q nō ꝓ negāda fide. ſʒ ꝓ rephēſiōe adulterij: mortē ſuſtinuit. Auctoritati Aug. rñdetur. ꝙ q⁹ cūqʒ patit ꝓ quocūqʒ bono ope faciendo: vel ꝓ quocūqʒ pcō vitādo: ꝓpter xp̄m: eſt mori: ⁊ pati ꝓ xp̄o. ❡ Ad ſcḋam rñdet negādo minorē. Dr̄. n. Mat. xxij. Reddite que ſunt ceſaris ceſari: ⁊ que ſunt dei deo. Bona aūt eccl'ie: dei ſunt: que iſti archiepo erāt cōmiſſa. Vñ moriēdo ꝓ defenſiōe co

cū ē teſtimoniū ferre veritati diuine. Preterea nō ē ſimile de veritatib⁹ aliaꝝ ſciarū: q: cū ille nō ptinēt ad oculū diuinitatis. iō caꝝ ꝯfeſſio nō pōt eē directe martyrij cā. Sed q: oē mendaciū pcm̄ ē. vitatio mēdacij cōtra quācūqꝫ veritatē. ſic inq̄ꝫtū mendatiū ē pcm̄ diuine legi ꝯtrariū pōt eſſe cā martyrij. ¶ Ad tertiam rn̄detur negando ꝯn̄aꝫ. Et rō ē. q: bonū reipublice ē pcipuū bonū iter bona humana. Sꝫ bonū diuinū: qḋ ē ꝓpria cā martyrij. ē poti⁹ q̄ꝫ humanū q: tn̄ bonū humanū pōt effeci diuinū. ſi referat in deū: pōt eē quodcūqꝫ bonū humanū martirij cā: ſcḋm q: in deum refertur.

¶ In feſto beati Silueſtri eſt euangelium. Homo quidā peregre ⁊c̄. Mat. xxv. Circa quod poſſum diſputari ſeq. q.

PRimo: vtꝝ btūs Silueſter qnqꝫ talēta ſibi a deo data ita lucris multiplicauit: vt meruerit itrare i gaudiū btitudinis eterne. Et vr̄ q: nō. q: talēta ab aliquo accōmodata: lucris multiplicata reddere: vr̄ ad vſurā ptinere. Sꝫ vſura cū ſit pcm̄ mortale īpedit ad igreſſū btitudinis. Vn̄ in Pſ. Dn̄e qs habitabit in tabernaculo tuo? legitur: q pecuniā ſuā non dedit ad vſurā ⁊c̄. ¶ In oppo. eſt euangeliū pn̄s: qḋ legit in hmōi ſancti feſtiuitate. ¶ Rn̄o dōm: q: btūs Silueſter ita talēta ſibi data lucris multiplicauit: vt in gaudiū eterne btitudinis intrare meruerit. Pro quō nota: q: iſta qnqꝫ talēta ſibi data: ꝑſūt dici. ſ. bonū nature: bonū grē. bonū potentie. bonū ſci. bonū opulēti. In bonis nature ſic ꝓfecit: vt fuit corpe iteger: ⁊ hoc poter caſtitatē: facie angelic⁹: q: grōſus aſpectu: ſermone nitidus. q: ꝯſilio magn⁹: vt dr̄ in vita ſua. Scḋo in talēto grē ꝓfecit: ⁊ merita multa cumulauit. Erat. n. fide catholic⁹. ſpe patiētiſſimus. charitate diffuſus. ope ſctūs. In talēto potētie ꝓfecit: q: factus diacon⁹ tāta grā ꝑfulſit in clero: vt oīs popul⁹ xpianus itra vrbē cū ſibi in pſbyteꝝ poſtularet ⁊ tādē Melchiade migrāte oiū voce clericoꝝ ⁊ laicoꝝ ꝯcurrēte: factus ē ſūm⁹ pontifex. Qō. n. ꝓmeruit: operibus declarauit. Nā vt dr̄ in hiſtoria. Erat. n. pijſſimus: ⁊ ſi oi ſcitate ꝯſpicuus. Itē in quarto talēto. ſ. ſcie ꝓfecit: ⁊ lucra multiplicauit. Doctrina eni quotidiana populū iformabat: q ad ei⁹ ſermonē ꝯfluebat in multitudine copioſa. Itē cū iudeoꝝ ſapiētib⁹ diſputauit: qb⁹ ſupatis baptizati ſunt tria milia iudeoꝝ. Itē i qnto ꝓfecit in talēto opulētie. Ita. n. miſericors erat: vt nulla iops vidua. nullus paup. nullus orphanus. nullus idigēs in tota vrbe erat: quē nō haberet in ſcriptis. Quot vidue erāt in regione. quot orphani. quot eticis ſciebat: ⁊ neceſſaria miniſtrabat. Ecce qualiter talēta ſibi data btūs iſte Silueſter multiplicauit. Quare merito itrauit in gaudiū dn̄i ſui. ¶ Ad rōnem in oppo. rn̄detur q: multiplicare dona dei: in eis ꝓficiēdo: ⁊ accumulādo merita apud deū: nō ē vſura: nec obuiat illud Luc. xix. Ego veniſſem: ⁊ cū vſuris exigiſſē illā. ſ. pecuniā mutuatā. qm̄ vt dicit ſctūs Tho. q: vſura ibi metaphorice accipit: p ſuperexcreſcētia bonoꝝ ſpūalium: quā exigit deus. volēs vt bonis acceptis ab eo ſemper proficiamus quod eſt ad noſtram vtilitatem non eius.

SEcundo vtꝝ de negligentia multiplicādi talēta ſibi data a deo: merito veniat qs dānādus. Et vr̄ q: nō: q: negligētia nō pt eē pcm̄ mortale. Dr̄. n. ſup illud Eccli. vij. De negligētia purga te cū paucis. Dic gl. Quātūs oblatio pua ſit: multoꝝ delictorū purgat negligētiā. Sꝫ h̄ nō eēt: ſi negligentia eēt pcm̄ mortale. Ergo ⁊c̄. ¶ In opp. ē euāgeliū pn̄s. vbi q neglexit cū talēto ſibi dato negociari: opando opa virtutū: iubet mitti in tenebras exteriores. ¶ Rn̄o dōm: q: ꝓ tali negligētia multiplicādi talētū ſibi datū a deo: merito venit ꝯdēnādus. Pꝫ cōcluſio. Nā dicit Criſo ſup hūc paſſū. Eterna pena pōt hō dānari. nō ſolū ꝓ pcō commiſſiōis: cōmittēdo adulteriū: aut furtū: ſeu

# In feſto.s.Agnetis

homicidiū:veruēt ꝑ pcō omiſſiōis. Unde
uit:ꝙ nō ſolū q rapit aliena:aut q male ope
raꝫ:puniꝫ vltima pena:ſed ēt q bona nō ſa
cit. Non.n.diues ille epulo fuit dānatus:ꝙ
rapet aliena.ſed qꝛ ꝓpria Lazaro nō cōica
uit. Ad 3ᵐ arguiꝫ:ꝙ negligētia nō pōt eē
pctm̄ mortale.videꝫ falſū eē. Nā dupliciter
pōt ꝯtingere:vt dicit ſctūs Tho.ꝙ negligen
tia ſit pctm̄ mortale. Uno mō ex pte eiꝰ: qḋ
ꝑtermittiꝫ ꝑ negligentiā. qḋ qdē ſit de ne
ceſſitate ſalutis:ſiue ſit actus.ſiue circūſtan
tia:erit pctm̄ mortale. Alio mō ex pte eē. Si
enī volūtas intātū ſit remiſſa circa ea: que
ſūt dei:vt totaliter a dei caritate deficiat:ta
lis negligētia ē pctm̄ mortale. Et hoc ꝑcipue
ꝯtingit:qn̄ negligētia ſeqtur ex ꝯtēptu. Alio
qn̄ ſi negligētia ꝯſiſtat in ꝑtermiſſiōe alicu
ius actus:vel circunſtātie:que nō ſit de ne
ceſſitate ſalutis.nec hoc fiat ex ꝯtēptu: ſed
ex aliquo defectu ſeruoris.que īpediꝫ inter
dū:per aliqḋ veniale pcm̄. tūc negligentia
non eſt peccatū mortale:ſed veniale.

¶ In feſto ſancte Agnetis eſt euangeliū.
Simile eſt regnū celoꝝ ⁊c. Mat.xxv. poſ
ſunt diſputari ſequentes qōnes.

¶ Primo: vtrum beata Agnes ad hoc:ꝙ
eſſet vna de numero prudentium ꝟginum
habuit neceſſe in vaſe conſcientie ſue porta
re charitatis oleū.

¶ Secundo: vtrum beata Agnes fuerit
xp̄o deſponſata.

Ad primā.q.ſic ꝓceditur. Et vi
detur ꝙ btā Agnes adhoc ꝙ
eſſet vna de numero prudētiū
virginū:habuit neceſſe in vaſe
conſcientie ſue portare charitatis oleū. Et
vr̄ ꝙ non: qꝛ tam prudentia ꝗꝫ virginitas
poſſunt eſſe in aliquo ſine charitate. Ergo
ad eſſe prudentem virginem: non eſt neceſ
ſe charitatem habere. Conſequētia vr̄ bo
na. Añs ꝓbatur ſic. Uirtutis enī ꝓpriū eſt
bonū actū ꝓducere. Sed illi qui nō habēt
charitatē:faciūt aliquos bonos actus.puta
dum nudum veſtiunt: famelicum paſcunt:
caſtitatē ſeruādo.ꝯcupiſcētias cohibēt

⁊ iuſticiam ſeruant.dum iuſte iudicant. Er
go ⁊c. ¶ Scdo ſic. Uirgo pōt naturali co
gnitiōe deū cognoſcere:eē ſummū bonū.
Ergo naturali dilectione ipm̄ ſup oīa dili
gere. Ergo ſine caritate pōt eē prudēs vir
go:⁊ amare deū ſup oīa ſine oleo charitatꝭ.
¶ In opp.ē euāgeliū pn̄s: in quo vocanꝫ
fatue virgines:q nō portabant oleū in va
ſis ſuis:cū lāpadibus. ¶ Rn̄o dōm:ꝙ btā
Agnes vna de numero prudētiū virginū
neceſſe habuit portare charitatis oleum in
vaſe ꝯſcīe. Que ꝯclō ꝓbaꝫ pmo ſic. Pru
dētia ē virtus directiua actuū humanoꝝ i
finē debitū. Uñ ipa dr̄ tā a ꝓphetis: ꝗꝫ a
ſcīs auriga virtutū. Uirgines ergo ille ſūt
prudētes dicēde:q dirigūt opa ſua:⁊ ordi
nāt pncipaliter ad gliam dei.q ē vltimus fi
nis nr̄. ⁊ ad ꝯſecutionem btitudinis ſue. Et
hoc nō pōt eē ſine caritate:q̄ vt dicit Aug.
in libro de moribꝰ eccl̄ie.caritas ē virtus:
q̄ cū noſtra rectiſſima affectio ē: coniūgit
nos deo:q̄ eū diligimꝰ. Dicit ꝑterea Apo
ſtolus.j.Corin.xiij. Si diſtribuero in cibos
pauperꝫ oēs facultates meas.⁊ ſi tradide
ro corpꝰ meū:ita vt ardeā.caritatē aūt non
habeā:nihil mihi ꝓdeſt. Ille ergo ꝟgines:
q̄ bona opa ſua a ꝑdicto fine deuiātes vel
ad propriam gloriam:fauorem hominum:
vel queſtū:vel huiuſmodi conuertunt: vel
ordināt:merito fatue dicuntur virgines:
propter defectum intentionis recte. Ad vi
dendum autem plenius neceſſitatē huiuſ
modi olei.ſcꝫ caritatis. eſt notandum iuxta
ſanctum Tho.ꝙ finis humane vite eſt fe
licitas. Unde ſm̄ diuerſas vitas etiam di
uerſe felicitates diſtinguuntur. Qui enim
ſunt extra vitam ciuilem:ad felicitatem ci
uilem non poſſunt peruenire:que attingit
ſummum illius vite. Similiter ad hoc: ꝙ
ad felicitatem contemplatiuam quis perue
niat:oportet ꝙ illius vite pticeps fiat: Uñ
felicitas ad quā hō ꝑ ſua naturalia pōt ꝑue
nire:ē ſm̄ vitā humanā. Et de hac phi ſūt
locuti. Unde in pmo Ethi. Dicit btōs aūt
hoīes. Sed qꝛ nobis ꝑmittiꝫ q̄daꝫ felicitas

in qua erim⁹ angelis equales: vt pȝ Math. xx. que non ſolum vires hoīs: ſed et ange-lorum excedit: que ſoli deo eſt naturalis. oȝ ad hoc ꝙ ad felicitatem illam homo perue niat ꝙ diuine vite particeps fiat. Illud aūt quod ad alterum conuenire facit: maxime amicitia eſt: vt dicit Phūs. ix. Ethi. Vnuſ quiſqȝ conuerſatur cum amico ſuo in illis: que maxime diligit. Et ideo oportuit habe ri quandam amicitiam ad deum: vt ſibi cō uiueremus. Et hec eſt caritas: que eſt que-dam amicitia hoīs ad deum: per quam ho mo deum diligit: ꝛ deus hominem. Et ſic efficitur quedam aſſociatio hoīs ad deum ſicut dr̄. j. Jo. j. Si in luce ambulamus ſicut ꝛ ipſe in luce eſt: ſocietatem habemus ad inuicem. Hec aūt cōmunicatio diuine vite facultatem nature excedit: ſicut ꝛ felicitas ad quam ordinatur. Et ideo opȝ: ꝙ per ali quod bonum ſuperadditum: natura in hoc perficiatur. Et hoc eſt ipſa virtus caritas. Et ita maniſeſte pȝ neceſſitas dei caritatꝭ.

¶ Ad rōnem in oppoſitum. ¶ Ad pmam reſpōdet negando conſequentiam. Et rō ē ꝙ: lȝ ſine caritate poſſit eſſe aliquis actus bonus ex ſuo genere: non tamen perfecte bonus: quia deeſt debita ordinatio ad vlti mum finem. ¶ Ad ſcdam reſpondetur ne gando ꝯñam. Et rō eſt: ꝙ neceſſaria eſt ſu perior amicitia: ꝙ̄ naturalis: quia naturali amore amamus deum: inquantum ſummū bonum eſt: participabile a nobis per effe-ctus naturales: ꝛ ſm̄ ꝙ habemus ſimilitu-dinem ad ipſum per bona naturalia. Sed ꝙ natura non poteſt peruenire ad opera-tiones eius: que ſunt ſua iura: ꝛ ſua beatitu do. ſ. viſio ſue eſſentie. ideo ēt ad amicitiam non pertingit: que facit amicos conuiuere: ꝛ in omnibus cōmunicare. Et ideo oportet ſuperaddi caritatem: per quā amicitiaȝ: ha beamus ipſum: ꝛ amemus ei aſſimulari p participationem ſpūalium donorum. ꝛ deſi deremus vt participabilem per gloriaȝ ab amicis ſuis. Et iſta ē amicitia: que ē iter pru dentes virgines ꝛ ſponſum ſuum xp̄m.

D ſcdaȝ. q. ſic pceditur: ꝙ que ritur vtrum beata Agnes fue-rit deſponſata xp̄o: rñdetur ꝙ ſic. Pȝ ex euāgelio: vbi dicit ꝙ prudentes virgines intrauerunt ad nupti-as cum ſponſo ſuo. ſ. xp̄o. Preterea dicit. ij. Cor. i. x. Deſpondi eni vos vni viro. ſcȝ xp̄o: virginem. i. virginitatem exibere xp̄o.

nus: vel melior altero. dr̄ dupliciter. Uno
modo ſimpliciter. Et ſic melior eſt: qui ē in
charitate perfectior. Alio modo ſm quid.
Et ſic dr̄ aliquis eſſe melior altero: vel ad
militiā: vel ad magiſteriū: vel ad plationē:
vel aliquid hmōi. qui non eſt melior ſimpli
cit. eo qđ in ſingulis officijs tā in ſpūalib⁹
ꝙ̄ꝫ tēporalibus requirūtur aliqua ꝑter bo-
nitatē moralē: ad hoc ꝙ aliquis ſit idone⁹
ad illud officiū exercendū. Dicendū ergo
⁊ ſit iſta prima concluſio. ꝙ oportet eligere
ad prelationē: vel ad quodcūqꝫ officiū ec-
cleſiaſticū. aliquē: qui ſit bonus ſimpliciter.
eo ꝙ per quodlibet pctm̄ mortale aliquis
redditur indignus ad quodlibet officium
ſpūale exequēdū. Unde dic̄ Diony. in epi
ſtola ad Dinopholū monachū loquēs de
ſacerdote: q nō eſt gratis illuminatus. Nō
eſt ſacerdos: ſed eſt inimicus doloſus delu-
ſor ſuiipſius: ⁊ lupus ꝯtra dominicū popu
lū pelle ouina armatus. Secūda concluſio.

Non opꝫ: ꝙ eligendus ſemper ſit melior
ſimpliciter. Pꝫ concluſio: quia poſſibile eſt:
ꝙ ille qui eſt perfectior in caritate deficiat
in multis: que requiruntur ad hoc: ꝙ ali-
quis ſit idoneus prelatus: que in alio: qui eſt
minoris caritatis inueniuntur: vt ſcia: indu-
ſtria: ⁊ potentia: ⁊ hmōi. Unde non oporꝫ
ſemper eligere meliorē ſimpliciter: ſed cuꝫ
qui ſit melior ad officiū. Tertia concluſio:
Si quis eligit eū: quē reputat minus idone
um ad tale officiū peccat. Pꝫ concluſio. quia
poteſt eſſe: ꝙ de duobus vnus preeligatur
niſi ꝓpter aliquid in ipſo conſideratū. Il-
lud aūt quod conſideratur in eo: qui min⁹
eſt idoneus ad hoc ꝙ magis idoneo prefe
ratur: eſt aliqua conditio indebite mouens.
vtpote familiaritas: vel cōſanguinitas: vel
aliquid hmōi. Non eniꝫ pōt eſſe conditio
ad idoneitatē pertinens: ex quo alter ſim-
pliciter melior reputat̄. Et ſic indebite mo
uet. Et in tali electione eſt acceptio perſōe:
que ſine peccato eſſe non poteſt. ¶ Ad rō
nes in oppo. ¶ Ad pmā rñdetur negan-
do conſequentiā: niſi intelligendo de melio
ri: vt dictum eſt. ¶ Ad ſecundam reſpon-
detur negando conſequentiā. Et rō ē: quia
Petrus non ſolū pre ceteris eminebat di
lectione diuina. ſed ēt erat idoneus ad gu-
bernandū ecclīam pre ceteris: ¶ Ad terti
am rñdetur: ꝙ auctoritas illa ē intelligēda
quantū ad ſtudiū illius: qui eſt in dignitate
conſtitutus. Debet enī ad hoc intendere:
vt talē ſe exhibeat: vt ceteros ſcia: ⁊ ſancti
tate precellat. vt Grego. dicit in paſtoralib⁹
Non aūt ſibi imputandū eſt: ſi ante prela-
tionem excellentior non fuerit: vt ex hoc de
beat viliſſimus reputari.

¶ In feſto beati Thome de aquino aliqui
legunt euangelium. Uos eſtis ſal ⁊c̄. Cir-
ca quod poſſunt diſputari ſe .q.

¶ Primo: vtrum doctoribus aureola de
beatur in regno celorum.

¶ Secundo: vtrum predicator vel doctor
teneatur facere: quod dicitur ex preſenti
euangelio.

D primā. q. ſic ꝓcedit. Et videt q aureola nō debeatur doctoribus in regno celoꝝ: q: oē premiū qd in futuro hēbit: alicui actui virtutis rn̄detur. Sed ꝑdicare ꝛ docere nō ē actus alicuius v̄tutis. Ergo doctrine vel ꝑdicatiōi nō debeat aureola. ¶ Scdo ſic. Predicare: ex ſtudio ꝛ doctrina ꝓueniūt: ſed ea que premiant in futuro. nō ſunt acq̄ſita p humanū ſtudiū: q: naturalibus ꝛ acq̄ſitis nō meremur. Ergo ꝑ doctrina ꝛ ꝑdicatione nullus in futuro meret aureolā. ¶ Tertio. Exaltatio in futuro rn̄det humilitati pn̄ti: q: q ſe humiliat: exaltabit. Sed ī docendo ꝛ ꝑdicando nō ē humilitatis. īmo magis ſupbie occaſio. Vn̄ glo. dicit Mat. iiij. q diabolus multos decepit honore magiſterij inflatos. ¶ In oppo. eſt euāgeliū pn̄s. Qui fecerit ꝛ docuerit: hic magnus vocabit in regno celoꝝ. Scdo eſt illud: qd ſup illud ephe. vt ſciatis q̄ ſit eminens ꝛc̄. dicit glo. Quoddā excellentiū habebunt ſci doctores vltra id qd alij cōiter hēbunt. ¶ Rn̄ſio dōm: q ſicut p martiriū ꝛ v̄ginitatē aliqs pfectiſſimā victoriā optinet de carne ꝛ mūdo. ita ēt pfectiſſima contra diabolū optinet. qn̄ aliquis nō ſolū diabolo impugnāti nō cedit: ſed ēt eū repellit. Et n̄ ſolū a ſe: ſed ēt ab alijs. Hoc āt fit p ꝑdicationē ꝛ doctrinā. Et ideo ꝑdicationi ꝛ doctrine aureola debet. ſicut ꝛ virginitati ꝛ martirio. Nec ē dōm: vt quidā dicūt: q habeat tm̄ plātis: qbus cōpetit ex officio ꝑdicare ꝛ docere: ſed qbuſcūq3 hunc actum exercent. Prelatis aūt nō debet: q̄3uis habeant officiū ꝑdicandi: niſi actu doceant: ꝛ ꝑdicent. quia corona nō debet habitui: ſed actuali pugne: ſm illud. ij. Thi. ij. Nō coronabit: niſi q legitime certauerit. Notat aūt q tria requirūt ad hoc: q doctorib⁹ aureola debeat. Primū eſt: q ex pte doctrine q̄ docet. ſ. q ſit de ptinētibus ad ſalutē. p quā diabolus a cordibus hoīum expellat. ſicut qbuſdā ſpūalibus armis. De qbus dr̄. ij. Cori. x. Arma militie noſtre nō ſūt carnalia: ſed ſpūalia ꝛc̄. Scdo reqritur ex pte docentis: q actu doceat ꝛ ꝑdicet: vt dictum ē. Tertio reqrit ex pte finis. ſ. q doceat ꝛ ꝑdicet pncipaliter ad gliā3 dei. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primā rn̄det negando minorē. Dicimus. n. q ꝑdicare ꝛ docere ſunt actus alicuius virtutis. ſ. miſc̄o: dic: ꝛ inter ſpūales elemoſinas cōputat. ¶ Ad ſcdam rn̄det negādo ꝯñam. Et rō ē: q: q̄3uis facultas ꝑdicandi: ꝛ docēdi: qn̄q3 ex ſtudio ꝓueniant. tn̄ vſus doctrine ex volūtate ꝓcedit: que p caritatē īformat a deo infuſam: ꝛ ſic actus eius meritorius eē pōt. ¶ Ad tertiā rn̄detur negādo ꝯñam. Et rō ē: q: exaltatio in hac vita nō diminuet alteri⁹ vite ꝑmiū. niſi ei qui tali exaltatiōe ꝓpriā gloriam q̄rit. Qui aūt talē exaltationē in vtilitatem alioꝝ ꝯuertit ex ea ſibi mercedē acquirit.

D ſcdam. q. vtrū ꝑdicator vel doctor teneat facere qd dicit.

a

¶ Primo ꝓcedit ꝛ vr̄ q ſic ex pn̄ti euangelio. Qui fecerit ꝛ docuerit: hic magn⁹ ꝛc̄. Ergo vr̄: q q facit ꝯtrariū huiꝰ qd ꝑdicat: errat ꝛ peccat. ¶ Scdo ſic. Dic̄ Apls. j. Cor. ix. Caſtigo corp⁹ meū: ꝛ ī ſeruitutē redigo. ne forte cū alijs ꝑdicauerim: ipſe reprobus efficiar. Itē ad Ro. ij. dicit. Qui aliū doces: teipſm nō doces. ¶ Tertio ſic. Predicator euāgelij tenetur imitari formā ei⁹: q cōdidit euāgeliū. Sed ſaluator nr̄ ieſus faciebat: q̄ ꝑdicabat. Vn̄ de ipſo dr̄ Act. j. Cepit ieſus facere: ꝛ docere. Ergo vr̄: q ille q ꝑdicat euāgeliū vel docet: teneat facere qd ꝑdicat. ¶ In opp. ē q ꝑdicat aut docet pfectionē: q̄ tn̄ nō facit: ꝛ tn̄ nō diceret teneri. Vn̄ cū ſecularis ꝑdicat pfectionē religiōis: ꝛ pfectiōis. Ergo ꝑdicator vel doctor nō tenet ſemꝑ facere qd docet. ¶ Rn̄deo dōm iuxta Alexādrū de ales in tertio: ſub iſta ꝯcluſiōe. q qlibet tenet facere qd dicit: ſm qd aſſerit alijs teneri ad faciēdū qd dicit. Hoc iō qd aſſerit eē faciendū: vel aſſerit gnaliter: vel ſolū ſm ſtatum. Gnaliter: ſicut aſſerit de illis: q̄ ptinent ad ſtatū ſalutis: ſm ſtatū ſicut aſſerit de his: q̄ ptinēt ad ſtatū pfectiōis: vtpote religionis:

ad quam omnes non tenetur. Et ſic predicator non tenetur facere quod dicit. Patet ergo quod predicator ratione ſui officij non tenetur omnia facere que docet: aut predicat ad que alias non tenebatur. Si enim omnia facit que predicat: hoc perfectionis eſt non neceſſitatis. Si aliqua predicat ad que alias non tenebatur. ſed ſi ea que predicat ad que alias tenebatur ſicut ſunt precepta dei et eccleſie. et forte aliqua alia ad que forte voto tenebatur: ſic planum eſt quod ad iſta tenetur tentione neceſſitatis. Sed cum predicat ea ad que alias non tenebatur: non video rationem quare predicationis ratione ad illa teneatur tentione neceſſitatis. niſi in caſu. forte: ubi non ſeruaret: illa eſſet probabilis occaſio ſcandali in auditoribus: per quod poſſet preiudicium fieri veritati. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad auctoritates Apoſtoli dico: quod intelliguntur de illis: ad que prius tenebatur. ¶ Ad rationem de Chriſto quod predicator debet imitari formam illius qui predidit euangelium etc. reſpondetur: quod ſi hoc intelligatur neceſſarius: tunc verum eſt: quod quantum ad ea que ſunt neceſſaria ad ſalutem. ad alia autem non tenetur: niſi ratione ſcandali: loquendo de tentione neceſſitatis. Et tantum ad primus de iſta q.

¶ In feſto ſancti Gregorii poſſunt diſputari ſex q.

¶ Primo: utrum melius faciat qui conſentit electioni canonice de ſe facte: quam qui eam recuſat.

¶ Secundo: utrum precibus beati Grego. fuit liberatus Traianus de penis inferni.

¶ Tertio: utrum ſtat cum perfectione papatus: poſſidere quaſi proprias divitias: aut facultates terrenas.

a Ad primam. q. utrum melius faciat qui conſentit electioni canonice de ſe facte: quam qui eam recuſat. Et videtur quod melius faciat qui conſentit. Dicit enim Greg. xij. moralium. Prelatio cum percipitur non ex libidine amanda eſt. Sed quando aliquis per canonicam electionem epiſcopalem dignitatem adipiſcitur: non percipit eam ex libidine. Ergo debet eam amare: non ergo debet eam recuſare. ¶ In oppo. arguitur exemplo beati Grego. cuius feſtum hodie colitur. qui multipliciter electionem de ſe factam recuſavit.

¶ Reſpondeo dicendum. quod ille qui electioni canonice de ſe facte conſentit: conſiderare precipue debet: quid intendit. Si enim intendit aliquod temporale: puta honorem: divitias: exeuntere ſe a iugo religionis: aut aliquod huiuſmodi. manifeſtum eſt quod eſt prava intentio. Unde ponitur pro concluſione: quod melius faceret ſi non aſſentiret. Si autem intendit profectum eccleſie. ſic planum eſt: quod eſt recta intentio. Unde Aug. dicit. xix. de Ci. dei. In actione non amandus eſt honor: in hac vita ſive potentia. ſed opus ipſum: ſi recte atque utiliter fit: ut valeat ad ſalutem ſubditorum. Sed quia ad hoc opus maxime requiritur idoneitas: ad quod humana fragilitas ſecundum proprias vires ſufficiens non eſt. potest ergo aliquis laudabiliter conſiderans propter defectum ex humilitate: officium prelationis recuſare. ſicut Iere. dixit. Neſcio loqui: quia puer etc. Potest etiam laudabiliter conſentire ex caritate fruina: ut ſalutem proximorum procuret. ſicut Yſa. qui dixit. Ecce mitte me. Sed ſicut dicit Greg. in paſtorali. In utroque eſt ſubtiliter intuendum: quia et is qui recuſavit plene non reſtitit. et is qui mitti voluit ante ſe per altaris calculum purgatum viderit. Nec autem non purgatus adire quiſque ſacra miſteria audeat: aut quem ſuperna gratia eligit ſub humilitatis ſpecie ſuperne diſpoſitioni contradicat. Quia ergo valde difficile eſt purgatum ſic quemlibet agnoſcere prelationis officium: tutius declinatur. non tamen pertinaciter cum ad ſuſcipiendum hoc ſuperna voluntas agnoſcitur.

¶ Ad rationes in oppo. reſpondetur quod illud verbum Gregorii debet ſic intelligi. prelatio cum ex libidine non percipitur amanda eſt. ſed ita prelatio cum percipitur non eſt amanda ex libidine. ſubdit enim ſed ex longanimitate tolleranda.

a Ad ſecundam. q. ſic procedit. Et videtur quod Traianus precibus Greg. non fuerit ab inferno liberatus. ¶ Primo ſic. Dicit Dio. vij. eccle. Ierar. Summus ſacerdos pro immundis non erat. Et in hoc averteretur a divino ordine. Et Commentator ibidem dicit: quod pro peccatoribus non orat remiſſionem: quia non audiretur pro illis. Ergo non valent preces ſanctorum exiſtentibus in inferno. ¶ Secundo ſic. Dicit beatus Greg. xiij. moralium. Eadem eſt ut non oretur poſt diem iudicij pro hominibus eterno igne damnatis que nunc cauſa eſt: ut non orent ſancti pro hominibus infidelibus impijſque defunctis. ¶ Tertio ſic dicit Aug. quod ſine fide operante per dilectionem: eiuſque ſacramentis. i. de corpore exeuntes

fruſtra illis ab hmōi officia impendūtur.
Sed oēs dānati ſunt hmōi. Ergo non pro
ſunt preces: aut ſuffragia que fiunt pro dā
natis. Sed Traianus erat dānatus. Ergo
preces Grego. non poterant eū liberare.
¶ In oppo. ē hiſtoria. Itē Damaſ. in vno
ſmone narrat: q Grego. pro Traiano ora
tionem fundens: audiuit vocē diuinitus ſi
bi allatā. Vocem tuā audiui: τ veniā Tra
iano do. Cuius rei vt Damaſ. dicit in eo
dem ſmone teſtis eſt occidens τ oriens.
¶ Rñdeo dicendū iuxta ſanctū Tho. in
iiij. q deputati ad infernū ſunt duplici dif
ferētia. Quidā ſunt deputati ſimpliciter: τ
ſm pñtem iuſtitiam: τ ſm ſuperiores cau
ſas. Et p talibus nunq̄ facienda ſūt ſuffra
gia. Non eni eis prodeſſent preces quorū
cūq ſanctoꝝ. Alij ſunt deputati in inferno
non ſimpliciter: ſed ſm preſentē iuſtitiā p
priorum meritorum. Scdm aūt ſuperiores
cauſas: quibus preuidebantur ad vitā re
uocandi. erat de eis aliter diſponendū. Et
tales vident fuiſſe multi: qui fuerūt a mor
tuis reſuſcitati: quoꝝ plures conſtat idola
tras: τ dānatos fuiſſe. Et talibus potuerūt
preces ſanctorū ſuffragari. τ de numero ta
lium creditur fuiſſe Traianus. vt pbabili
ter poteſt eſtimari. vt dicit ſanctus Tho. q
precibus beati Grego. Traianus ad vitā
fuerit reuocatus: et ibi gratiā conſecutus
ſit. per quā remiſſionē peccatoꝝ habuerit.
τ per conſequēs immunitatē a pena. ¶ Ad
rōnem oppꝫ reſponſio. Procedunt eni de de
putatis ſimpliciter i inferno. Vel dicēdum
eſt q aliud eſt reſuſcitari ad vitam preſen
tem precibus ſanctoꝝ. τ in hac vita conſeq
gratiam: per quā remittuntur ei peccata
ſua. Et aliud eſt: q dānatis in inferno ibi p
manentibus proſint ſuffragia.

AD terciā q. ſic pcedit. Et vi
detur: q nō ſtet cū ſtatu per
fectionis: papatus poſſidere
quaſi pprias diuitias: aut fa
cultates terrēas. ¶ Primo
ſic. Epi in eccleſia tenent locū apoſtoloꝝ:
vt dicit glo. Luc. x. Et habetur in. c. decre.
xxj. di. Sed aplis dñs precepit: vt nihil p
prium poſſiderent. ſm illud Mat. x. Noli
te poſſidere aurū nec argentū: nec pecuniā
in zonis veſtris. Vnde τ Petrus cui pa
pa ſuccedit: p ſe τ alijs aplis dicit. Ecce nos
reliquimus oia: τ ſecuti ſumus te. Math.
xviij. Ergo videtur: q papa τ alij epi tene
antur ad hmōi mandati obſeruantiā: vt ni
hil pprium poſſideant. ¶ Scdo ſic. Volū
taria paupertas ad pfectionē videtur req
ri: ſm illud Mat. xix. Si vis pfectus eſſe
vade. Et vende omnia que habes τ da
pauperibus. Sed papa τ epiſcopi aſſumū
tur ad ſtatum perfectionis. Ergo videtur:
q non ſtet cum ſtatu perfectionis pape ali
quid: quaſi proprium poſſidere. ¶ Tertio
ſic. Hieronymus dicit ad Nepotianum.
Cleros grece latine ſors appellatur. Et ha
betur in. c. cleros. xxj. di. Propterea clerici
dicuntur: q de ſorte dñi ſunt: vel q: ipſe do
minus ſors. i. pars clericorū eſt. Qui autem
dñm poſſidet: nihil extra deū poſſidere po
teſt. Si aūt aurum: ſi argentum. ſi poſſeſſio
nem: ſi variam ſupellectilem habet: cū iſtis
partibus non dignatur dñs fieri pars eius
Ergo videtur: q papa τ epiſcopi. τ non ſo
lum epiſcopi: ſed et clerici. debeāt proprijs
carere. ¶ Quarto. Chriſtus cuius vicari
us eſt: τ vices gerit in terris papa. geſſit vi
tam humilē: τ pauperē. ita q ſicut dicitur.
Mat. viij. Filius hominis non habet vbi
caput reclinet. Ergo papa debet imitari
eum. Et ita fecit Petrus: primus papa ab
eo inſtitutus. qui ait. Aurum τ argentū nō
eſt mihi. Ergo videtur repugnare ſtatui p
fectionis papatus. qui dicit vicariatum xpi
habere in proprio diuitias τ facultates ter
renas. ¶ In oppo. arguitur ex euāgelio p
ſenti ſic. Spectat ad fidelem ſeruum: τ pru
dentem: conſtitutum ſuper eccleſiam: habe
re ea: quibus poſſit cibum miniſtrare fa
milie: non tantū verbi dei: aut exempli ho
neſtatis. ſed etiam ſubſidij tēporalis. Vn
de xps ter dixit Petro: quē cōſtituebat ſup

totā eccleſiā: cui ſuccedit Gregori⁹. Paſce oues meas: ad ſignificandū triplicē paſtū. ſ. doctrine verbi: vite exēpli: ⁊ tēporalis ſubſidij. Sed paſtum corporalē. ſiue ſubſidij tēporalis: nō poteſt facere niſi habeat de quibus. Ergo ex ipſa inſtitutione xpi nō repugnat ſtatui pfectionis pape: aut epōrum: habere terrena bona. quib⁹ indigentibus ſubueniri poſſit de aliquo paſtu. Scḋo arguit ex illo. c. epi. xij. q. i. Ubi dicit. Epi de reb⁹ ꝓprijs vel acquiſitis vel aliqd ō ꝓprio ſi hñt: heredib⁹ ſuis ſi voluerint relinqñt. ¶ Rñdeo dicendū: ꝙ nō derogat ſtatui pfectiōis papatus: aut epatus: poſſidere aliqd ꝓpriū vt diuitias ⁊ terrenas facultates. Iſta ↄcluſio pꝫ ſ᷑ iuxta ſanctū Tho. Ad ea que ſunt ſuperogationis: nullus tenet᷑: niſi ſe ſpecialiter ad id voto aſtringat. Un̄ Augu. dicit in epiſtola ad Paulinā: ⁊ armentariū. Q: iaꝫ vouiſti: iaꝫ te aſtrinxiſti: aliud tibi facere nō licꝫ: prius quā eſſes voti reus liber͛ fuit eo ꝙ eſſes inferior. Manifeſtū eſt autē: ꝙ viuere abſqꝫ proprio: ſupererogatiōis eſt. Non eñ in eadē ſub pcepto: ſed ſub cōſilio. Unde cū Mat. xix. dixiſſet dñs adoleſcēti. Si vis ad vitā ingredi: ſerua mādata. poſtea ſubdit: ſubaddendo. Si vis perfectus eſſe: vade ⁊ vende oīa ⁊c̄. Nō autem papa: nec alij epi in ſua ordinatione ſe obligant vt abſqꝫ ꝓprio viuāt. nec etiā abſqꝫ proprio viuere ex neceſſitate regritur ad paſtorale officiū: ad quod ſe obligant. Et ideo: nec papa nec epiſcopi tenent᷑: abſqꝫ proprio viuere. Et per cōſequēs nō repugnat ſtatui perfectionis eorum: poſſidere diuitias ⁊ bona tēporalia. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad pmā rñdetur negando: ꝙ papa: ⁊ epiſcopi alij teneant᷑ illud obſeruare: aut ſint obligati ad illud: qḋ dictū fuit apoſtolis. Pro quo notādū: ꝙ verba illa dñi pñt tripliciter intelligi ſ᷑m doctores. Uno mō miſtice. vt nō poſſideamus aurū nec argentū. id eſt vt predicatores nō innitant᷑ principaliter ſapientie et eloquentie tēporali. vt Hierony. exponit. Alio mō ſicut Augu. exponit in libro de cōſenſu euangeliſtaꝝ: vt intelligatur hoc dñm nō precepiſſe: ſꝫ magis permittēdo dixiſſe. Permiſit enim eis: vt abſqꝫ argento ⁊ auro ⁊ alijs ſumptibus ad predicandū irent: accepturi ſumptus vite ab his: quibus pdicabant. Unde ſubdit. Dignus eſt eniꝫ operarius cibo ſuo. ita tamen: ꝙ ſi aliqs ꝓprijs ſumptibus vteretur in predicatione euāgelij: ad ſupererogātiā pertineret: ſicut Paulus de ſe ipſo dicit. i. ad Cor. ix. Tertio modo ſ᷑m Criſo. exponit᷑. vt intelligat᷑: illa dominū diſcipulis pcepiſſe: quātū ad illaꝫ miſſionē: qua mittebantur ad predicandum in deis: vt per hoc exercerent᷑ ad ↄfidendum de virtute ipſius: qui eis abſqꝫ ſumptib⁹ ꝓuideret. ex quo tñ nō obligabāt᷑ ipſi: vel ſucceſſores eoꝝ: vt abſqꝫ ꝓprijs ſumptib⁹ euāgeliū predicarent. Nam de Paulo legit᷑. ij. Cor. xi. ꝙ ab alijs eccleſijs ſtipendium accipiebat ad predicandū Corinthijs. Et pꝫ: ꝙ aliqd poſſidebat: ab alijs miſſum. Stultū autem videtur dicere: inquit ſctūs Tho. ꝙ tot ſanctificeos ſicut Anathaſi⁹. Ambroſi⁹. Auguſtinus: illa precepta trangreſſi fuiſſent: ſi ad ea obſeruanda ſe crederent obligari.

¶ Ad ſcḋā rñdet᷑ negādo ↄñam. Et ratio eſt: q: perfectio xpiane vite nō conſiſtit in volūtaria paupertate: ſed volūtaria paupertas inſtrumētaliter operat᷑ ad perfectionē vite. Un̄ nō oportet: ꝙ vbi ē maior paupertas: ibi ſit maior perfectio. Quinimmo pōt eē ſumma pfectio cū magna opulentia. Nā Abraam: cui dictū eſt Geñ. xvij. Ambula corā me: ⁊ eſto perfectus legit᷑ diues fuiſſe. Preterea: ꝓ maiori claritate notādū prout tangit idem ſanctus Tho. ꝙ abrenunciatio ꝓpriaꝝ facultatū dupliciter cōſiderari pōt. Uno modo ſ᷑m ꝙ eſt actu. ⁊ ſic i eo nō cōſiſtit eſſentialiter perfectio: ſed ē quoddā perfectionis inſtrumentū: vt dictum eſt. Et ideo nihil ꝓhibet ſtatū perfectionis eſſe ſine abrenūciatione propriorum: ſicut etiā dicendum eſt de alijs exterioribus obſeruātijs. Alio mō pōt conſiderari ſ᷑m pparationē animi: vt. ſ. hō ſit paratus: ſi opus fuerit:

oia dimittere: vel distribuere. Et hoc ptinet directe ad perfectionē. Vñ Augu. in libro de questionibus euāgelij. Oportet filios sapientie intelligere: nō abstinēdo: nec in māducando esse iustitiā: ſ; in equanimitate ad tollerādā inopiā; Unde ꝛ Apostolus dicit Scio habūdare: ꝛ penuriam pati. Ad hoc autē maxime tenentur papa: ꝛ ceteri episcopi: vt oia sua ꝓ honore dei: ꝛ salute gregis sui cōtēnāt: cū opus fuerit: vel pauperibus sui gregis largiendo: rapinā bonorū suorū: cum gaudio sustinendo: que oia adimpleta fuerūt in dicto beato Gregorio qui tāte largitatis ꝛ elemosinaꝝ extitit. vt nō solū pñtibus sed etiam longe positis in monte synai monachis necessaria ministraret. Nā ꝯ oīuȝ indigentiū nomina scripta habebat: ꝛ eis liberaliter subueniebat: vt plenius narratur in legenda vnde fuit ille seruus fidelis ꝛ prudēs quem posuit dominus super familiam suam. i. ecclesiam.

¶ In festo beati Benedicti est euangeliū. Nemo accendit lucernā ꝛc. Luce. xi. Circa quod possunt disputari sic. q.

Primo: virū beatus Benedictus lucernā accēdēs regule monochalis: ꝛ ponēs eam super candelabrū ecclesie. cōuenientius istituit monachos in societate viuentes: q̄ȝ solitariā vitaȝ agentes. Et videtur ꝙ nō. ¶ Primo sic. Perfectior est religio agentiū vitā solitariā: q̄ȝ in societate viuentiū. Ergo cōuenientius instituisset monachos agētes vitā solitariā: q̄ȝ i societate viuentiū. Cōsequētia ē bona. Añs ꝓbatur per illud Aug. in libro de operibꝰ monachoꝝ dicentis: illos sanctiores eē: qui a conspectu hominiū separati: nulli ad se prebēt accessuȝ. viuētes in magna intētiōe orationum. ¶ Secūdo sic. Solitudo deseruit vite cōtemplatiue scđm illud Osee. ij. Ducā eā in solitudinē: ꝛ ibi loquar ad cor eiꝰ. Sȝ vita cōtemplatiua est perfectior. sanctior: suauior: q̄ȝ actiua. Ergo ꝛc. ¶ Tertio sic. Religio desiderat quietē mētis: vt impleat illud. Uacate: ꝛ videte: qm̄ ego sū deꝰ. Sȝ vita solitaria est: q maiorē prestat quietē anime: Ergo ꝛc. ¶ In oppo. arguitur ex pñti euāgelio vbi dicitur. Nemo accendit lucernā ꝛ ponit eam sub modio: ſ; super cādelabrū: vt qui ingrediuntur lumē videant: Sȝ q instituūtur in solitudine: videntur poni sub modio: cū sint abscōsi a cōuersatione hominū: ꝛ nullus illuminatur ab eis. Ergo videtur: ꝙ beatus bñdictus cōuenientius instituit monachos in societate viuentes. Scđo sic. Dicit eccle. iiij. Melius est esse duos: q̄ȝ vnū. Hñt eni emolumētū societatis sue. Ergo videtur cōuenientius fecisse instituendo ꝛc.

¶ Rñdeo dicendum: ꝙ cōuenientius fecit beatus Bñdictus instituendo monachos i societate viuentes: q̄ȝ solitariā vitā agentes. Et rō est: q: religio est q̄daȝ scola. in qua docetur disciplina: ꝛ exercitiū habetur tendendi ꝛ perueniēdi ad perfectionē: Et q: hoc seruatur in societate viuētiū: vita aūt solitaria nō queritur ad hoc: ſ; datur iam perfectis: ac magistris: q iaȝ nō indigent doceri. Quoniam ergo beatus Bñdictꝰ hoc intēderit cōstituere: quasi scolā disciplīe: vbi mōachi docerētur: peruenire ad ꝑfectionē: sicut pȝ ex modo suo loquēdi in pncipio regule: cōuenientius fecit sic: q̄ȝ aliter. Pro quo notādū iuxta scđm Tho. in secūda secūde: ꝙ solitudo sicut nec paupertas nō est ipsa perfectionis essentia: Sȝ pfectiōis instrm̄: solitudo nō est instrm̄ ꝯgruū actiōi: sed cōtēplatiōi: ſ; illud Osee. ij. Ducā eam in solitudinē: ꝛ ibi loqr ad cor eius. Vñ nō ꝯgruit religionibꝰ: que sunt ordinate ad opera vite actiue: siue corporalia: siue spūalia: nisi forte ad tps: exēplo xpi: q vt dicitur Luce. vi. Exijt in mōtes orare: ꝛ erat pernoctās in orōne. Cōperit autē religiōibus: q sunt ad cōtēplatiōnē ordinate. Cōsiderādū tñ est: ꝙ id qđ est solitariū: ꝯ sibi ꝑ se esse sufficiēs. Hoc aūt ē cui nihil deest qđ pertinet ad rōnem perfecti. Et ideo solitudo pertinet cōtemplanti: q iaȝ ad pfectū venit. Qđ qdē cōtingit dupliciter. Uno mō ex solo diuino munere. sicut pateȝ

 128

de Jo. baptiſta: qui fuit repletus ſpũ ſancto:
adhuc ex vtero matris ſue. Vñ ⁊ cũ puer
adhuc eſſet: erat in deſertis vt dicit Luce. i.
Alio mõ per exercitiũ virtuoſi actus: ſm il⸗
lud ad Hebr. c. v. Perfectoꝝ eſt ſolidus ci⸗
bus: coꝝ qui ꝑ cõſuetudine exercitatos hñt
ſenſus ad diſcretionẽ boni ⁊ mali. Ad exer
citiũ aũt hmõi iuuatur hõ ex aliorũ ſocieta⸗
te dupliciter. Uno mõ quãtũ ad intellectũ: vt
inſtruat in his: que ſunt ꝯtẽplãda. Vñ Hie
ro. dicit ad Ruſticũ monachũ. Mihi pla⸗
cet: vt habeas ſanctũ contuberniũ: nec ipſe
te doceas. Secũdo quãtũ ad affectum: vt. ſ.
noxie affectiones hoĩs reprimantur exẽplo
⁊ correctiõe alioꝝ: q: vt dicit Grego. Quid
valet ſolitudo corporis: ſi deſit ſolitudo cor
dis? Et ideo vita ſocialis neceſſaria eſt ad
exercitiũ pfectiõis. Solitudo aũt cõpetit iã
pfectis. Sicut ergo id qđ iam pfectũ eſt: pre⸗
eminet ei: qđ ad perfectionẽ exercet: ita vi
ta ſolitarioꝝ: ſi debite aſſumat, ꝓeminet vi
te ſociali. Si aũt abſq; ꝓcedẽti exercitio ta⸗
lis vita aſſumat: eſt periculoſiſſima: niſi per
diuinã gratiã ſuppleat: qđ in alijs per exer
citiũ acquiritur: ſicut pꝫ de beato Antonio
⁊ Bñdicto. ¶ Ad rationes i oppo. ¶ Ad
primã rñdet negando ꝯñam. q: lꝫ ſicut dictũ
eſt vita ſolitaria: ⁊ debite aſſumatur: ꝓemi⸗
net vite ſociali. tñ imꝑfectis tendentibus ad
perfectionem: ſicut diſcipulis cõuenientior
eſt vita ſocialis. ¶ Ad ſcđam rñdetur negã
do ꝯñam. q: lꝫ ipſa cõtemplatiua vita ſolita
ria ſit perfectior: tñ in pfectis eſſet minus cõ
ueniẽs: Ergo piculoſa vt dictũ ẽ. ¶ Ad ter
tiã rñdetur. Dicimus enĩ ad minorẽ: ꝙ vi⸗
ta ſolitaria pfectis ſufficientibus per ſe eẽt
magis qeta: ⁊ magis apta ad vacandũ diui
ne cõtemplationi. imꝑfectis tñ eſſet inquie
ta ⁊ periculoſa ſicut dictum eſt.

AD ſcđam. q. vtrũ beatus Be
nedictus in viſiõe: q̃ vidit to
tũ mundũ: diuinã eſſentiã vi
dit. Et videtur ꝙ ſic. ¶ Pri
mo ſic. Dicit enĩ Grego. de
hac viſiõe loquẽs. Aĩe videnti deũ anguſta
eſt oĩs creatura: Sꝫ videre deum eſt vide⸗
re diuinã eſſentiã: Ergo beatus Benedict⁹
vidit diuinam eſſentiaꝫ. ¶ Secũdo ſic. Ibi
dẽ ſubdit Gregorius: ꝙ totũ mundũ vidit
in diuino lumine: Sed nõ eſt aliud lumẽ dei
vel claritas dei: q̃ꝫ ipſe deus: vt idem dicit
Gregorius. Et habet in glo. Exo. xiij. ſuper
illud Nõ videbit me hõ ⁊ viuet. Ergo bea
tus Benedictus vidit deũ ꝑ eẽntiaꝫ. ¶ In
oppo. eſt qđ dicit Jo. i. Deum nemo vidit
vnq̃ꝫ vbi dicit glo. ꝙ nullus in mortali car
ne viuens: dei eſſentiã videre põt. ¶ Rñ⸗
deo dicendũ: ꝙ beatus benedictus in illa vi
ſione non vidit deum per eſſentiam. Que
cõcluſio ſic probat. Corpus corruptibile ag
grauat animaꝫ: vt dicit. Sapientie. ix. Sum
ma autem eleuatio mẽtis humane eſt: vt di
uinam eſſentiam videndam pertingat. Vñ
impoſſibile ẽ ꝙ mens humana diuinã eẽn
tiã videat: vt Auguſtinus dicit. xij. Super
Geñ. ad literã. Niſi huic vite funditus ho
mo intereat: vel ſic alienetur a ſenſibus: vt
neſciat vtrũ ſit in corpore: an extra corpus:
ſicut de Paulo legitur. ij. Cor. xij. beat⁹ aũt
Benedictus: qñ illaꝫ viſionẽ vidit: nec huic
vite funditus mortuus erat: nec a corporeis
ſenſibus alienatus: vt patet: q: dum adhuc
in ea viſione perſiſteret: alium ad idem vi⸗
dendũ vocauit vt Grego. refert. Vñ mani
feſtum eſt ꝙ diuinam eſſentiam non vidit.
¶ Ad rõnes in oppoſi. ¶ Ad primam re
ſpondetur: ꝙ ex illis verbis nõ datur intel
ligi ꝙ beatus Benedictus in viſiõe vide⸗
rit deũ per eſſentiã: ſꝫ vult oſtẽdere: ꝙ q: vi
dẽti creatorẽ anguſta eſt oĩs creatura. Cõſe
quẽs ẽ: ꝙ ꝑ illuſtrationẽ diuini luminis de
facili poſſent quecũq; videri. Unde ſubdit
q̃tulis parũ de luce creatoris aſpexerit: bre⸗
ue fuit: qđ creatũ ẽ. Et iõ nõ eſt miꝝ ſi ſctũs
Benedict⁹ ꝑ lumẽ diuinũ ampli⁹ aliud vi⸗
dere potuit: q̃ꝫ hoĩes cõiter videãt. ¶ Ad
ſecundã rñdetur ꝙ lumẽ dei qñq; dicit ipſe
deus. qñq; vero aliqđ lumen deriuatũ a deo:
ſm illud Ps. In lumine tuo videbim⁹ lumẽ
Hic aũt accipit ꝓ lumine deriuato a deo.

¶ In festo annūciationis dominice est euā gelium. Missus ē angelus ꝛc̄. Luce. i. Cir ca quod possunt disputari se. q.

¶ Primo: vtrū fuit necessarium annūcia ri virgini conceptio filij dei. ¶ Scdo: vtruꝫ beate virgini debuit fieri annūciatio per an gelum. ¶ Tertio: vtrū annūciatio fuerit cō uenienti ordine perfecta.

Ad primā. q. sic ꝓceditur. Et videt ꝙ nō fuit necessariuꝫ. ¶ Primo sic. Ad hoc soluꝫ necessariū videbat: annūcia tionē fieri vt cōsensus virgi nis haberet: Sed cōsensus eius non videt necessarius fuisse: q: cōceptus virginis p̄e mōstratus fuit ꝓphia p̄destinatiōis vt Isa. vij. Ecce virgo cōcipiet: q̄ sine nostro com pletur arbitrio. vt dicit q̄dam glo. Mat. i. Ergo nō reqrebat alius cōsensus ex parte virginis. rōne cuius oporteret annūciatio nē fieri. ¶ Scdo sic: Beata virgo incarna tionis fidē habebat: Sꝫ de eo ꝙ qs per cer titudinē credit nō indiget vlterius istrui: er go nō fuit necessariū: annūciationē beate v̄ ginis fieri de icarnatiōe filii dei. ¶ Tertio sic. Sicut dicit Gregorius fides nō hꝫ me ritū: cui humana rō p̄obet experimentum. Sꝫ in collocutione angeli ad virginē: q̄daꝫ persuasiua rō facta est: ergo meritū fidei in ipsa vel euacuauit vel diminuit: quoꝝ vtrū qꝫ est incōueniēs. Ergo ꝛc̄. ¶ Quarto. In ter que nulla distātia ē nulla est missio. Sed inter deum ꝛ beatā virgine nulla est distan tia: Ergo nulla debuit iteruenire missio me dia. Patet: q: deus fuit cū beatissima virgi ne: per essentiā: p̄ntiam: ꝛ potētiaꝫ: sicut est in creaturis generaliter: ꝛ p̄ inhabitatā gra tiaꝫ sicut est in sanctis specialiter: Ergo nul la missio necessaria fuit. ¶ In oppo. argui tur: ex p̄nti euāgelio vbi dicit: ꝙ angel⁹ di cit ei. Ecce cōcipies: ꝛ paries. Secundo sic. Maioris sapientie ostensiuū est miraculuꝫ de cōceptiōe xp̄i ex virgine: q̄ꝫ de cōceptio ne Jo. baptiste: ex sterili: Sed cōceptio Jo. per angelū p̄nūciata ē: ne fortuitu: ꝛ non ex dei ꝓuidentia accidere putaretur: Ergo multo amplius cōceptionēꝫ Christi debuit annūciatio p̄cedere. Tertio sic. Cōceptio ne christi factū est quoddā matrimoniū per indiuisibilē coniunctionē diuine ꝛ humane nature: Sꝫ in matrimonio requiritur cōsen sus: qui per verba nūcioꝝ reqritur ꝛ ꝯsilia tur: ergo decuit: vt deus per angelū suū cō sensum exquireret virginis: de qua huma na natura assumeret vnitatē ꝑsone. ¶ Rn̄ deo dicendū: ꝙ cōgruū ꝛ cōuenientissimuꝫ fuit: annunciare beate virgini: ꝙ esset xp̄m cōceptura. Istius cōclusionis cōgruitas oñ ditur ex multis. Primo: vt buaretur ꝯgru⁹ ordo cōiūctionis filij dei ad virginē: vt sci licet prius mens eius de ipso instrueret: q̄ꝫ carne eū cōciperet. Nō. n. decebat vt dei sa piētia eius vterum inhabitaret sine hoc: ꝙ mens eius cognitione tanti misterii resplen deret. Et ideo non decuit: eam ignorare: qd̄ in ea fiebat: ꝫ oportuit hoc sibi annūciari. Scdo vt ipsa futura eēt certissima testis hu iusmodi misterii ꝯceptiōis. Vñ oportuit: ꝙ de tāto misterio p̄ renūciatiōeꝫ erudiretur. Tertio q: deus nō diligit coacta s̄uitia: sed volūtaria: vt q̄ obsequūtur: in ipso ministe rio mererent. Vñ eū beata v̄go singularit̄ eligeretur in dei ministeriū: quē vtero por tauit. lacte aluit vt ꝯsensus eius angelo nun ciante requireret. q̄ humiliter p̄bēs se ad obsequiū sedulam se ac promptam obtulit. d. Ecce ancila dñi. ¶ Ad rōnes in opposi. ¶ Ad primā rn̄detur negādo ꝯñam. Et ad glo. Mat. i. rn̄detur: ꝙ ea: de qbus est pro phetia p̄destinationis: cōplent sine nostro arbitrio causante: sed nō sine nostro arbi trio consentiente. ¶ Ad scdam rn̄detur ne gando ꝯñam. Et ratio est: q: nō erat deter minate eadem sub fide ipsa incarnatiōis: et per quā virgineꝫ hoc esset implendum. Et ideo de hoc instruenda erat per annūciatio nē: incarnationē esse futuram: qd̄ antiquoꝝ fidei subiacebat: firmissima fide tenebat: ꝫ cū esset humilis: nō tant alta de se sapiebat. Et ideo super hoc erat instruenda. ¶ Ad

tertiaꝫ rñdetur negãdo ꝯñaꝫ. Et rõ eſt: q: al
locutio angeli nõ ex rõne humana pſuaſit:
ſꝫ ex omnipotẽtia diuina: cui fides maxime
innitit. Dixit eni. Nõ erit impoſſibile apud
deum omne verbũ. ¶ Ad quartã rñdetur
negãdo ꝯñaꝫ. Et ratio eſt: q: vt dicit Alber
tus: lꝫ in ea habitaſſet per gratiaꝫ: nõ tñ per
corporalẽ pñtiam ad quã neceſſaria erat an
nũciatio, rationibus aſſignatis.

AD ſcḋam.q.ſic ꝓceditur. Et
videtur: q̄ iſta annũciatio nõ
debuit fieri p angelũ. ¶ Pri
mo ſic. Supremis angelis fit
reuelatio a deo immediate: vt
dicit Dionyſius.vij. Cele. Je. Sed mater
dei eſt ſuperior oibus angelis. Ergo nõ de
buit ſibi per angelũ annũciari incarnatiõis
miſteriũ: ſed immediate a deo. ¶ Sedo ſic.
Nullus poteſt annũciare: quod ignorat: Sꝫ
ſupremi angeli nõ plene cognouerũt incar
nationis miſterium vt dicit beatus Dio. er
go videtur: q̄ per nullum angelũ conuenienter
ter potuit incarnatiõis miſteriũ annũciari.
¶ Tertio. Maiora ſunt per maiores nun
cios annũcianda: Sed miſteriũ incarnatio-
nis eſt maximũ inter oia alia: que per ange
los ſunt hominibus nũciata. Ergo videt: q̄
ſi per aliquẽ angeluꝫ annũciari debuit: per
aliquẽ de ſupremo ordine debuit. Nõ ergo
per Gabrielẽ: qui eſt de ordine penultimo.
¶ In oppo. eſt euangeliũ preſens: vbi dici
tur: q̄ miſſus eſt angelus Gabriel. ¶ Rñ-
deo dicendũ ſub certis cõcluſionibus. Pri
ma eſt: q̄ cõueniens fuit matri dei annũcia
ri per angelũ incarnatiõis miſteriũ. Et hec
cõuenientia colligitur ex tribus. Primo qa
hoc cõgruebat virgini. Dicit enim Hiero
ny. q̄ angelis ẽ cognata virginitas. Unde
decuit: vt ad virginẽ nũciandam angelꝰ mit
teretur. Secũdo: q: ꝑditio humana ex hoc
ſumpſit initium: q: dyabolus mulierẽ allo-
quutus eſt. Uñ vt dicit Beda aptũ appa-
ret humane nature reparatiõis exordiũ: vt
angelus mitteret ad virginẽ: partu cõſecrã
dũ diuino: q: prima ꝑditionis humane cau
ſa fuit. cũ ſerpẽs a diabolo mittebat ad mu
lierẽ ſpũ ſuperbie decipiendã. Tertio: q: il
le annũciabat: qui ẽ rex hominũ: ⁊ angelo-
rũ: ⁊ eius natiuitas: ſicut in ſalutẽ hoiꝫ fuit
ita ⁊ in reparatione ruine angelice. Et ideo
decuit: vt taꝫ homines q̄ꝫ angeli huic miſte
rio miniſteriũ exhiberent. Secũda ꝯcluſio.
Angelus nũcians nõ fuit de ſuprema ierar
chia: nec de media: ſed de infima. nec de p̄-
mo ordine eiuſdem ierarchie: ſꝫ de medio:
q eſt ordo archangelorũ. Dicit autẽ Alber
tus in laudibus virginis Marie: q̄ nõ mit
titur angelus de maioribus: ſꝫ fuit archan-
gelus. Et hoc in honorationem beatiſſime
virginis: q: ſi aliquis de ſuperioribus mit-
teretur: ab illo illuminari crederet. De mi-
noribus ergo mittitur: vt oſtendat q̄ ange
lus ẽ tñ negocij miniſterialis: et exterior de
lator. Deus autem per ſe ipſuꝫ eſt negocij i
uentor: ⁊ inſpirator: ⁊ mentis ad conſenſuꝫ
inclinator. Hec Albertus. Tertia cõcluſio.
Cõueniens fuit vt angelus annũcians viſio
ne corporali virgini appareret. Pꝫ conclu
ſio: q: angelus annũciare venerat incarna-
tionẽ filij dei. Uñ cõueniens fuit ad huius
rei ꝺclarationẽ vt inuiſibilis creatura formaꝫ
aſſumeret: in qua viſibiliter appareret. Tũ
ſecũdo q: ſic cõgruit certitudini eius: qḋ an
nũciabatur. Ea enim que ſunt oculis ſubie-
cta: rectꝰ cõprehẽdimus: q̄ꝫ ea q imaginã-
tur. ¶ Ad rõnes in oppoſi. ¶ Ad primaꝫ
rñdetur negãdo ꝯñam. Et rõ eſt: q: lꝫ beata
virgo ſupior eſſet angelis: quãtũ ad dignita
tem: ad quã diuinitus eligebat: tñ quãtum
ad ſtatũ pñtis vite inferior erat angelis: qa
etiam ipſe xp̄s rõne paſſibilis vite modico
ab angelis minoratus eſt: vt habet ad He
breos.ij. Quia tñ xp̄s fuit viator: ⁊ cõprehẽ
ſor: quãtũ ad cognitionem: nõ indigebat ab
angelis inſtrui. Sꝫ mater dei nõ erat in ſta-
tu cõprehenſorũ, iõ de diuino miſterio per
angelos inſtruenda erat. ¶ Ad ſecũdã rñ-
det: ⁊ dicitur q̄ angeli inferiores nõ penitꝰ
miſterium incarnationis ignorauerunt: ſed
quia nõ totam profunditatem diuini cõſilij

ſuper ſalutē generis humani capere poterat inquirebāt plenius edoceri. dicentes illud Iſa. lxiij. Quis eſt ille q venit ꝛc. ¶ Ad tertiaʒ rn̄detur negādo ɔñam. Et ratio eſt: q2 nō oportet ꝙ nūcius equalis ſit ſuperioritatis: ſicut eſt res enūcianda: ſed ſufficit ꝙ ſit ſummus: non ſimpliciter ſuper oēs ordines: ſʒ ſummus reſpectu angelorū. Ipſe enī fuit de ordine archāgelorꝫ. Vn̄ eccleſia archangelū eum nominat. Et hunc intellectuʒ videt̄ habere Greg. cū dixit: ꝙ ſummū angelū venire dignū fuerat: qui ſummū dīum nūciabat. Vn̄ ipſe Gregorius in omelia de centū ouibus dicit: ꝙ archangeli dicūtur: q ſumma annūciant. Preterea ſicut dicit Albertus: ſi de ſuperioribus fuiſſet: crederet̄ ꝙ ab eo illuminaretur ꝛc. vt ſupra poſitū ē.

AD tertiā q. ſic ꝓcedit̄. Et videtur: ꝙ annūciatio non fuerit cōuenienti ordine pfecta. ¶ Dignitas enim matris dependet ex prole cōcepta. Sʒ cauſa dʒ prius manifeſtari q̄ʒ effectus: ergo primo debuit angelus virgini annūciare cōceptū ꝓlis: q̄ʒ eius dignitatē exprimere: eaʒ ſalutando. ¶ Scd̄o ſic. Probatio: aut pretermitti debet in hiis: q̄ dubia nō ſunt: aut ꝑmitti in his q̄ dubia eſſe poſſunt. Sʒ angelus ꝑmo videt̄ annūciaſſe id: de quo v̄go dubitaret: ꝛ dubitādo q̄reret. d. q̄ō fiet iſtud: ꝛ poſtea ꝓbatōeʒ adiūxit tū exēplo Eliſabeth. tum ex dei oīpotentia: Ergo incōueniēti ordine annūciatio per angelū ē facta. ¶ Tertio ſic. Maius nō poteſt ſufficienter probari per minus. Sed maius fuit virgineʒ parere: q̄ʒ vetulaʒ. Ergo nō fuit ſufficiens probatio angeli ꝓbantis cōceptuʒ virginis ex cōceptu ſenis. ¶ In oppo. eſt: quod dicitur ad Ro. xiij. Que a deo ſunt: ordinata ſunt. Angelus aūt miſſus eſt a deo ad hoc: ꝙ v̄gini annūciaret vt dicitur Luce. i. Ergo ordinatiſſime fuit annūciatio per angelū completa. ¶ Rn̄deo dicēdū: ꝙ annūciatio cōgruo ordine per angelū eſt perfecta. Tria enim intēdebat angelus circa virginē. Primo quidē reddere mētem eius attētam ad tante rei cōſiderationē. Quod qdem fecit eaʒ ſalutādo quadam noua: ꝛ inſolita ſalutatiōe in qua ſalutatione premiſit idoneitateʒ eius ad cōceptū: in eo ꝙ dixit. Dominꝰ tecū. Et prenūciauit honorem ſequentē cum dixit. Benedicta tu in mulieribus. Secūdo autē intendebat eam inſtruere de miſterio īcarnationis: quod in ea erat cōplendum. Quod qdem fecit prenūciando cōceptū: ꝛ partum dicens. Ecce cōcipies in vtero ꝛc. Et oſtendendo dignitatē ꝓlis cōcepte. cū dixit. Hic erit magnus. Et in demōſtrādo modū conceptionis. cum dixit: Spūs ſanctus ſuperueniet in te. Tertio intendebat animū eiꝰ ducere ad cōſenſum. Quod quidem fecit exēplo Eliſabet: ꝛ ratiōe ex diuina potētia ſumpta. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primam reſpōdetur negādo ɔñam. Et ratio eſt: quia aīo humili nihil eſt mirabilius: q̄ʒ auditus ſue excellētie. Admiratio aūt maxime attētionē animi facit. Et ideo angelus volēs mētem virginis attentaʒ reddere ad auditum tanti miſterij: ab eius laude incepit. ¶ Ad ſecundam rn̄detur: ꝙ rō nō procedit. q2 vt dicit Ambroſius beata virgo nō dubitauit eſſe faciendū: ſed q̄ō fieri poſſet: inquirit. Sed nec ſi beata virgo dubitauerit: qd̄ aſſerit Auguſtinus. Unde in libro de queſtiōibꝰ veteris ꝛ noui teſtamēti ambigēti Marie de cōceptu: poſſibilitatē angelus ꝑdicat. Sed quia talis dubitatio magis eſt admiratiōis: q̄ʒ incredulitatis: ideo angelus probationē inducit. nō ad auferendum incredulitatē: ſed remouēdum etiam admirationem. ¶ Ad tertiā reſpōdetur: ꝙ conceptus ſterilis inducitur: nō quaſi ſufficiens argumētū. ſed quaſi quoddā figurale exēplū. Et ideo ad cōfirmationē huius exempli: ſubdit̄ argumentum efficax ex omnipotētia diuina.

¶ In feſto bt̄i Ambroſij ē euangeliū. Eligite ꝛc. Mat. xxiiij. Circa qd̄ ꝑmoīſ ſe q.

¶ Primo: vtrum liceat iniunctum epatuʒ omnino refutare: vel oio renūtiare canonice electiōi: vel prouiſioni de ſe facte. ¶ Secundo

vtrum fidelis ſeruus ⁊ prudẽs quẽ ꝯſtituit dominus ſuper familiam ſuam peccet mortaliter: ſi bona eccleſiaſtica que procurat nõ largiatur pauperibus. ¶ Tertio: vtꝫ Ambroſius bene fecit excõicãdo imperatorẽ.

AD primaꝫ. q. ſic ꝓceditur. Et videtur: ꝙ nõ liceat iniũctuꝫ epiſcopatũ: vel aliam prelaturam omnino refutare: vel ꝯtenti electiõi vel iniũctiõi. ¶ Primo ſic. Nullus enim peccat: ſi meliora nõ velit exercere: vt minꝰ bonis inhereat. Quom ergo amor dei preemineat dilectioni proximi: ⁊ vita cõtemplatiua preferatur vite actiue. Ergo nõ peccat ille. qui recuſat omnino epatum. ¶ Secũdo ſic. Dicit Grego. Valde difficile eſt: vt aliq̃s ſe purgatũ poſſit cognoſcere: nec dꝫ aliquis nõ purgatus ſacra miſteria adire. Si ergo nõ ſentiat ſe purgatum: quodcũqꝫ epiſcopale iniungat officiũ ſiue papatum: nõ debꝫ illud ſuſcipere. ¶ In oppo. videtur eſſe euangeliuꝫ preſens: vbi dicit. Beatus ille ſeruus: quẽ cum venerit dominus: inueniet ſic facientem. ¶ In oppoſitum etiam eſt illud de beato Ambroſio cuius feſtum hodie colitur: qui mutato habitu a quibuſdaꝫ mercatoribus obtinuit: vt in quodã dolio ſuper quadrigã. i. currũ de vrbe duceretur: cuius portas die noctuqꝫ vigiles propter eũ obſeruabant: q extra vrbẽ poſitus: ſiluas peꝛ͛ambula cauernarũ requirẽs: ibiqꝫ tribus diebus latuit. Veruntamẽ dum ſollicite quereretur: colũna lucis prefulgida celo depẽdẽs ſup locũ in quo latitabat apparuit. ¶ Rñdeo dicẽdũ iuxta ſanctũ Tho. in ſecũda ſecũde. ꝙ in aſſumptione epiſcopatus duo ſunt cõſideranda. Primo quidẽ qd deceat hominem appetere ſecundũ ꝓpriaꝫ volũtatem Secũdo quid deceat hominem facere ad voluntateꝫ alteriꝰ Quantum ergo ad propriaꝫ volũtatem: cõuenit homini principaliter inſiſtere proprie ſaluti: Sed ꝙ aliene ſaluti intendat: hoc conuenit homini ex diſpoſitione alterius poteſtatem habentis. Unde ſicut ad ordineꝫ voluntatis pertinet: ꝙ aliquis proprio motu feratur: in hoc ꝙ aliorum gubernationi preferatur. ita etiam ad inordinationem voluntatis: ꝙ aliquis omnino contra ſuperioris iniunctionem ꝓpredictum gubernationis officium finaliter recuſetur propter duo. Primo quidem: quia hoc repugnat caritati ꝓximorum: quorum vtilitati ſe debet aliq̃s exponere pro loco ⁊ tempore. Unde Auguſtinus dicit. xix. de ciuitate dei. ꝙ negocium iuſtuꝫ ſuſcipiat neceſſitas caritatis. Secũdo quia hoc repugnat humilitati: per quaꝫ aliquis ſuperiorum mandatis ſe ſubijcit. Unde Gregorius dicit in paſtorali. Tũc ad dei oculos vera eſt humilitas. cum ad reſpuendum quod vtiliter ſubire precipitur pertinax nõ eſt. Et idem videtur dicenduꝫ de papatu: quia electio eius: eſt ꝯfirmatio. ¶ Ad rationes in oppoſitum ¶ Ad primam reſpondetur negãdo conſequentiam. Et ratio eſt: quia quãuis ſimpliciter ⁊ abſolute: vita contemplatiua potior ſit q̃ꝫ actiua: et amor dei q̃ꝫ dilectio proximi: tamen ex alia parte bonum multitudinis preferenduꝫ eſt bono vnius. Unde Auguſtinus dicit in verbis ꝓmiſſis. Nec ocium veſtrum neceſſitati eccleſie preponatis: preſertim cum hoc ad dilectionem dei pertineat: ꝙ aliquis ouibus Chriſti curam paſtoralem impẽdat. Unde ſuper illud Joan. vltimo. Paſce oues meas: dicit Auguſtinus. Sic amoris officium eſt paſcere gregem dominicum: ſicut fuit timoris iudicium negare paſtorem. Similiť ratio non procedit: quia prelati non ſic trãſferuntur ad vitam actiuam: vt contemplatiuam deſerant. Unde Auguſtinus. xix. de ciuitate dei: ꝙ ſi imponatur ſarcina paſtoralis officij: nec ſic deſerenda eſt dilectio veritatis: que in contemplatione habeť. ¶ Ad ſcḋam rñdetur negando conſequentiam. niſi impedimentum quod habet: non poſſet ſuperior remouere ſibi: vtpuťa ex communicationem: aut irregularitatem: aut ipſemet deſerendo voluntatem peccandi. Si autem non poteſt: tũc nõ teneť obedire alicui.

AD ſcḋaꝫ qua queritur: vtꝝ
fidelis ſeruus ⁊ prudēs: quē
ↄſtituit dn̄s ſuper familiā ſu
am.i.epũs vel prelatus peccꝫ
mortaliter: ſi bona eccliaſtica
que ꝓcurat: non largiat̃ paupibus. Et vi-
detur ꝙ ſic. Dicit eni: ꝙ Ambroſius expo
nēs illō Luc.xij. Hoīs cuiuſdā diuitis vbe
res fructus attulit: nemo ꝓpriū dicat qḋ eſt
cōe: plus q̄ꝫ ſufficiat ſumptū violenter ob
tentū eſt. ⁊ poſtea ſubdit. nec minus eſt cri
minis haberi tollere: q̄ꝫ cū poſſis ⁊ abun-
das denegare idigētibus. Sed violēter tol
lere alienū: eſt pcc̃m mortale. Ergo epũs mor
taliter peccat: ſi ea que ei ſuperfluūt paupi
bus nō largiatur. ℂ Secūdo ſic. Sup il-
lud Yſa.iij. Rapinā pauperū in domo vr̃a
dicit glo. Hieronymi. ꝙ bona eccleſiaſtica
ſunt paupeꝝ. Sed quicūqꝫ id qḋ ē alterius
ſibi reſeruat aut alijs dat: peccat mortaliter
⁊ tenet̃ ad reſtitutionē. Ergo ſi epĩ bona ec
cleſiaſtica: que eis ſupfluūt: ſibi retineāt: vel
ↄſanguineis: vel amicis largiant̃: videt̃ ꝙ
teneãt̃ ad reſtitutionē. ℂ Tertio ſic. Mul
to magis aliqs pōt de rebus ecclie ea que
ſunt ſibi neceſſaria accipe: q̄ꝫ ſupflua ↄgre-
gare. Sed Hieronym⁹ dicit in epiſtola ad
Damaſum papā. Clericos illos ↄuenit ec-
cleſie ſtipendijs ſuſtentari. quibus parentū
vel ꝓpinquoꝝ nulli ſuffragant̃. Qui autē
bonis parētū: ⁊ opib⁹ ſuſtentari pñt: ſi qḋ
paupeꝝ accipiūt: ſacrilegiū icurrunt. Ergo
multo magis epĩ mortaliter peccāt: ſi ea q̄
eis ſuperfluūt de bonis eccliaſticis: paupe-
ribus nō largiant̃. ℂ In oppo. videt̃ euan
gelium. vbi dr̃. Vt det illis in tpe tritici menſurā. Ergo nō debet p̄latus qḋ ſupfluit: ſē-
per dare paupib⁹: ſed ꝑ tpe.ſ. neceſſitatis:
⁊ cū menſura: q: in illis rebus ſūt exponen
da ſuperflua. Sed in opp. ē: q: plures ea q̄
ſupſunt: nō largiunt̃ pauperib⁹: ſed expēde
re vident̃ laudabiliter ad redditus ecclie
ampliādos. ℂ Rñdeo dicē iuxta ſanctum
Tho. in ſcḋa ſcḋe. ꝙ aliter ē dicēdū de pro
prijs bonis. que epĩ poſſunt poſſidere. ⁊ ď
bonis eccliaſticis. Nā ꝓprioꝝ bonoꝝ ve-
rū dñium habēt. Unde ex ipſa rerū ↄditio
ne nō obligant: vt eas ↄferant: ſed pñt: vel
ſibi retinere: vel alijs ēt pro libitu elargiri.
Poſſunt tamē in eaꝝ diſpenſatiōe pecca-
re: vel ꝓpter iordinationē affectus: p quam
ↄuenit ꝙ ſibi plura ↄferant̃: q̄ꝫ oporteat: ēt
ꝙ alijs ſubueniāt: qḋ requirit debitū ꝓcari-
tatis. nō tñ tenet̃ ad reſtitutionē: quia hmōi
res ſunt ſuo dn̄o deputate. ſed eccliaſticoꝝ
ſunt diſpenſatores. Dicit eni Aug. ad Bo
nifaciū. Si priuatū poſſidemus qḋ nobis
ſufficiat. nōnulla noſtra ſunt: ſed illoꝝ quo-
rū ꝓcurationē gerimus: nō ꝓprietatē no-
bis vſurpatiōe dānabili vendicemus. Ad
diſpēſatorē aūt requirit̃ bona fides: vt no-
tat̃ in pñti euāgelio. cū dr̃ fidelis ⁊ prudēs
⁊c̃. j. Cor. iiij. Hic iā querit̃ inter diſpēſato-
res: vt fidelis qs inueniat. Sūt aūt bona ec
cleſiaſtica: nō ſolū in vſus paupeꝝ: ſꝫ ēt ad
cultū diuinū: ⁊ nc̃itate miniſtroꝝ. Unde
dr̃.xij. q. ij. De redditib⁹ eccleſie. Vel obla
tiōe fideliū ſolo epo ex his vna portio re
mittatur: due eccliaꝝ fabricis: ⁊ erogationi
paupeꝝ ꝓfuture: a p̄ſbytero ſub piculo ſui
ordinis miniſtrent̃. vltima clericis ꝑ ſingulo
rū meritis diuidat̃: Si ergo diſtincta ſunt
bona: q̄ debent in vſuꝫ epĩ cedere: ab his
que ſunt paupibus: ⁊ miniſtris: ⁊ cultui ec-
cleſie erogāda. ⁊ aliqḋ ſibi retinuerit epũs
de his: q̄ ſūt paupibus erogāda. vel in vſuꝫ
miniſtroꝝ: vel in cultū diuinū expēdenda:
nō ē dubiū: ꝙ ↄtra fidē adminiſtrationis agat
⁊ mortaliter peccat: ⁊ ad reſtitutionē tenet̃.
De his aūt: que ſūt ſpāliter ſuo vſui depu-
tata: videt̃ eē eadē rō: q̄ ē de ꝓprijs bonis
vt.ſ. ꝓpter imoderatū affectū: ⁊ vt peccꝫ.
Qō ſi imoderate ſibi retineat ⁊ alijs non
ſubueniat: ſicut req̄rit̃ debitū caritatis. Si
v̄o nō ſint p̄dicta bona diſtincta: eoꝝ diſtri
butio fidei eius attribuit̃. Et ſi q̄dē in modi
co deficiat: vel ſupabūdat: pōt hoc fieri abſ
q̄ꝫ bone fidei detrimēto. q: nō pōt homo in
talibus pūctualiter accipe id: qḋ fieri opor
tet. Si v̄o ſit multus exceſſus: nō pōt late-

re. Unde videt bone fidei repugnare. Et ideo nõ ẽ abſq3 aliquo pcõ mortali. ¶ Ad rõnes in opp. ¶ Ad primã rñdet negando conſequentiã. Et ad dictũ Ambroſij reſpondetur: q non ſolũ eſt referendũ ad diſpenſationẽ eccleſiaſticarũ rerũ: ſed quorũcũq3 bonorum: ex qbus tenet aliquis debito caritatis puidere neceſſitatẽ patiẽtibus non põt tamen determinari quando ſit iſta neceſſitas: que ad pcm̃ mortale obliget: ſicut nec cetera particularia: que in humanis actibus ↄſiderant. Prop. n. determinatio relinquit humane prudentie. ¶ Ad ſcd̃am rñdet negãdo ↄñam. Et rõ eſt: q: bona eccleſiarum non ſunt expendenda ſolum ad uſus pauperũ: ſed et in alios uſus: vt dcm̃ eſt. Et ideo ſi de eo qd̃ uſui epi: vel alicuiꝰ clerici eſt deputatũ: velit aliquis ſibi ſubtrahere. ⁊ ↄſanguineis: vel alijs dare: nõ peccat: dũmodo id faciat moderate. i. ſi idigeãt non aũt vt inde ditiores fiant. Unñ Ambroſius libro de officijs eſt approbãda liberalitas: vt proximos ſeminis tui ſi egẽt cognoſcas: nõ tamẽ vt illi ditiores fieri velint: ex eo q tu potes ↄferre iopibus. ¶ Ad tertiam rñdet negãdo ↄſequentiam. Et rõ eſt: q: nõ oia bona eccleſiaꝝ: ſicut dictũ ẽ: ſunt pauperibus largiẽda: niſi forte in articulo neceſſitatis: in qua et pro redemptiõe captiuoꝝ: ⁊ alijs neceſſitatibꝰ paupeꝝ: vaſa cultui diuino dicata diſtrahuntur. vt Ambroſius dicit. Et in tali neceſſitate peccaret clericus: ſi vellet de rebus ecclie viuere: dũmodo haberet bona patrimonialia: de qbꝰ viuere poſſit. ¶ Ad quartã: q ſuit ex parte oppoſita rñdetur: q bona eccliarum uſibꝰ pauperũ deſeruire debent. Et ideo ſi quis neceſſitate nõ iminente puidendi pauperibus de his: q ſupfluunt ex prouentibus eccleſiaruꝫ: poſſeſſiões emat: vel in theſauro reponat infuturũ vtilitati eccleſie: ⁊ neceſſitatibus pauperũ laudabiliter facit. Si vo neceſſitas immineat pauperibus erogãdi ſuperflua cura eſt ⁊ inordinata: vt ad futurũ cõſeruet: quod dñs prohibet. Mat. vj. Nolite ſolliciti eſſe in craſtinum.

a D tertiã. q. ſic pcedit. Et videtur: q btũs Ambroſius nõ bene fecit excõicando iperatorẽ.

¶ Primo ſic: Regalis poteſtas non eſt ſubdita ſpũali ptãti. Ergo ⁊c. Conſequẽtia eſt bona. Añs probat. Dicit glo. ſuper illõ. Ps. Tibi ſoli peccaui: quia rex oibus eſt ſuperior. Et iõ tantũ a deo q eſt maior: eſt puniendus. Si qs de populo peccauit: deo peccauit: ⁊ regi. Rex vo non hꝫ hoiem q eius facta diiudicet. Ergo ptãs ſpũalis nõ põt iudicare iperatorẽ vel regẽ. Ergo Ambroſius nõ bene fecit in excõicãdo iperatorẽ: cũ nõ eẽt ſubiectus ei. ¶ Secundo ſic. i. Petri. ij. dicit btũs Petrus. Subditi eſtote oi humane creature pter deũ: ſiue regi tanq̃3 pcellẽti. Ergo ſi rex pcellit: non ẽ ſubiectus epo. Et per ↄñs Ambroſius nõ potuit excõicare. ¶ Tertio ſic. Sacerdos in veteri teſtamẽto qd̃ fuit figura noſtri: in terrenis oibus ſubijciebat regi. Ergo videt: q eſſet in nouo teſtamẽto. ¶ In opp. eſt euangeliũ pñs. vbi dicit: q fidelis ſeruus ⁊ prudens eſt ↄſtitutus ſup familiã dñi: id eſt p̄latus ſup eccliam. Sed intra eccliam iperatores: ⁊ reges: ⁊ principes ↄnumerant cum alijs fidelibus: Ergo ptãs ſpũalis eſt ſup oẽs terrenã. Et ſi ſupra: põt corrigere: ⁊ punire. Et per ↄñs Ambroſius bene fecit iperatorẽ deũ offendentem: ⁊ eccliam: excõicare. ¶ Rñſio dñm: q btũs Ambroſius potuit: ⁊ debuit excõicare iperatorẽ. Pro prima parte: q potuit eẽ notãdũ: q ptãs ſpũalis ſupeminet ptãti ſeculari etiã regali: in duabus ſcꝫ dignitate ⁊ auctoritate. Dignitate quidẽ q: vt ait idem Ambro. di. xcvj. c. duo ſunt: aurũ nõ tã preciſius ẽ plũbo: q̃3 regia ptãte altior eſt ordo ſacerdotalis. Uidemus. n. colla regum ⁊ principũ ſubmitti genibus ſacerdotuꝫ: ⁊ ab eis benedici. Item Hugo de ſancto victore. Quantuꝫ vita ſpũaliuꝫ dignior eſt: q̃3 terrena: ⁊ ſpũs q̃3 corpus: tantũ ſpũalis poteſtas terrenam poteſtatem ⁊ ſecularẽ ho

noꝛem: ⁊ dignitatẽ pꝛecellit. Secundo pꝛe-
cellit auctoꝛitate. Vide. xcvij. di. Conſtan-
tinus: vbi dicitur. Utile iudicamus cũ om-
nibus ſatrapis noſtris: vt ſicut btũs Pe-
trus in terris vicarius filij dei videtur eẽ
cõſtitutus. ita pꝛincipatus eius ptãtem ⁊ au-
ctoꝛitatem amplius q̃ʒ terrene iperialis no
ſtre ſerenitatis manſuetudo habere. vt. Vñ
⁊ tenentes frenũ eq ipſi᷒ ꝓ reuerẽtia Pe-
tri ſubiectiõis officiũ illi exhibuimus. Et iõ
dicit Hugo de ſctõ victoꝛe. Spũalis ptãs
hʒ iudicare terrenã ptãtem: ſi bona nõ fue
rit. Quõ ꝟo debuit facere. pʒ q: vt dič Am
bꝛoſi᷒ Impatoꝛ Theodoſi᷒ fecit occidi. v.
milia hoium: iter quos multi fuerũt inocẽ
tes. Unde cũ iperatoꝛ mediolanũ veniſſet:
⁊ eccliam intrare vellet: occurrit ei ad ianu
am Ambꝛoſius: eiqʒ aditum pꝛohibuit. d.
Cur imperatoꝛ poſt cãm tanti furoꝛis non
agnoſcis molẽ tue pꝛſumptiõis. Sed foꝛte re
cognitionẽ peccati ꝓhibet ptãs iperij: do-
cet te vt vincat rõ ptãteʒ: pꝛinceps es. o. im
peratoꝛ. ſed ꝯſeruoꝝ: qbus ergo oculis aſ-
picies cõis dñi templi: qbus calcabis pedi
bus ſanctũ pauimentũ: quõ manus exten-
des de quibus ſanguis adhuc ſtillat. ⁊c.

¶ Ad rões in oppo. ¶ Ad pꝛimũ rñdet
negando ꝯñam. Et ad glo. que dicit: ꝙ rex
nõ hʒ hoiem: qui eius fcã diiudicet. Facien
da ẽ vis in hoc: ꝙ dicit: ꝙ nõ hʒ hominẽʒ.
Spũlis eñi ptãs nõ iudicat ſm hoiem: vel
ſm humanã legẽ: ſed inquãtũ poſſidet vicẽ
dei. ſicut dr̃ aplis Mat. x: Qui vos audit:
me audit. Et ſicut dicit apoſtolus. ij. Coꝛin.
vij. Pꝛo xp̃o legatione fũgimur. ⁊ ſm po-
teſtatem ad vindictã ſpũalem nõ coꝛpoꝛalẽ
ſicut dr̃. ij. Can. vij. ꝙ regum eſt exercere
coꝛpoꝛalẽ penã. ſacerdotũ: ſpũalẽ iferre vi-
dictam. Sicut eñi iudex terrenus non ſine
cauſa gladiũ poꝛtat: ſicut dicit. Ro. xiij. ita
non ſine cauſa claues ecclie ſacerdotes acci
piunt. Ille poꝛtat gladium ad vindictã ma-
lefactoꝛum. ad laudem ꝟo bonoꝝ. Iſti cla-
ues habẽt ad excluſionem excõicandoꝛum:
⁊ reconſiliationem penitentiũ. Expone er-
go a deo ñn rex eſt puniendus: ſupple ma-
teriali pena. Et item cũ dr̃: non hʒ hominẽ:
qui eius facta diiudicet ſupple ad coꝛpoꝛa-
lem penam iferẽdam. Hec ſm Alexandrũ
de ales. Nos diceremus ꝙ glo. loquit pꝛo
tempoꝛe dicendum in quo nõ erat data po
teſtas ſpũalis: que data eſt in nouo teſtamẽ
to. Illo eñi tempoꝛe in tẽpoꝛalib᷒ ſubiecta
erat poteſtas ſpũalis terrene poteſtati: vt i
fra dicetur. ¶ Ad ſcđam de canonica Pe
tri: rñdetur negãdo ꝯñam. Et rõ eſt: qꝛ cum
dicitur: ꝙ rex pꝛecellit: intelligitur in ſuo oꝛ
dine: reſpectu terrene ptãtis in regno: nõ
in comparatione ſpũalis. ¶ Ad tertiam re
ſpondetur negando ꝯñam. Et rõ eſt: quia
ſm ſtatuʒ veteris legis: ſacerdotalis pote-
ſtas erat regali inferioꝛ: ſed non ſm ſtatum
noui teſtamenti. Sacerdotium enim vete-
ris teſtamenti carnale erat: ⁊ per carnalem
ꝓpagationem ſuccedebat: q̃ʒuis eſſet oꝛdi-
natũ ad diuinũ obſequiũ. ſ. diuinũ cultuʒ: ⁊
figure ſpũalis ſacerdotij noui teſtamenti.
quod non eſt per ſucceſſionem carnalem.
Pꝛopterea in illa pte: in qua carnale erat:
⁊ terrenũ: ſubiectũ erat terrene ptãti. ſ. re-
gali. ſic autem non eſt in nouo.

¶ In feſto beati Vincẽtij magiſtri in theo
logia eſt euãgelium. Nemo accẽdit ⁊c. Lu
ce. xj. Circa quod poſſumus diſ. ſe. q.

¶ Pꝛimo: vtrũ doctus religioſus de oꝛdi
ne mẽdicantiũ cum perfectiõis ſtatu poſſit
gradum magiſtralem ſuſcipere.

¶ Scđo: vtrũ põt ſciri tempus aduentus
xp̃i ad iudicium.

a Dpꝛimã. q. vtrũ doctus religio
ſus de oꝛdinẽ mendicantiũ: cum
perfectiõis ſtatu poſſit gradum
magiſtralẽ ſuſcipere. Et videtur
ꝙ non poſſit. Mat. xxi. pꝛohibetur: vt diſ-
cipuli non vocarentur magiſtri. d. Uos aũt
nolite vocari rabi. Unus eñiʒ eſt magiſter
veſter. Ergo videtur ꝓhiberi ẽt eẽ. ¶ Se
cũdo ſic. Status perfectionis religioſi: ſtat
in paupertate: ⁊ humilitate. Sed ſtatus ma
giſtralis impoꝛtat honoꝛis ſtatum: vt hec

glo. Mat. iiij. Ergo ⁊c. ¶ In oppo. eſt ꝙ ſanctus Vincentius xpi confeſſor de ordine predicatorum: graduꝫ ſuſcepit magiſtralem: ſine diſpendio ſtatus ſue perfectionis. ita ſanctus Tho. ⁊ multi alij. Secundo arguitur ex preſenti euangelio. ſ. vbi dicitur: ꝙ nemo accendit lucernaꝫ. ⁊ ponit ſub modio: ſed ſuper candelabrum. Sed doctus religioſus eſt ſicut lucerna accenſa ad illuminandū alios. Ergo nō ſub modio ſꝫ ſup candelabrum eccleſie eſt ponendus: magiſtrali honore decoratus: vt qui ingrediuntur per eius magiſterium lumen videant. ¶ Rñdeo dicēdum: ꝙ ſicut tangit ſanctus Tho. in libro: quem fecit contra impugnantes religionem: quidam dixerunt xpm de vitando magiſterium dediſſe conſilium: ⁊ eſſe ſupererogationis opus. ꝙ religioſi tenentur ad illa: que ſunt ſupererogationis. Concludebāt ergo ex hoc: religioſus cum perfectiōis ſtatu non poſſe ſuſcipere gradum magiſtralem. quorum opinio multipliciter oſtenditur falſa ⁊ erronea. Primo: quia quatuor precipui doctores eccleſie fuerunt religioſi. ſicut pater Auguſtinꝰ. Hieronymꝰ. Gregoriꝰ. Ambroſiꝰ. Secundo: quia falſum eſt ꝙ vitatio magiſterij cadit ſub conſilio vel precepto. Abſtinere enim ab illis actibus quibus excellens debetur premium ſub cōſilio vel precepto cadere non poteſt. doctoribus autēꝫ ſicut ⁊ expoſitoribus ſacre ſcripture promittitur ſingulare premium. ſicut virginibus ⁊ martyribus. Sicut ergo inconueniens eſſet dicere: ꝙ vitare virginitatem: vel martyrium: caderet ſub conſilio ſic eſt inconueniens dicere: ꝙ vitare magiſterium: cadat ſub conſilio: vel precepto. Tertio ſic. Non poteſt dari preceptuꝫ vel conſilium de eo: quod contrariatur precepto: vel conſilio. Sed docere cadit ſub precepto: vel conſilio. vt patet Mat. vltimo. Euntes docete omnes gentes ⁊c. Et ad Gala. vj. Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. vos qui ſpirituales eſtis: inſtruite illum in ſpiritu bonitatis. Ergo in non docendo non poteſt eſſe conſilium. Quarto: quia conſilia ſunt primo per apoſtolos obſeruata. Sed ipſi magiſterium ⁊ doctoratum non vitarunt. Dicit enim Paulus. j. ad Thi. ij. Veritatem dico: non mentior: doctor gentiuꝫ in fide ⁊ veritate. Quinto: dato ꝙ ſub conſilio caderet vitare magiſterium. non tamen ſequitur: ꝙ ad hoc omnes religioſi tenerentur. Non eniꝫ omnes qui perfectionis ſtatum profitentur: ad omnia tenentur conſilia. ſed tantum ad ea: que ex voto ſe obligant. Dicendum eſt igitur: ꝙ religioſi magis q̃ʒ alij ſeculares tenendo eorum perfectionis ſtatum: poſſūt magiſterij gradum ſuſcipere. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio ē. quia licet chriſtus prohibuerat omnibꝰ ambitionem magiſterij ⁊ honoris. non tamen actuꝫ magiſterij. Unde Apoſtolus. i. Thi. ij. vocat ſe doctorem. dicēs. Veritateꝫ dico non mentior: doctor gentium in fide ⁊ veritate. Secundo reſpondetur: ꝙ intelligitur eſſe prohibitum ſm quis dicatur principalis magiſter. quia ſolus deus eſt principalis magiſter: qui docet omnem ſcientiaꝫ. ⁊ qui illuminat omnem hominem. Homo poteſt dici magiſter participatiue: ⁊ minus principaliter: qui tantum docet exterius: aliqua proponendo: ex quibus formantur fantaſmata debita: a quibus intellectus agens facilius abſtrahit ſpeciem intelligibilem: ſicut in ſanatione hominis tm̄ agit principaliter. medicus vero ea adminiſtrat: ex quibus natura iuuatur. ¶ Ad ſecundaꝫ reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt: ꝙ non interdicitur religioſis honor: qui debetur ſpiritualibus bonis. ſed ſolum ille: qui conſiſtit in rebus mundanis. Alias cuꝫ honor debeatur ſacerdotio: ⁊ prelature. nec ad ſacerdotium, nec ad prelaturam aſſumi poſſent. non ergo prohibetur honor magiſtralis cathedre: ſed ambitio.

Ad ſcđam. q. vtrū pōt ſciri tē
pus aduentus xp̄i ad iudiciū
ſic ꝓceditur. Et videt̄ ꝙ ſic.
¶ Primo ſic. Sicut enī ſan
cti patres expectabant p̄imū
aduentū. ita nos ſcđm expectamus. Sed
ſancti patres ſciuerūt tp̄s aduentus p̄imi:
ſicut per numerū ebdomadarū: que deſcri-
būtur. Danielis. ix. Ergo videt̄: ꝙ ⁊ nobis
eſt poſſibile ſcire tempus ſecūdi aduent⁹ de
terminatū. ¶ Scđo ſic. Per ſigna deueni-
nimus in cognitionē ſignatoꝝ. Sed de iudi
cio multa ſigna deſcribūtur: Ergo in cogni
tionē illius temporis poſſumus deuenire.
¶ Tertio ſic ſm̄ Auguſt. in fine de ciuitate
dei. ſexta etas currit ab aduētu xp̄i: vſq; ad
finē mūdi. Sed ſciri pōt quātū p̄cedētes
etates durauerūt: Ergo ſciri pōt quātū iſta
etas durare debeat: per cōparationem ad
alias. ¶ Quarto ſic. Magnū ⁊ paruum:
diuturnū ⁊ b̄reue: relatiue dicunt̄ de vno: p̄
cōparationē ad aliud. Sed tp̄s illud: qđ eſt
ab aduentu Chriſti vſq; ad finē mūdi: dicit̄
eſſe b̄reue: vt patet. i. Cor. vij. Tp̄s b̄reue ē.
Et in eodem. x. Nos ſumus: in quos fines
ſeculoꝝ deuenerunt: ⁊. i. Jo. iij. Nouiſſima
hora eſt. Ergo hoc dicit̄ p̄ cōparationē ad
tp̄s p̄cedens. Ergo ſaltem hoc videt̄ ſciri
poſſe: ꝙ multo b̄reuius eſt ipſo ab aduentu
xp̄i: vſq; ad finē mundi: q̄; a principio mū
di: vſq; ad xp̄m. Hoc arguitur: quia magi-
ſter Vincentius cuius feſtum hodie agitur:
videbat̄ hoc aſſerere. ¶ In oppoſi. ē illud
quod dicitur Math. xxiiij. de die ⁊ illa ho-
ra: nemo ſcit nec angeli celoꝝ. Secūdo ſic.
Si deberet aliq̄bus reuelari: p̄cipue reuela
tū fuiſſet querētibus apoſtolis: q̄ doctores
totius mundi inſtituebant̄: Sȝ eis de finali
aduentu dn̄i q̄rentibus reſponſum eſt. Ait
enim. Nō eſt veſtrū noſſe tempora: vel mo
menta: que pater poſuit in ſua poteſtate: er
go multo minus ē alijs reuelatum. ¶ Rn̄
deo dicēdū: ſub iſta ꝯcluſiōe: ꝙ tp̄s determi
natū futuri iudicij non pōt cognoſci ab ali-
quo puro homine: A ſolo enim deo: ⁊ hoīe
xp̄o cognoſcit̄. Probat̄ enī iſta ꝯcluſio iux
ta ſcm̄ Tho. in q̄ſtiōibus de potētia dei. q̄:
duplex eſt modus quo poſſumus cognoſce
re futura. ſ. p̄ cognitionē naturalē: ⁊ p̄ reue
lationē. Naturali q̄dē cognitione cognoſci
nō pōt determinate finis mundi. q̄: eius nō
eſt alia cā niſi volūtas diuina: quā q̄dē cām
naturali cognitiōe cognoſcere nō poſſum⁹.
Per reuelatiōeȝ aūt lȝ ſciri poſſet: ſi ds̄ vel
let reuelare: nō m̄ ꝯgruū eēt: ꝙ reuelaret̄:
niſi hoī xp̄o. Et hoc: q̄: finis mundi nō erat
niſi cōpleto numero electoꝝ. cuius comple
tio eſt quedā executio totius diuine p̄ede
ſtinationis. Unde non competit reuelatio-
nem fieri de fine mundi: niſi ei: cui fit reue-
latio de tota p̄edeſtinatione diuina ſcilicet
homini Chriſto: per quem tota diuina p̄e
deſtinatio totius humani generis quodam
modo impletur. Unde dicitur Jo. vij. Pa
ter diligit filium: et omnia demōſtrat ei: que
ipſe fecit. ¶ Ad ratiōes in oppoſitū. ¶ Ad
p̄imam reſpondetur negando conſequen-
tiam. Et ratio eſt: quia non eſt ſimile de p̄i-
mo aduentu ⁊ ſecundo: quia p̄imus aduen
tus Chriſti nobis parabat viam ad meren
dum per fidem ⁊ alias virtutes. Et ideo ex
parte noſtra requirebatur p̄imi aduentus
noticia: vt credendo in eum: qui venerat: et
per eius gratiā mereri poſſem⁹. In ſecūdo
aūt aduētu p̄mia reddent̄ ꝓ iuſtis: ⁊ ſic ex
p̄te nr̄a nō req̄rit̄: q̄d agam⁹: aut q̄d cogno
ſcam⁹: ſȝ q̄d recipiamus. Un̄ nō opȝ cogno
ſcere de trinitate tp̄s illius aduētus. ¶ Ad
ſcđam rn̄detur negando ꝯn̄am. Et rō eſt: q̄:
illa ſigna poſita ſunt ad manifeſtādū: ꝙ qn̄-
q; mūdus finiet̄: nō aūt ad manifeſtādū de
terminatū tp̄s: qn̄ finiet̄. Ponunt̄ aūt iter
illa ſigna aliq̄: q̄ quaſi a mūdi exordio fue-
rūt: ſic ꝙ ſurget gēs ꝯ gētē: ⁊ ꝙ terremot⁹
erūt p̄ loca. Sȝ iſtātе mūdi fine hec abūdā
tius euenīūt. Que aūt ſit illa menſura hoꝝ ſi
gnoꝝ: q̄ an̄ finē mūdi erit: manifeſtū nobis
eē n̄ pōt. ¶ Ad tertiā rn̄det̄ negādo ꝯn̄aȝ.
Et rō eſt: q̄: ſicut dicit Augu. li. lxxxiij. q. vl-
tima: etas mūdi cōparatur vltime etati ho-

minio: que de determinato nũero annoꝝ
non diffinit: ſicut alie etates diffiniunt: ſed
qñqꝫ tantũ durat: qꝫtũ ſicut octo alie: vel etiam
amplius. Unde et iſta vltima etas nõ põt de-
terminato annoꝝ gñationũ nũero diffiniri
¶ Ad quartũ rñdetur negãdo pñam. Et
rõ ẽ: qꝛ ex hoc ꝙ dr nouiſſima hora vel ex
ſimilibus locutiõibus: que in ſcriptura dicunt
nõ vr aliqua determinata qꝫtitas tpis ſci-
ri. Non. n. illa ſunt dcã ad ſignificandũ bre
uẽ horã ipſius tpis: ſed ad ſignificandũ ſta
tũ mũdi: q eſt quaſi nouiſſima etas: cui qꝫto
tpe durat: non eſt diffinitũ. Non. n. legi euã
gelice alius ſtatus ſuccedet: qui ad pfectuꝫ
adducat: ſicut ipa ſuccedit legi veteri: ⁊ lex
vetus legi nature. ¶ Ad vltimuꝫ rñdetur:
ꝙ magiſter ſcũs Uincẽtius non aſſerebat
determinate finẽ mũdi. ſed veriſiliter pro-
pter ſcelera multa regnãtia in mũdo: ⁊ pro
pter frequẽtia ſigna aſſerebat breuiter eẽ.
¶ In feſto Marci euãgeliſte ẽ euãgeliũ.
Ego ſum vitis ⁊c̃. Jo. xv. Circa quod poſ-
ſunt diſputari ſe. q.

¶ Primo: vtrũ qs fidelis potuit fructum
aliquẽ afferre in pñti vita: niſi in xpo vite
vera mãſerit: per fidẽ: ⁊ charitatẽ nõ fictã.
¶ Scdo: vtrũ btũs Marcus ꝯuenienter in
ter euãgeliſtas figura leonis ſit deſignat⁹.
¶ Tertio. vtrũ licitũ fuit ſcõ Marco ſibi
amputare digitũ: vt ſacerdotio idign⁹ hřet.

AD primã. q. vtrũ aliqs fide-
lis potuit fructũ aliqueꝫ af-
ferre in pñti vita: niſi in xpo
vite vera mãſerit: p fidẽ: cha
ritate nõ ficta. ſic pcedit. Et
videt ꝙ ſic. ¶ Prio: qꝛ multi qui nõ ma-
nent in xpo p caritatẽ: faciunt aliquos bo-
nos actus: q ſunt boni fructus. dũ nudum
veſtiũt: famelicũ paſcũt. ieiunãt: ⁊ oratiões
faciũt. Ergo ⁊c̃. ¶ Secundo. Multi q nõ
manẽt per caritatẽ in xpo: docẽdo: ⁊ pdicã
do: faciũt multiplicẽ fructũ in ꝯuerſiõe fide
liũ: vt pꝫ. Ergo ⁊c̃. ¶ Tertio ſic. Ois ſcho
la docet: ꝙ opa extra caritatẽ ad multa va-
lent: ⁊ vident mereri aliqd: ſaltẽ bona tpa
lia. qꝛ ſicut pena ad malũ actũ. ita ſe hꝫ pre-
miũ ad bonũ. Sed nullũ malũ factũ apud
deũ iuſtũ iudicem eſt ipunitũ. Ergo nec ali
quod bonũ irremuneratũ. Ergo nõ manẽt
in xpo p charitatẽ aliqd merebit per bona
que facit. Ergo ⁊c̃. ¶ In oppo. eſt euange-
lium pñs. ¶ Rñdeo dicẽ: ꝙ xpo ad oſten
dendũ: ꝙ neceſſe ẽ manere in eo per fideꝫ
⁊ charitatẽ: ad hoc vt qs valeat fructifi-
care opera meritoria vite eterne: comparat
ſe xps per ſilitudinẽ viti: ⁊ fideles palmiti-
bus dicẽdo. Ego ſum vitis vera: ⁊ vos pal
mites. Quaſi dicendo. Talis eſt cõparatio
veſtrũ ad me: qualis palmitũ ad vitẽ. De
quibus palmitibus dicit in Ps. Extendit
palmites ſuos vſqꝫ ad mare. Dicit aũt xps
vitis: nõ ſolũ qꝛ eſt fons humoris: ⁊ virtutis
ad fructificãdũ: ſed et vt dicit Albertus ſu
per Jo. q miniſtrat humorẽ eterni ⁊ ſpũa
lis gaudij. q cor letificat. q bonã ſpei liben-
ter reddit. q ſeculi triſtitiã pellit: q inebrian
do ſecularium obliuiſci facit. q calorẽ carita
tis ifũdit. Dicendũ eſt ergo: ꝙ palmes nõ
põt facere fructũ niſi mãſerit in vite. eo ꝙ
fonte humoris deſtitutus eſt. ſic nec aliqs fide
lis põt ſpũaliter fructificare: niſi mãſerit in
xpo: humorẽ gratie ſuſcipiẽs ab ipo. Qui
vo manet in eo per caritatẽ hic fert fructũ
multũ. Dicit aũt ſcũs Tho. ſup Jo. ꝙ tri-
plicẽ fructũ fert in vita iſta. Primus ẽ ab-
ſtinere a pctõ. Je. xxvij. Hic ẽ ois fructus
tollat peccatũ ⁊c̃. Secũdus ẽ vacare operi
bus ſanctitatis. Ro. vj. Habebitis fructuꝫ
veſtrũ in ſanctificatiõe. ⁊c̃. Tertius fructus
ẽ vacare edificatiõi alioꝝ. Ps. De fructu
operũ ſuoꝝ ſatiabit terra. Fert et fructum
quartũ in vita eterna. Jo. iiij. Fructũ ꝯgre
gat in vitam eternã. Hic eſt vltimus ⁊ pfe-
ctus fructus omnium laboꝝ noſtroꝝ. Sapiẽ.
iij. Bonoꝝ laborũglioſus ẽ fruct⁹. ¶ Ad
rõnes in opp. ¶ Ad primã ⁊ ſcdam ẽ vna
reſpõſio: qꝛ aliq in caritate nõ exiſtẽtes: poſ
ſunt multa opera facere de genere bonoꝝ.
Sunt tamen ſine charitate ifructuoſa quo
ad meritũ vite eterne: que ſolũ diligẽtibus

deum repromittitur ſm illud Job. xxxvij. Annūciat de ea amico ſuo: q̄ poſſeſſio eiꝰ ſit. Opera aūt que fiunt ſine caritate: infructuoſa ſunt quo ad hoc. Sapien. iij. Uacua eſt ſpes eoꝝ: ⁊ labores ſine fructu. ¶ Ad tertiā pōt eſſe eadem rāſio: q̄ bona facta ſine caritate non ſunt meritoria vite eterne. Et iſta infructuoſa ſunt: quo ad illud: vt dictū eſt. Ad ſecundo rñdetur: q̄ duplex dicitur meritū. ſ. de condigno. ⁊ meritū de congruo. Meritū de cōdigno dr̄ actus: p̄ quē efficitur: vt ipſe agens habeat debitum recipiēdi. Meritum de ꝯgruo dr̄ actus: per quē efficitur debitū dandi in dante: ſm decentiā ipſius. Quoniam aūt in oībus illis: que gratis dantur prima rō dandi ſit amor: impoſſibile eſt: q̄ aliquis tale ſibi debitū faciat: qui amicitia caret. Et idō cū bona tēporalia ⁊ eterna ex diuina liberalitate nobis donantur nullus acquirere poteſt debitum recipiēdi aliqd̄ illoꝝ niſi per caritatem ad deū. Et ideo opera extra caritatē facta: nō ſunt meritoria ex condigno: nec eterni nec tēporalis alicuius boni apud deū. Sed q̄: diuinam bonitatē decet vt vbicūq̄ diſpoſitionem inuenit: perfectionē adijciat. Ideo ex merito cōgrui dicitur aliquis mereri aliqd̄ bonum per opera extra caritatē factā. Et ſm hoc opera iſta ad triplex bonū valent. ſ. ad temporaliū conſecutionē. Ad diſpoſitionē: ad gratiam. ⁊ ad cōſuetudinē bonoꝝ operum. Quia tñ hoc meritū nō proprie dicitur meritū: ideo magis concedendum eſt: q̄ huiuſmodi opera non ſint alicuius meritoria: q̄z q̄z ſint.

a D ſcdam. q. vtrū btūs Marcus conuenienter inter euāgeliſtas figura leonis ſit deſignatꝰ. ¶ Et vr̄ q̄ nō. quoniā beatus Marcus vt dr̄ in vita ſua fuit humillimus ⁊ mitis. Sed hec nō cōueniūt leoni: qui ſupbus ⁊ ferox dicit̄. Ergo nō ꝯuenienter p leonē deſignat̄. ¶ Scdo. Beatus Marcus ſcripſit de oībꝰ factis xp̄i: de quibꝰ alij euangeliſte. Ergo nō magis debuit deſignari per leonē: q̄z per aquilā: vel hoīem: vel bouē. ¶ In oppoſi. eſt illud Eze. i. Facies leonis a dextris ipſoꝝ quatuor. ¶ Rñdeo dicēdū: q̄ beatus Marcus ꝯuenienter deſignatus ⁊ figuratus eſt per leonē. Pro quo notandū: q̄ per quatuor facies quas vidit Ezechiel ꝓpheta in animali vno: deſignantur quatuor euangeliſte: ſiue quatuor euāgelia ab eis deſcripta de dño noſtro ieſu xp̄o. Et ſicut in facie hoīs deſignat̄ euangelium Mathei: ſic in facie leonis deſignatur euāgeliū Marci. Circa qd̄ ꝯſiderādū ē q̄ lꝫ Marcus de oībus xp̄i factis ſcripſit: ſicut ⁊ alij: tñ ſpāliter verſatur: ⁊ moratur circa reſurrectionē: ⁊ regnum xp̄i qd̄ aſſecutus eſt in ſua benedicta reſurrectiōe: ſm q̄ dixit aplis immediate poſt reſurrectionē ſuā. Mat. xviij. Data ē mihi oīs ptās in celo ⁊ in terra. Qd̄ quidē regnū p leonē cōuenienter deſignat̄: q eſt rex aialiū: vt dicit Iſido. libro. Ethimologiaꝝ. xij. Et ideo materia circa quā ſpāliter moratur: euāgelium Marci: deſignatur in noīe leonis. Et hoc ꝓpter tria: que in reſurrectiōe xp̄i reperiuntur: ⁊ ꝓprietatibus leonis aſſimulatur. Primū ē reſurrectiōis efficiens principiū qd̄ in alijs hoībus eſt extrinſecum. Sed in xp̄o fuit extrinſecū: vt ſm q̄ ipſe dicit Jo. x. Poteſtatem habeo ponēdi aīam meā: ⁊ iterū ſumēdi eam: qui ꝓpria virtute ſurrexit. ⁊ ſimiliter huiōi in ꝓprietate leonis reperit̄. Dormit enī oculis apertis: vt dicit Iſidorus: vbi ſupra. Licet aūt caro xp̄i in ſepulchro dormierit per verā mortē: ⁊ aie ſeparationē. tñ diuinitas vtriq̄ coniūcta vigilabat: ſm q̄ dicit̄ Canti. vij. Ego dormio: ⁊ cor meū vigilat: ꝓprietate ⁊ virtute huiōi diuinitatis: ſic vigilantis ſurrexit a ſomno mortis. Unde pōt exponi: qd̄ dicit̄ Iere. iiij. Aſcēdit leo de cubili ſuo. q: xp̄s qui eſt leo de tribu iuda: de ſepulchro aſcendit virtute propria. Secundo aſſimilatur leoni: ꝓpter tempus ⁊ modum. q: reſurrectio xp̄i facta eſt poſt triduum: quod tñ accipitur per ſynecdochē. ita ſimiliter leo natus de nouo: tri-

# In feſto ſancti Marci euangeliſte

dus diebus dicitur dormire: ſm Iſidorum vbi ſupra: ⁊ poſtea fremitu ⁊ rugitu patris excitatur. ſic xpus poſt triduum dormitionis in ſepulchro. virtute dei patris fuit excitatus a mortis ſomno: ſcḋm ꝙ dicitur Act. iij. Hunc deus ſuſcitauit a mortuis ⁊c̄. Et ideo de hoc poteſt exponi illō Geneſis. xlix. Catulus leonis iuda. Et ſequitur Requieſcens accubuiſti vt leo. ſ. in ſepulchro. Et ſubditur. Quis ſuſcitabit eum de ſomno mortis: poſt triduum. Ad quod poteſt reſponderi. Deus pater: vt pꝫ ex predictis. Tertio aſſimilatur reſurrectio leoni: propter aſſecutum imperium. q: licet xpus ante reſurrectionem humilis ⁊ ſubiectus apparuit. tamen in reſurrectione ſua dn̄ium omnium optinuit ſcḋm ꝙ dicit Apoſtolus ad Phi. ij. Humiliauit ſemetipſum. factus obediens vſqꝫ ad mortē: mortem aūt crucis. Propter quod ⁊ deus exaltauit eum. ⁊ donauit illi nomen quod ē ſuper omne nomen vt in nomine ieſu omne genu flectatur: celeſtium: terreſtrium: ⁊ infernorum ⁊c̄. In leone inuenitur huiuſmodi ſimilitudo: in quantum rex animaliū vt predictum eſt. Et hoc eſt quod dr̄ Apo. vij. Vicit leo de tribu iuda: q: per ſuam benedictam paſſionem ⁊ reſurrectionē ſubiecit ſibi omnem creaturā. ¶ Ad rōnes in opp. ¶ Ad primā rn̄detur negando ꝯn̄am. Et rō ē: q: hic non accipitur cauſa ſignificationis: ſeu figurationis ex parte conditionis perſone deſignate per leonem. ſed ex parte materie ſcripture: ſiue de qua loquitur in euāgelio ꝑncipaliter: ſiue ſpecialiter. ¶ Ad ſecundam pꝫ reſponſio: ad idem: q: ꝯn̄a non valet. q: licet euangelium Marci de omnibus factis xpi loquitur: tn̄ ſpāliter verſatur circa reſurrectionē xpi ⁊ regnū eius.

a

D tertiam queſtionem: qua q̄ritur: vtrum licitum fuit ſancto Marco amputare digitum: vt ſacerdotio indignus haberetur. Et videtur ꝙ ſic. ¶ Primo ſic. Ex iſta hiſtoria ſua in qua legitur: ꝙ ſic fecit: ⁊ tamē non reprobatur de hoc. ¶ Secūdo ſic. Occidere ipſum eſt magis q̄ʒ mutilare. Sampſon autem ſe interfecit: vt habetur Iudicum. xvj. ⁊ tamen numeratur inter ſanctos ad Hebr. c. xi. Ergo licitum eſt mutilare ſeipſum propter aliquam cauſam. ¶ Tertio ſic. Minus bonum eſt contemnendū propter conſeruationem maioris boni. ſicut ad conſeruationem vite aliquis proiecit merces in mari. Sed virtus caſtitatis eſt maius bonum: q̄ʒ membrum corporale. Ergo licite poteſt aliquis ſibi ſcindere virilia ꝓpter conſeruationem caſtitatis. ¶ In oppoſitū arguitur per illud quod di. lv. Si quis amputauerit ſibi virilia: clericus non fiat: quia homicida ſui eſt. ¶ Reſpondeo. Quelibꝫ pars corporis ordinatur ad totum: cuius pars eſt. Et ideo de ipſa ordinandum ē: prout reſpicit bonum totius corporis. Et vlterius: prout reſpicit bonum hominis: ⁊ communitatis. quia ſicut pars corporis ordinatur ad totum corpus: ſic corpus ad hominē cuius pars eſt: ⁊ vnus homo. ad totam cōmunitatē. Igitur ſi membrum aliquod ſit nociuum corpori: vtpote propter aliquam egritudinem: vel turpitudinem: eſt aliorum membrorum corruptiuum. tunc eſt concluſio prima: ꝙ licite poteſt abſcindi ne inficiat alia membra. Et hoc ab eo: cuius eſt: ſi habeat artem medicandi. vel ab alio de voluntate eius: quia cuilibet cōmiſſa eſt cura ſalutis ſui corporis. ſicut ⁊ homicida ⁊ raptor per iudicem licite occiditur: ⁊ a cōmunitate hominū abſciditur: inquantum eius vita eſſet in nocumentum cōmunitatꝭ. quia iudicibus cōmittitur ſalus cōmunitatis. Si autem membrum ſit ſanum: tunc eſt ſecunda concluſio: ꝙ regulariter non eſt licitum alicui ſeipſum mutilare. Et hoc probatur ſic. Primo: q: homo naturaliter amat ſeipſum: ⁊ per ꝯn̄s omnia: que ſunt de integritate ipſius. Et ideo mutilare ſeipſum: eſt cōtra charitatē: quā quilibet tenetur habere ad ſeipſū. Secūdo ſic. Homo ſimiliter ē pars communitatis. Ergo inferre ſibi nocumētum ꝑ mutilationem eſt agere contra cōe bonū.

Tertio. Deus eſt inſtitutor nature: inſtituē
do membra eius. Et ideo mutilans ſeipſuʒ
agit contra deuʒ. Tertia concluſio: ꝙ in ca-
ſu licitum eſt. vʒ ex precepto dei occulto: qḋ
dicitur inſtinctu ſpūs ſancti. Patʒ conclu-
ſio. q: deus eſt auctor nature: ⁊ dñs vite: ⁊
mortis humane. Et per ꝯñs oium mēbro-
rum. Et ideo: ſi precipit hoi ſibi auferre vi-
tam: vel membrū aliquod: non ſolū licitum
ſed ēt debitum eſt hoc fieri. Et hoc modo
dicit ſanctus Tho. in ſcḋa ſcḋe. q. c. lxxvij.
ar. ij. ꝙ credibile eſt: ꝙ btūs Marc⁹ hoc
ꝙ digitum ſibi amputauit: ex inſtinctu ſpi-
ritus ſācti fecit: ſine quo licet alicui ſibi ma
nus iniicere. Hoc modo ſanctus Tho. po-
nit in ſcḋa ſcḋe. q. lxiiij. ar. vij. dicit Augu.
j. de Ciui. dei: ꝙ non Sāpſon aliter excuſa
tur: ꝙ ſeipſum cum hoſtibus ruina domus
oppreſſit: niſi q: latenter ſpūs ſanctus hoc
iuſſerat. qui per illuʒ miracula faciebat. Et
eandem rōnem aſſignat: de quibuſdā ſan-
ctis feminis: tempore ꝑſecutionis q̄ ſeipſas
occiderunt. De quibus eccleſia memoriaʒ
facit. ¶ Ad rōnes in contrarium. ¶ Ad
primā de ſancto Marco. ¶ Ad ſcḋam de
Sampſon pʒ reſpōſio ex dictis. ¶ Ad ter
tiam rñdet negādo ꝯñam. Et rō eſt: q: illḋ
aſſumptuʒ in maiori: vt dicit ſanctus Tho.
eſt intelligendum: quando aliter prouideri
non pōt. q: ſaluti ſpūali ſemper poteſt ali-
ter ſubueniri q̄ʒ per membri preciſionem:
q: peccatum ſubiacet voluntati. Et ideo in
nullo caſu licet membrum abſcindere pro-
pter quodcūqʒ peccatum vitandum. Un-
de Criſo. exponens illud Mat. xix. ſūt eu-
nuchi: qui ſeipſos caſtrauerunt propter re-
gnum celorum dicit: non membrorū abſci-
ſione. ſed malarum cogitationum interem-
ptione: Maledictioni eſt obnoxius. q mē
brum abſcindit: ⁊ ei que homicidarū ſunt:
talis preſumit.

¶ In feſto ſancti Petri martyris de ordi
ne ꝑdicatoꝝ ē euāgeliū. Si quis vult poſt
me ⁊c̄. Mat. xvj. Circa qḋ pñt diſ. ſe. q.

¶ Primo: vtrū ad ꝯſecutioneʒ eterne btī
tudinis ſit neceſſe abnegare ſemetipſum ⁊
tollere crucem ſuā: ⁊ ſequi xp̄m.

¶ Secundo: vtruʒ btūs Petrus martyr
dicatur triplici aureola donatus.

D primam. q. vtrum ad conſe-
cutionem eterne btitudinis ſit
neceſſe abnegare ſemetipſuʒ: ⁊
tollere crucem ſuā: ⁊ ſequi xp̄m
Et videtur: ꝙ non. ¶ Primo ſic. Ad con-
ſectionem vite eterne neceſſe homo dʒ dili
gere ſeipſum. Ergo non abnegare. Conſe-
quentia videtur bona. q: iſta duo videntur
eſſe contraria. Añs eſt manifeſtum: qm̄ ſi
diligere proximū cadat ſub precepto: illum
diligere debeo: ſicut meipſum. Ergo ſub ꝑ
cepto cadit: vt quis ſeipſum ex caritate dili
gat. ¶ Scḋo ſic. Dicit ad Ephe. Nemo
vnq̄ʒ carnem ſuam odio habuit. Nam hō
naturaliter diligit vitam ſuam corporalem.
Ergo ad conſecutionem vite eterne nō eſt
neceſſarium abnegare ſeipſum. ¶ Tertio
ſic. Mat. xj. dicit. Iugum meum ſuaue eſt:
⁊ onus meum leue. Sed hoc non videtur
ſtare cum hoc: ꝙ oporteat ſumere crucem:
ad conſecutionē vite eterne. ¶ In opp. eſt
euangeliū pñs. ¶ Rñdeo dicendū: ꝙ ve-
ra eſt ſnia domini. Tria enim ſunt: vt dicit
Criſo. ad eundeʒ poſt xp̄m. Primū eſt ab
negatio ſuiipſius: ſm partem ſenſibilem. i.
voluptatum carnalium: ⁊ temporaliū abne
gatio. Secundū eſt crucis ſuſceptio. Terti-
um eſt imitatio. Primū notatur cum dicit
ſi quis vult poſt me venire abneget ſemet
ipſum. ⁊ dicit Criſo. ꝙ loquitur per ſimili
tudinem. vt ſi haberes filiuʒ: ⁊ videres eū
male tractari: ſi non curares: tu abnegares
ſic ſi vis ſequi paſſionem domini oportet:
ꝙ abneges te. i. ꝑ nihilo reputes. Ps. Fa
ctus ſum ſicut homo non audiens ⁊ nō ha
bens in ore ſuo redargutiones. Secundum
eſt ibi: ⁊ tollat crucem ſuā. i. paratus ſit aio
pati crucem: ſiue mori morte acerbiſſima ⁊
turpiſſima propter xp̄m: vt ipſe ꝓ te fecit.
ſm illud morte turpiſſima condēnem⁹ eū:
Unde homo debet eſſe paratus pati: quā-

cuius mortē ꝓpter deū. Tertium tāgitur ibi ⁊ sequat̄ me. Et ad hoc xp̄s rationē īducēs subdit. Qui enim voluerit animā suā saluā facere pdet eā. Hoc autē pōt dupliciter intelligi. Perdere enī pōt habere duplicē significationē. Uno modo idē est: q̄ amittere. Et in isto sensu cū dicit perdet eā: subintelligendum est: in alia vita. Quasi diceret. Qui voluerit aiaꝫ suā saluā facere. i. diuitijs ⁊ voluptatibus occupare in hac vita: quia hoc ē vitā suā saluare: ꝫm opinionē carnaliū: ⁊ talis pdet eā in alia vita: q: obligat eā ad penā inferni. Alio mō pdere idē ē: q̄ destruere: Et sic cū dicitur pdet eā subintelligit in hac vita. Et ē sensus. Qui voluerit aiam suā saluā facere: quātū ad meritū vite eterne: ipse pdet eā. i. destruet: corpus: laboribus ⁊ passionib⁹ exponendo. Ex qbus seqtur sepatio aie a corpore. Et hoc est aiaꝫ pdere ꝫm estimationē falsaꝫ carnaliū. licꝫ sit saluare eā scḋm veritātē. Et scḋm hunc vltimū sensum seqtur. Qui aūt pdiderit aiam suā ꝓpter me. i. ꝓpter deū: mortē sustinēdo ipse inueniet eā in beatitudine deo fruēdo. ¶ Ad rōnes in opposi. ¶ Ad primaꝫ rūdetur negādo ꝯñam. q: abnegare seipsuꝫ ꝫm exteriorē siue sensibilē naturā nō obtēperādo in his: q̄ repugnāt rōni: nō ē ꝯtrariū ei: qḋ est diligere seipsuꝫ. vt ē ꝑceptū: q: hoc itelligit scḋm naturā rōnalē: vt. s. hō velit sibi bona: q̄ ptinēt ad ꝑfectiōem rōnis. Amare autē seipsum ꝫm naturā sensibilē sibi obtēperādo: nō est vere amare seipsuꝫ ex caritate: ꝓpter qḋ diligere seipsuꝫ naturā exteriorē in his: q̄ repugnāt rōni: ē vituperabile. Unde ij. Thi. iij: q̄ in nouissimis dieb⁹ instabunt tēpa periculosa: ⁊ erūt hoīes amantes seipsos. Sꝫ in his in qbus natura exterior interiori ꝯcordat: ē laudabile. Unde hoc ē abnegare semetipsuꝫ. i. affectū humanuꝫ nō seq: sꝫ refrenare: ⁊ subiugare rōi. ¶ Ad secūdā rūdet negādo ꝯñam. Et rō est: q: nō dicim⁹ q̄ ad ꝯsecutionē vite eterne debeamus nos ītersicere: aut destruam⁹ naturaꝫ: q: nemo carneꝫ suā odio habuit ad Ephe. vij. sꝫ abnegam⁹ nos. i. sensibilē naturā in his q̄ repugnāt ⁊ ꝯtrariant̄ rōi. vel q: retardāt nos a ꝯsecutiōe bonoꝝ spūaliū: refrenam⁹ ⁊ humiliam⁹ rōi: sicut dicit. Apostol⁹. i. Cor. ix. Castigo corpus meū: ⁊ in ꝯuitutē redigo ⁊c. ¶ Ad tertiā rūdet negādo ꝯñaꝫ. Et rō est. q: lex xp̄i dicit iugū suaue: ⁊ onus leue diligentibus: q: vt dicit Augu. amor oia leuia facit: ⁊ amāti nihil ē difficile. Nec hoc repugnat ei: q̄ hō aio sit parat⁹ suscipe mortē pp xp̄m: si fuerit expediēs. Uel crux: dr ibi mortificatio carnis: de q̄ Apostolus ad Gala. vij. Qui aūt xp̄i sunt. i. qui spūm dei hñt: carnē suā crucifixerūt cū vicijs: ⁊ ꝯcupiscentijs suis. passionib⁹ qbus aia inclinat̄ ad peccādū. Et q: tales ad hec opa mouent̄ ex deuotiōe ad xp̄m crucifixū. iō figuant̄ dicit Apostol⁹. Crucifixerūt. i. xp̄o crucifixo se ꝯformauerūt affligēdo carnē suā. Unde ad Gala. ij. dicit Apostolus: vt deo viuā xp̄o crucifixus sum cruci.

AD scḋam. q. q̄ btūs Petr⁹ martir dr̄ triplici aureola dotatus: q: virgo: q: pdicator: siue doctor: q: martir. Querit̄ vtrū iste tres aureole ī beato Petro martire fuerit eq̄les. ¶ Et dr̄ q̄ nō: q: aureola v̄ginitatis vr̄ eē maior int̄ alias. Dicit enī Ciprian⁹ de v̄ginibus loquēs: q̄ illustrior sit portio gregis xp̄i. ¶ Scḋo. Aliqs vr̄: q̄ aureola martirij sit maior. Et hoc dicit Beda. ¶ Rūdeo dicēdū: q̄ tres aureole in beato Petro nō fuerūt eq̄les: ⁊ q̄ simpliciter loq̄ndo aureola debita: q: martir excellentior ceteris. Pro quo notādū iuxta sanc. Tho. in iiij. di. xix. q̄ ꝑeminētia aureole: ad aureolā dupliciter pōt attēdi. prio ex pte pugne: vt dicat aureola potior: q̄ fortiori pugne debet̄. Et ꝑ hūc modū aureola martiꝝ: alijs aureolis supeminet quodāmō: ⁊ aureola v̄ginuꝫ alio mō: pugna. n. martiꝝ ē fortior ꝫm seipsuꝫ ⁊ vehemēti⁹ affligēs: sꝫ pugna carnis ē piculosior: inq̄ntū ē diuturnior ⁊ magis nob iminet e vicino. Scḋo ex pte eoꝝ: de qb⁹ ē pugna: ⁊ sic aureola doctoꝝ int̄ oēs est po

tio:q: hmōi pugna v̄ſaṫ circa opera intelli
gibilia:alie v̄o pugne circa ſenſibiles paſ-
ſiões. Eminētia q̄ attendiṫ ex pte pugne:eſt
aureole eſſentialis:q: aureola ſm̄ ꝓp:iā
rōnē reſpiciṫ victoriā ⁊ pugnā. Difficultas
etiā pugne q̄ attendiṫ ex parte ipſi⁹ pugne:
ē potior:q̄z illa q̄ attendiṫ ex parte noſtri:in
quātū ē nobis victorioſ. Et iō ſimpliciṫ loquē
do:aureola martirꝫ inṫ oēs eſt potior. Et iō
dr̄ Mat. v. q̄ i octaua btītudine ⁊c. q̄ ad
martires pertinet. ſcꝫ btī q̄ pſecutionē patiū
tur:oēs alij perficiunṫ. Ꝓ:opṫ hoc etiā ec-
cleſia in cōnumeratiōe ſctōꝝ martires do-
ctoribus ⁊ v̄ginib⁹ p̄o:dināt. Sꝫ q̄ntū ad ali
qd nihil ꝓhibet alias aureolas excellentio-
res eſſe. Et per hoc pꝫ rn̄ſio ad obiecta.

¶ In feſto apoſtoloꝝ philippi ⁊ Jacobi ē
euāgeliū. In illo tp̄e dixit ⁊c. Nō turbetur
co: veſtrū. Jo. xiiij. poſſunt diſputari ſe. q.
¶ P:imo:vtꝝ explicite credē miſteriū in
carnatiōis xp̄i ſit de neceſſitate ſalutꝭ. ¶ Se
cūdo:vtꝝ credē explicite trinitatē diuinaꝝ
pſonaꝝ ſit de neceſſitate ſalutis. ¶ Tertio:
vtrū pōt cognoſci vna diuinaꝝ perſonarū:
nō cognita alia.

Ad p̄mā. q. ſic p:oceditṫ. Et vr̄
q̄ explicite credē miſteriū in
carnatiōis xp̄i ſit de neceſſita
te ſalutꝭ. ¶ P:io ſic. Nō eni
teneṫ hō credē ea:q̄ angeli ignorāt:q: expli
catio fidei fit per reuelatiōes diuinā:q̄ per-
uenit ad hoies mediantib⁹ angelis:vt dicit
Diony. iiij. ce. Jerar. Sꝫ angeli miſteriū in
carnatiōis ignorauerūt:vt dī ē Dio. expo-
nēs illō Jſa. lxiij. Quis ē:q̄ venit de edon.
ergo angeli nō tenebanṫ de hoc hēre fidē
explicitā. ¶ Scōo ſic Sic dicit Dio. viiij.
ce. Je. multi etiā de gētib⁹ an̄ aduentū xp̄i
ſaluati ſūt. Sꝫ illi nō hēbant fidē explicitam
d̄ redēpto:e:q: reuelatio eis nō erat fcā. Er
go ⁊c. ¶ Tertio ſic. Aduētꝰ redēptiōis nō
eſt d̄ dictamine legis nālis. Sꝫ q̄ erāt i lege
nāli ſaluabanṫ:iplētes ea q̄ erāt de dictami
ne legis nālis. Ergo ⁊c. Sꝫ in opp. ē euāge
liū in q̄ xp̄s reſp̄hēdēdo Tho. dicētē dn̄e ne
ſcim⁹ q̄ vadis:⁊ viā q̄uo ſcire poſſum⁹:ſibi
rn̄dens ait. Ego ſū via. Et nemo venit ad
patrē:niſi p me. ſ. i me credēdo:⁊ mea ope-
ra imitādo. In quo tāgit miſteriū icarnatio
nis. ¶ Rn̄deo ſic. Jllō ꝓp̄e ⁊ per ſe ptinet
ad obiectū fidei:p qō hō btītudinē pſequiṫ.
Via aūt hoib⁹ veniēdi ad btītudinē:eſt mi
ſteriū incarnatiōis:⁊ paſſiōis xp̄i. Diciṫ.n.
Act. iiij. Nō ē aliō nomē datū hoibus:i quo
opo:teat nos ſaluos fieri:ergo neceſſariū
erat ad ſalutē:hēre fidē miſterij icarnatiōis:
Ad quā fidē diuerſimodē ſe:ēt gen⁹ hūanū
ꝑ diuerſa tpa. Jn p̄mo.n. ſtatu an̄ pctm̄ non
opo:tebat:ab aliq̄ hoie hēre fidē explicitā
de icarnatiōis miſterio:ꝑ qō o:dinabaṫ ad
libatiōez a pctō. Jlla pcluſio pꝫ:q: nōdū ſer
uit⁹ erat inducta ſꝫ ſufficiebat hēre fidē ex
plicitā i cognitiōe dei:vt. ſ. hō credēt:q̄ de
ei ꝓuidēt i eis:q̄ neceſſaria ēent ei ad ſalu-
tē. Jn ſcōo aūt ſtatu poſt pctm̄ an̄ aduentū
xp̄i:qdā hēbāt fidē explicitā d̄ redēpto:e:
qb⁹ reuelatio fcā erat:q̄ maio:es dicebanṫ
qdā:vt mino:es:fidē iplicitā hēbant in fide
maioꝝ. Vn̄ eis ſacramētū redēptiōis ſub ſi-
gnis ſacrificioꝝ ꝓponebaṫ. Jn ſtatu āt poſt
aduētū xp̄i:q: iā miſteriū redēptiōis iplētū
erat co:poraliṫ:⁊ viſibiliṫ:⁊ p̄dicatū oēs tā
maio:es:q̄z mio:es teneṅṫ ad explicite cre
dendū. p̄cipue q̄ntū ad ea q̄ cōiter i eccleſia
ſolēnizanṫ:⁊ publice ꝓponūṫ:ſicut ſunt arti
culi icarnatiōis. Alias aūt ſubtiles ꝯſidera-
tiōes circa icarnatiōis articulos:teneṫ aliq̄
magis vel min⁹ explicite credē:ſm̄ q̄ cōue
nit ſtatui ⁊ offō vniuſcuiuſqꝫ. ¶ Adrōes in
opp. ¶ Ad p̄mā rn̄deṫ:q̄ āgeli p̄mit⁹ de
icarnatiōis miſterio edocti fūt:q̄z hoies:vt
dic Dio. c. iiij. ce. Jer. q̄ntū ad ipāꝫ ſubſtan
ti⁹:qō credēdū ē:q̄zuis ñ q̄ntū ad oēſ circū
ſtātias eiꝫ articuloꝝ:q̄s poſtea ꝑeb⁹ eueni
entib⁹ cognouerūt. ¶ Ad ſcdām rn̄deṫ:q̄
rō nō ꝓcedit. Tū p̄mo q: multis gentilib⁹ re
uelatio fcā fuit:ſic pꝫ p ea:q̄ p̄dixerūt. Nā
Job dr̄. xix. Scio q̄ redēpto: me⁹ viuit. Si
billa etiā ꝓnūciauit aliq̄ d̄ xp̄o vt Aug. dic.
Tū ſcōo:q: ſi aliq̄ ſaluati ſunt:qb⁹ nō erat

ſcã reuelatio: ñ fuerũt ſaluati abſq; fide me
diatoris: q: ⁊ ſi nõ habuerũt fidẽ explicitã
habuerũt ĩplicitã ĩ diua ꝓuidẽtia: credẽtes
deũ eẽ libatorẽ hoĩm ſẽm modos ſibi placi
tos: ⁊ h; q aliqb⁹ v̾itatẽ cognoſcẽtib⁹ ipſe
reuelaſſet: ſ; illõ Jo. xxxvij. Qui docet nos
ſup iumẽta terre. ¶ Ad tertiã rñdetur negã
do ꝯñaꝫ. Et rõ ẽ: q: lʒq; ad cognitiõeꝫ mi-
ſterij ĩcarnatiõis nõ ſuff. cẽtꝫ ꝑ ſcĩtiã/ ſufficie
bat tñ cũ lege ſcripta: añ legeꝫ vero adiũ-
ctam per gratiam.

a Ð ſcd̃am. q. ſic ꝓcedit. Et vr̃: q
credẽ explicite trinitatẽ diuinaruꝫ
ꝑſonaꝝ nõ ſit de neceſſitate ſalutꝭ. ¶ Prĩo
ſic. Dicit. n. Apoſtol⁹ ad Heb. c. xi. Credẽ
oꝫ accedẽtẽ ad deũ: q: ẽ. Ergo vr̃: q ñ opor-
tuit credẽ diſtinctiõeꝫ ꝑſonarũ. ¶ Scd̃o ſic.
Cognitio fidei ẽ neceſſaria: ĩq̃ñtũ nos ĩ fi
neꝫ dirigit. S; d̾o eſt finis nr̃: ĩq̃ñtũ ẽ ſum
mũ bonũ: qd̾ ad eſſentiã ꝑtinet: Ergo vr̃: q
ſufficiebat d̾ deo credẽ eẽntialia. ¶ Tertio
Sacra ſcriptura eſt regula fidei: S; in ſcri
ptura veteris teſti nõ fuit fcã expꝑſſa mẽtio
de trinitate. Ergo ñ erat neceſſariũ credẽ il
lã. ¶ In opp. ẽ eñuãgeliũ pñs vbi xp̃s rep-
hendẽs philippũ ait. Tãto tp̃e vobiſcũ ſuꝫ:
⁊ nõ cognouiſtis me? Philippe q videt me
videt ⁊ patrẽ meũ. Nõ credis q: ego ĩ pr̃e
⁊ pr̃ in me ẽ? ¶ Rñdeo dĩm: q poſt tp̃s
grẽ diuulgatẽ tenemur explicite ad creden-
dũ miſteriũ trinitatꝭ. Iſta ꝯcluſio ſic d̾clara
tur. Miſteriũ xp̃i explicite credi nõ põt: ſi-
ne fide trinitatꝭ: q: ĩ miſterio xp̃i hoc ꝑtinet
q filius dei carnẽ aſſumpſit. Itẽ q per grãm
ſpũs ſcĩ mũdũ renouauit. Et iteꝝ: q d̾ ſpũ
ſctõ ꝯcept⁹ fuerit: ⁊ iõ eo mõ q̃ miſteriũ xp̃i
añ xp̃m: fuit qdẽ explicite creditũ a maiori-
b⁹: ĩplicite aũt ⁊ q̃ſi obũbrate a minorib⁹ ita
etiã miſteriũ trinitatꝭ. Et iõ poſt tp̃s grẽ di-
uulgate tenent̾ oẽs: ſic dictũ ẽ: ad credẽduꝫ
miſteriũ trinitatꝭ: ⁊ oẽs q renaſcunt̾ in xp̃o:
hoc adipiſcunt̾ per inuocatiõeꝫ trinitatꝭ: ſẽm
illud Ma. u. vlti. Eũtes docete oẽs gẽtes ba
ptiȥantes eos ĩ noĩe prĩs: ⁊ filij: ⁊ ſpũs ſcĩ.
¶ Ad rões in oppo. ¶ Ad pmã rñdetur
negãdo ꝯñam. Et rõ. ẽ: q: Apoſtol⁹ poſuit
illa: q̃ oportuit explicite credẽ de deo oĩ tp̃e
⁊ q̃ ad oẽs. ¶ Ad ſcd̃am rñdetur negãdo
ꝯñaꝫ. Et rõ ẽ: q: ad dirigendũ in finẽ: nõ ſo
lũ oꝫ cognoſcẽ finẽ: ſ; eã ꝑ q̃ b⁹ in finẽ di
rigi nõ põt: ⁊ iõ oꝫ hẽre explicitã fideꝫ nõ
tñ de fine: ſ; etiã d̾ miſterio trinitatꝭ. q: ſine
diuinaꝝ ꝑſonaꝝ miſſiõe: finẽ btitudĩs veni
ri nõ põt. ¶ Ad tertiã rñdet̾ vno mõ negã
do minorẽ: q: ĩ veteri teſtõ multiplicit̾ ẽ ex
ꝑſſa trinitas perſonaꝝ: ſicut ſtatĩ in ꝑncipio
Geñ. vbi ad expꝑſſionem trinitatꝭ dr̃. Facia
mus hoĩeꝫ ad imaginẽ: ⁊ ſimilitudinẽ nr̃am.
Tũ ſcd̃o q: nõ erat neceſſariũ: vt explicite
oẽs cognoſcerẽt miſteriũ trinitatꝭ. Iõ ñ fuit
poſitũ miſteriuꝫ trinitatis manifeſte in vete
ri teſtamento: ſed velate: vt ſapientes crede
repoſſent.

a Ð tertiaꝫ. q. ſic ꝓcedit. Et vr̃ q
vna ꝑſonaꝝ põt cognoſci alia ñ
cognita. ¶ Prĩo ſic. Eẽntia di-
uinitatꝭ põt cognoſci ñ cognita diſtinctione
ꝑſonaꝝ: ſic cognoſcebãt phi: ergo etiaꝫ vna
ꝑſona: alia ñ cognita. ¶ Scd̃o ſic. Diſcipu
li hẽbant noticiaꝫ de xp̃o: ⁊ tñ nõ hẽbant d̾
pr̃e. Vñ dic̃ Philipp⁹ oñde nob̃ patreꝫ: et
ſufficit nobis. ¶ Tertio ſic. Diue perſone
hñt diſtinctos articulos: ⁊ ꝑ ꝯñs diſtinctas
cognitiões: Ergo vna põt cognoſci: alia nõ
cognita. ¶ In oppo. eſt euangeliũ pñs vbi
xp̃s ait. Si cognouiſſetis me: ⁊ patrẽ meuꝫ
vtiq; cognouiſſetis: Et infra. Tãto tempore
vobiſcũ ſum ⁊ nõ cognouiſtis me? Philip
pe qui videt me: videt ⁊ patreꝫ meũ. Quo
modo tu dicis: oſtende nobis patrem? Nõ
credis quia ego in patre: ⁊ pater in me eſt?
¶ Reſpondeo dicendum: q quia verba
huiuſmodi euangelij ſunt aliqua obſcura:
ſunt aliqua notanda: pro eius intelligẽtia. ꝑ
mo notandum: q ſẽm Auguſtinuꝫ inter di
ſcipulos aliqui erant: qui etiam chriſtũ ſẽm
q erat verbum dei: cognoſcebant: quoꝝ
vnus erat Petrus: qui dixit. Tu es Chri
ſtus filius dei viui. Math. xvi. Alij erant:
q cũ vere non cognoſcebãt, int̾ quos erat

Philipp⁹. Quantum ad primo dixit. Quo ego vado vos ſcitis. Quantum vo ad ſcdo dixit. Nō cognouiſtis me. Scdo notandum: qꝫ xps dupliciter cognoſci poterat. Uel ſm humanā nāṁ: ⁊ ſic oēs ſciebant. Et quātum ad hoc dixit. Quo ego vado: vos ſcitis: q: vado ad patrē: quē ſcitis: p me vobis manifeſtatū. Uia autē p quā vado: ego ſum: quā ſcitis. Scdo pōt cognoſci ſm diuinā nāṁ: ⁊ ſm hāc dicit: et nō cognouiſtis me. Tertio notādū: qꝫ nō eſt incōueniēs: qꝫ vnū ⁊ idē ſciri ⁊ ignorari diuerſimode pōt. Cognitio. n. humana pcedit de ipfecto ad pfectū. vt hētur pmo Phicorū: ⁊ iō illud qđ ſcit i gn̄ali: ⁊ ↄfuſe: hn̄ ignorat i pticulari: ⁊ determinate. Sic erat in ꝓpoſito: q: xpi doctrina i quodā gn̄ali ⁊ ↄfuſo acceperant. Et ſic dič xps: eos ſcire. Determinate aūt ⁊ pfecte adhuc neſciebāt. Et ſic Tho. negauit ſe ſcire. Propť qđ xps explicat magis i pticulari. Ego ſum via: ſm humanitatē: q: illa: q̄ geſſit in humanitate: ſunt via pducens nos ad gloriā: ⁊ ſic vtriqꝫ dixit verū: vt dič Albert⁹: xps. n. dixerat: qꝫ ſciq via erat: nouerāt. Tho. aūt negat: q: licet xpm nouerat. tn̄ de xpo ſub intēnōe vie dubitabat: ⁊ q̄rit. Sič: q neſcit xpm: nō opꝫ qꝫ cognoſcat eū ſub forma venientis. ſic ergo dicit. Neſcim⁹ quo vadis: q: lꝫ qꝫ ad prio btitudinē vadis nō tn̄ ſcim⁹ patrē ſub rōe terminiti: ſiue finis vie tue: ⁊ iō neſcim⁹ quo vadis. Dič Jeſus. Ecce illuminatio dubitationis. Ego ſum via: vitas: ⁊ vita. Uia p me vi certū exēplū vtriꝫ trāſitus. ego ſum vitas. i. doctrina in q̄citqꝫ deuiať. Hoc intēdit lra vt dič Albert⁹: qꝫ ſit via ↄueniens pbat dicēs. Nemo venit ad patrē niſi p me ducentē: ſič via ducit: q: nec ad cognitionē patris venit: niſi p me. Jo. i. Unigenit⁹ q eſt i ſinu patris ipſe enarrabit: ⁊ dans certā termini vie dmōſtrationē: ſubiūgit dicēs. Si cognouiſcetis me ſm diuinitatē quā in opib⁹ ⁊ operū meoꝝ cognoſcē facile potuiſtis ⁊ patreꝫ meū: q vn⁹ i deitate mecū ē: cognouiſcetis vtiqꝫ: q: noſtra opa indiuiſa ſunt: ſič īdiuiſa ē. virt⁹ ⁊ ſubſtātia: q̄ operamur. Ammō cognoſcetis eū. accepto ſpū ſancto: poſt reſurrectionē ⁊ aſcēſionē meā: q reuelabit vobis oia q̄ dixi vobis. Jo. xvi. Quom venerit paclitus: quē ego mittā ⁊c. ille docebit vos oia: ⁊c. Et vidiſtis eū: q: videndo me: in quo ē diuina nā: q̄ ē idē: qꝫ pať. vidiſtis eū. Qui eni miſit me: mecū eſt. Joānis. viij. Conſequent' ſeqtur dubitatio Philippi: q̄ oriť ex pcedēti. q. d. ex quo dicis patrē eē deuꝫ: ad quē vadis ⁊ in quo ē termin⁹ noſtre btitudinis. Oſtende nobis patrē: ⁊ ſufficit nobis. Ac ſi diceat: ⁊ ſi nihil vltra q̄riť. hoc dixit Philippus: q: patrē in rōne patris nō nouit: licꝫ in rōne dei. Philippus eni rudis fuit vt dicit Albert⁹: q: lꝫ cognouerit deū i rōne dei. nō tn̄ cognouit ſub diſtinctiōe pſonaꝝ: ⁊ indigebat illuminatiōe amplio:i: ⁊ illā xps ſič doctor: pūs exhibet dicendo: Philippū redarguēdo: tanto tpe vobiſcū ſum: oſtendens vobis viaꝫ: ⁊ patris opationē: ⁊ virtutem et ſubſtātiaꝫ: ⁊ p illa nō cognouiſtis me. Ac ſi diceret Mirū eſt valde: q: q videt me: videt ⁊ patrē meū. ſ. ſcōm diuinitatē. Et ideo miꝝ: qꝫ hoc totiēs a me auditū nō cognouiſtis. Surgit q̄ſtio: q̄ eſt: qꝫ tāto tpe perfecte nō cognouerūt xpm. Rn̄deť iuxta Albertū ſuper Jo. qꝫ iō: q: oculi coꝝ tenebanť velamine carnis: ⁊ infirmitatis xpi: quo ſemp cogebanť dubitare: q: ⁊ Petr⁹ aliqn̄ ſe cōfitebať: ⁊ p alijs dicēs. tu es xps fili⁹ dei viui. Mat. xvi. tn̄ ueꝝ pp̄ter īfirmitateꝫ carnis reabſorbebanť ad fidei modicitatē. Et pp illā carnis aſſumptā infirmitatē. ſemper patrē melio:ē filio credebant: Et iō: vt dicit glo. nec filiū pfecte cognouerūt: q: nō oi nā fili⁹ ē eq̄lis patri. Et iō: q patrē filio melioreꝫ credit: nec filiū cognouit eē filiū p nām. Et ideo Philippus rephēſiōe dignus fuit q: nō cognouit. Philippe q videt me per opa eē deū: videt ⁊ patrē: q: do incōmunicabile eſt nomē: ⁊ nā nulli niſi vni ſm ſubſtātiā ↄueniēs: ⁊ ideo q cognouit diuinitatē in filio: cognouit eā ⁊ in patre: q: pať ⁊ fili⁹ vnū ſunt in nā: ⁊ iō recta ↄña: q; vidit filiuꝫ diſtricta cognitione: vidit ⁊ patrē. Quō tu

dicis iniquitú Apoſtol⁹ elect⁹ tot doctrinis
imbut⁹ tot reuelatióib⁹ illúinat⁹: cú ſis vn⁹
de illis: qbus dixit Mat. xiij. Vobis datuꝫ
é noſcẽ miſteriú regni celoꝝ. dicis: oñde no
bis patré. cú totiés tibi pať in demóſtratióí
bus opeꝝ oñſus ſit? Jo. xvij. Pať manife-
ſtaui nomé tuú hoib⁹: q̃s dediſti mihi. Nó
credis: q: ego in pŕe: ⁊ pať in me é? Quaſi
diceret. Hoc miꝝ é ꝯńter ꝑ habite illumina
tióis ſubiúgit ꝑfectá róné. d. Verba q̃ ego
loquor: q̃ tm̃ hñt effectú: ꝙ qcq̃d dico ſtatiꝫ
fit. qḋ nó ꝯuenit niſi ꝟbo dei vobis ad vti-
litaté veſtrá a me ipſe nó loquor ꝓprietate: q̃a
ſic effectú nó hérent. Pať aút i me manés
ꝑ ſubam: ipſe vt actor. fač opa i me. Sič eni
indiuiſa eſt nã. ſic indiuiſa eſt opatio. Jo. v.
Opa q̃ ego facio ⁊č. Nó credis q: tu nó lo
q̃ris tm̃ ꝓ te: ſꝫ ꝓ oib⁹ alijs: q: ego i pŕe et
pater i me? Quaſi. d. Miꝝ é: ſi hoc poſt tá
ta opa viſa nó creditis. Alioquí ſupple ſi ſim
plicit̃ nó creditis ſine alio inducéte vos ad fi
dé: ꝑp̃ opa ipſa credite. loquit̃ oib⁹ apoſto-
lis: q: illa ſufficient̃ vos ad fideꝫ inducunt.
Iſtis ſic expeditis ꝓ intelligétia ſana euange
lij. ꝓ rńſióe ad formá q̃ónis eſt notandú: ꝙ
triplex dr̃ viſio: q̃ vr̃: dō a nobis. Vna eſt: q̃
ꝑficit̃ lumine nãlis rónis. q. ꝑ effect⁹ dei: qui
ſunt q̃daꝫ veſtigia: ſurgit ad noticiá aliq̃lem
dei. ſicut dr̃. Sapi. xiij. A magnitudine ſpéi
creature: poterat eoꝝ creator videri. Et ad
Ro. i. Inuiſibilia dei: ꝑ ea q̃ facta ſunt itel-
lecta ꝯſpiciunt̃. Et de tali viſióe é ꝯcluſio: ꝙ
dš pót videri nó itellecta diſtinctióe ꝑſona-
rú: ſicut Phí ⁊ iudei dicúťur hére noticiaꝫ
dei. ſ. ꝙ ſit: ⁊ ꝙ ſit vn⁹: ⁊ ꝙ ſit bon⁹: ⁊ ꝙ ſit
potétiſſim⁹: ⁊ h. nói. Cú aút oẽs effect⁹ dei
reſpiciút potétiá ⁊ bonitaté dei: q̃ oia ptinét
ad eſſentiá diuaꝫ: nó ducút in cognitioné di
ſtinctiõis alicui⁹ ꝑſonaꝝ. Scḋa viſio eſt: q̃
hó dr̃ videre aliq̃: q̃ ſunt ſupra intellectum
humanú: q̃ lucé fidei: ⁊ reuelatióis dñi nři
Jeſu xp̄i ꝑ ſpúm ꝑficit in nob̃. Et iſta cogni
tio aliq̃ñ ꝑ ſucceſſionem tpis creuit: ſič dicit
Gregorius: ꝙ ſm̃ icremétú tpm̃ creuit ſcia
ſctóꝝ patrú. Et aliq̃ñ hoc ꝯtingit: vt dicit
ſan. Tho. ex ipotétia: ad oñdendú: q̃ a pńci
pio totú capere nó pñt. Vñ oꝫ humanú in
tellectú aſſuefieri ad ea q̃ fidei ſunt. Pro-
pter qḋ dñs diſcipulis dixit. Multa habeo
vobis dicere: q̃ nó poteſtis portare mó. Jo.
xviij. hoc manifeſte hémus in euágelio. Jo.
Ná in pñti euágelio reprehendunt̃ apoſtoli:
ꝙ nó cognouerút diuinitaté Chriſti: nec pa
tré: ſicut viſuꝫ é infra. tñ capitulo. xvij. aug-
métata fide illoꝝ dič xp̄s ð eis. Núc cogno
uerút oia: q̃ dediſti mihi ꝙ abs te ſunt. ideſt
a te ꝓcedétia: q: verba q̃ dediſti mihi ab i
ſtanti ꝯceptióis: quo replet⁹ ſui oí cognitio
ne veritatis: dedi eis interi⁹: ⁊ exteri⁹ docen
do: ⁊ ipſi acceperút doctrinaꝫ xp̄i recipiédo
⁊ cognouerút ꝑ doctriná xp̄i: ⁊ ꝑ miracula.
ꝙ hmói cognitio fuit fidei: ió ſubdit̃ ⁊ cre-
diderút vere. i. firmit̃ ⁊ ſtabilit̃: q: tu me mi
ſiſti. Et de tali cognitióe fuit ꝯcluſio ſcḋa: ꝙ
cognitióe fidei ꝑfecta nó pót quis videre vná
ꝑſoná: alia nó viſa. Pꝫ ꝯcluſio ex dictis xp̄i
dicentis. Si cognouiſſetis me ꝑfecta fidei co
gnitióe: cognoſcédo i me diuinitaté: creden
do me nó ſolú hoiem: ſꝫ veꝝ deum: vtiq꜠ ⁊
patré cognouiſſetis: q̃ vnú in diuinitate é me
cú. Tertia viſio dei: é viſio ituitiua: q̃ beati
vident deú. De q̃ dr̃ Jo. xvij. Hec eſt vita
eterna: vt cognoſcant te ſolú deú: ⁊ qué mi
ſiſti Jeſum xp̄m. Et de tali é ꝯcluſio tertia:
ꝙ é ipoſſibile videri in diuis vna perſona:
alia nó eſt viſa. Pꝫ ꝯcluſio ex pñti euáge-
lio. Ait. eni xp̄s. Qui videt me: videt ⁊ pa-
tré meú. Róne ꝓbať ſic. In ꝑſona diuina
nó intelligim⁹: niſi ſubſtátiaꝫ: ſiue nãm: que
vna ⁊ ſimpliciſſima eſt triú ꝑſonaꝝ. nec pót
videri in vna ꝑſona: qn eadé videať i alia.
Scḋo itelligim⁹ relationé. Sꝫ relatiua ſunt
ſimul nã intellectiua. ita ꝙ vnú é intellectu
alteri⁹. vt pať dr̃ filij pať: ⁊ fili⁹: pŕis filius.
